STATE LIBRARY OF PENNSYLVANIA
main,stks 878.6T1173
C. Cornelii Taciti opera omnia

0 0001 00401959 0

SR
CLASS 878.6 BOOK T1173

VOLUME 1

PENNSYLVANIA
STATE LIBRARY

C. CORNELII TACITI

OPERA OMNIA.

VOL. I.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
This project is made possible by a grant from the Institute of Museum and Library Services as administered by the Pennsylvania Department of Education through the Office of Commonwealth Libraries

https://archive.org/details/voi1corneliitac00tac

C. CORNELII TACITI

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OBERLINIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

JUSTI LIPSII EXCURSIBUS

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A.M.
1821.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
Juliani Pichon Epistola Serenissimo Delphino .	1
Gabriel Brotier de vita et scriptis Cornelii Taciti .	5
Veterum scriptorum de Tacito Testimonia, vel ejusdem Fragmenta	17
Nomina Interpretum qui laudantur in Notis . .	20
C. Cornelii Taciti Annalium Lib. I. . . .	21
—— —— —— —— —— —— II. . . .	227
—— —— —— —— —— —— III. . . .	456
—— —— —— —— —— —— IV. . . .	653
—— —— —— —— —— —— V. . . .	841
—— —— —— —— —— —— VI. . . .	863
—— —— —— —— —— —— XI. . . .	985
—— —— —— —— —— —— XII. . . .	1140
—— —— —— —— —— —— XIII. . . .	1385
—— —— —— —— —— —— XIV. . . .	1630
—— —— —— —— —— —— XV. . . .	1818
—— —— —— —— —— —— XVI. . . .	2045

78674

Pag.

Curæ secundæ ad Libros Annalium . . . 2120
Mors Neronis et initium principatus Galbæ, ab Henrico Savilio 2127
C. Cornelii Taciti HISTORIARUM Lib. I. . . 2151
— —— —— —— —— II. . . 2456
— —— —— —— —— III. . . 2751
— —— —— —— —— IV. . . 2992
— —— —— —— —— V. . . 3168
— —— —— GERMANIA 3231
— —— —— AGRICOLA 3431
DE ORATORIBUS sive de causis corruptæ eloquentiæ Dialogus 3628
NOTÆ VARIORUM in C. C. Taciti Annal. Lib. I. . 3769
—— —— —— —— —— II. 3826
—— —— —— —— —— III. 3865
—— —— —— —— —— IV. 3898
—— —— —— —— —— V. 3926
—— —— —— —— —— VI. 3930
—— —— —— —— —— XI. 3954
—— —— —— —— —— XII. 3985
—— —— —— —— —— XIII. 4019
—— —— —— —— —— XIV. 4047
—— —— —— —— —— XV. 4081
—— —— —— —— —— XVI. 4108
—— —— —— —— Histor. Lib. I. 4122
—— —— —— —— —— II. 4184
—— —— —— —— —— III. 4233
—— —— —— —— —— IV. 4272
—— —— —— —— —— V. 4307
—— —— —— —— Germaniam . 4320
—— —— —— —— Agricolam . . 4375
—— —— —— De Oratoribus Dialogum . . 4422

Pag.

J. Lipsii Excursus ad C. C. Taciti Annalium Lib. I. 4447
——— ——— ——— ——— ——— ——— II. 4461
——— ——— ——— ——— ——— ——— III. 4473
——— ——— ——— ——— ——— ——— IV. 4489
——— ——— ——— ——— ——— ——— V. 4490
——— ——— ——— ——— ——— ——— VI. 4493
——— ——— ——— ——— ——— ——— XI. 4494
——— ——— ——— ——— ——— ——— XII. 4497
——— ——— ——— ——— ——— ——— XIII. 4499
——— ——— ——— ——— ——— ——— XIV. 4502
——— ——— ——— ——— ——— ——— XV. 4506
——— ——— ——— ——— ——— ——— XVI. 4508
——— ——— ——— — Historiarum Lib. III. 4510
——— ——— ——— — Germaniam . . 4512

Stemma Augustæ Domus a J. Lipsio in seriem redactum 4513

Recensus Codicum Mss. C. C. Taciti, ex ed. Bipont. 1792. 4517

Recensus Editionum C. C. Taciti, ex ed. Bipont. 1792. 4519

Recensus Codicum Mss. C. C. Taciti qui in Bibliothecis Britannicis servantur 4541

Taciti Editionum Recensus Continuatio, et quarundam, quas prætermiserunt Bipontini, Additamentum 4548

Index i

SERENISSIMO

DELPHINO.

AUCTORIBUS humanitatis omnibus, SERENISSIME DELPHINE, qui ad institutionem tuam, jussu Patris tui Regis Christianissimi, hactenus editi sunt, tam amice a Te exceptis, C. Cornelius Tacitus et ipsè tuum audet subire conspectum. Hunc si alii numero tanto et tempore antecesserunt, nihilominus sese humaniter a Te sperat esse admittendum; neque enim id negligentia esse ab eo, sed consilio factum puta: expectabat videlicet certam et quasi suam obsequii vicem; expectabat dum artes omnes, quæ ad humanitatem pertinent, suis quæque ornamentis mentem tuam egregiam expolirent; expectabat dum corpus exercitationibus liberalibus regio et excelsissimo juvene dignis erudiretur, dum robur ætatis accederet, dum mens tua matura esset Imperio, uni ut arti artium, disciplinæ regnandi incumbens, progressus faceret uberiores. Hanc tibi disciplinarum omnium Principem ac Reginam, dum Cornelius Tacitus tradere ambit, SERENISSIME DELPHINE, cum apud Te excipere non dedignaberis, utpote quem et

Vespasiani ante Te et Titi et Domitiani, et Nervæ et Trajani coluerunt, et gratia sua singulari complexi sunt. Non dedignaberis in ejus Te tradere disciplinam, qui per omnes gradus honorum evectus, in Imperio orbis terrarum consul obtinuit principatum ; quique, si non de genere Imperatorio magister, at certe generis Imperatorii in M. Claudio Tacito Cæsare parens et auctor extitit. Quam fidem habere te oporteat ejus præceptis, vel ex hoc intellige, quod quæ suopte usu et experientia, optima regendi magistra, didicit, id sit traditurus. Et sunt quidam qui de Republica scripserunt, sed procul a Republica positi ipsi. C. Cornelius Tacitus non in umbra et scholastico pulvere, sed stipendiis per provincias emeritis, rebusque in Urbe et Aula atque universo Imperio administratis edoctus est. Julius Cæsar Commentarios de bellis a se gestis conscripsit, egregios illos quidem, sed in quibus disciplina regnandi parum elucet ; neque tam ea quæ consilio, quam quæ viribus populi Romani sunt facta, comprehendunt : Tacitus Historias Romanas sic scribit, ut non solum ea, quæ publice et in oculis omnium gesta sunt, recenseat, sed etiam, ita ut in ipsa consiliorum adyta, et in ipsa scientiæ regna tricis penetralia quasi manu ducat, arcanaque reconditissima sic enudet, quibus publicæ res geruntur, ut disciplinam Imperandi universam complectatur, ac clare demonstret ; neque id operosiore cura, aut more et ingenio philosophorum, sed prudentia ipsa, factisque luculentissimis, et ipsis rebus gestis, atque exemplis Imperatorum, Regum, populorum adornat ; quia nimirum multo vehementius afficiunt aut virtutes, aut vitia, quæ non philosophorum Commentariis consignantur, sed quæ in ipsis hominibus et in ipsis negotiis expressa cernimus. In Augusto fortitudinem ac prudentiam, in Vespasiano tolerantiam, in Tito liberalitatem, bonitatem in Trajano cernes ; in principibus aliis, quid periculosum, quid exitiosum sit, ultro agnosces ; et eo præstantius, quod res et consilia in causis ipsis introscrutetur et detegat auctor perspicacissimus. Quanti æstimarint Tacitum, atque ejus præcepta sequentes principes,

facile hinc colligas, quod M. Claudius Tacitus Cæsar, Augustus, et Imperator Romanus, ei stirpem et originem suam debere gloriatus sit, quod imaginem ejus in bibliothecis omnibus consecravit, quasi numen aliquod arcanæ sapientiæ religiosissimum ; quod in tabulariis publicis libros ejus exscribi ac reponi jussit, quasi communis gentium omnium nationumque doctoris. Neque alio consilio factum esse putaverim, quod lingua nulla sit, in quam versus non fuerit Tacitus, quam quod principum omnium populorumque consensu, salus communis, et publica felicitas in ejus libris reposita esse videatur. Hoc autem oportet esse Tibi Tacitum acceptiorem, quod olim in Gallia tua, et quidem Belgica, quæ maxime rectoris impatiens, obtinuit Imperium, et quod hic forsitan ea ipsa meditatus est, et usu didicit, quæ scriptis mandaret, ac posteris relinqueret. Ut operam des Magistro tanto jam Imperii capax, SERENISSIME DELPHINE, hortatur indoles illa excelsa, et vere Regia, qua natum esse Te ad regendum, omnibus indiciis patet, et si Te ipse consulis, intime sentis. Hortatur informatio illa egregia juventutis tuæ, in quam auctoritate Magni Patris tui, et Duce Montauserio, homines ingenio et doctrina præstantes hactenus incubuerunt, imo editis eruditionis universæ auctoribus, qui sæculis omnibus floruerunt, quasi e mortuis excitati videntur, qui vivis rectoribus juventæ tuæ operam suam in tanto consilio commodarent. Artes illæ omnes quibus est excultus animus, tantum non probro vertant Principi erudito, nisi capessendæ Reipublicæ peritia, magistro Tacito, simul accesserit. Hoc unum in animo habuit clarissimus Dux Montauserius, cum tuæ spei admotus est. Hoc Bossuetius præceptor amœnissimus atque disertissimus, ut tandem aliquando ad regnandi disciplinam Tibi viam sternerent. Hortatur et Te Consiliorum Regiorum ratio, in quibus jam cum optimo fortissimoque Patre, de rebus Imperii gravissimis deliberas. Intentos sane in Te Regum, Principum, Nationum, omnium denique mortalium oculos puta ; suspiciunt omnes indolem præstantissimam, obstupescunt ad institutionem admirabilem, et jam,

qualem quantumque orbi Principem illa hæc polliceantur, animadvertunt. Sed hic restat actus, ut scientia Imperandi, quod facis rebus in omnibus, omnibus antecellas. Patris tui Regis Christianissimi exemplum ingens, ingentem in peritia regnandi exigit attentionem. Magna contentione opus, ut te cum Magno adæques, quantus fuerit bello Tu scis, quantus sit pace, vides ; utroque decore laudatam antiquitatem superavit, utraque laude supra Imperatorum omnium Regum ducumque magnitudinem assurgit ; tritas olim aliis, ad suorum felicitatem, ingressus est vias, sed alias idem aperuit, novas illas et pronas, posteritati omni et ipse futurus exemplo. Gratulatur sane Pater tuus Rex Christianissimus, quod in Te nomen suum illustrissimum, quod in Te, et per Te in nepotibus, qui nova Imperii Gallici munimenta sunt legionibus omnibus validiora, sanguinem suum Heroicum propagatum animadvertit. Gratulatur quod jam jam regendi curas et labores secum partiri gestis. Sed quanto impensius gratulabitur, quando idem adultam in Te, et, ut ita dicam, suam agnoscet Imperandi facultatem! Hoc ut facilius præstes, adest Cornelius Tacitus, et quam operam exhibuit parenti, ut ad summam eam regnandi sapientiam assurgeret, eandem filio, ut in ipso Regni felicitas augeatur ac propagetur, gestit exhibere. In quo si, meis diuturnis lucubrationibus et hac editione nova, adjumento fuero tanti auctoris interpres, me optimi, obsequentissimi, atque Principis et patriæ amantissimi civis subditique partes implevisse arbitrabor.

JULIANUS PICHON.

GABRIEL BROTIER

DE

VITA ET SCRIPTIS

CORNELII TACITI.

Caius Cornelius Tacitus pauca de se, nihil de patria et origine sua prodidit, ingenio et virtutibus potius, quam loco ac majoribus inclarescendi certus. Interamnates eum municipem suum fuisse gloriantur.[a] Patre, equite Romano, et, quæ equestris est nobilitas, Belgicæ Galliæ procuratore, genitus videtur[b] circa annum Urbis Conditæ 810.[c] Jesu Christi 57. Pueritiam egit, dum, sub Nerone cupidinum immodico, non modo Urbs, sed quæque, ut Urbi proxima, ad omne libidinum genus profluebant. At per ætatem, institutionemque, et prima literarum rudimenta, iis vitiis intactus crevit: pari integritate, turbida Galbæ, Othonis, et Vitellii

NOTÆ

[a] Hac de re plura vide apud Franciscum Angeloni, *Historia di Terni, p.* 42. *et seq.* Interamna, nunc *Terni, in the Duchy of Spoleto.*

[b] Plin. Hist. Nat. VII. 16. Perperam Lipsius aliique multi existimavere Tacitum fuisse Belgicæ Galliæ procuratorem, a Plinio memoratum. Repugnat temporum ratio, quæ in Taciti patrem recte cadit.

[c] De Taciti ætate satis constat ex ipsa ætate Plinii, Epist. VI. 20. et VII. 20. Adde ipsum Tacitum in Dialog. de Orat. c. 1. et 17.

tempora elapsus est. Vespasianus, rerum potitus, pacem moresque intulit; et inter cetera imperii munia, literas artesque amplexus, eas providentia et liberalitate refovit. In hac renascentis Urbis tranquillitate, Tacitus operam dedit eloquentiæ, cujus ut inter temporum tristia ad præsidium, sic inter læta ad decus, vis plurima. Gnarus autem oratorem melius exemplis, quam præceptis, institui, M. Aprum et Julium Secundum, celeberrima tum fori ingenia, domi et in publico adsectatus est.[d]

Ad has studiorum curas sane accessere castrensia stipendia. Id enim apud Romanos optime institutum, ut juvenis, literis imbutus, suam in castris industriam approbaret: sic civis unus, vix juventutem ingressus, ad omnia reipublicæ munia accingebatur. Tacitus, iis paratus exercitiis, eaque ætate, qua ad honores patebat aditus, Vespasianum inchoatæ suæ dignitatis auctorem habuit.[e] Juveni, qui in egregiam spem adolescebat, filiam suam despondit Cneius Julius Agricola, consul anno Urbis Conditæ 830. ac post consulatum collocavit.[f] Soceri decus genero novum fuit claritudinis adjumentum; ejusque dignitatem auxit Titus.[g]

Interim nihil de studiis a Tacito remissum: immo in ea tanto acrius ferebatur, quod se ad summa genitum persentisceret, et in foro magnum nomen audentia et impetu certius, quam lentis operosisque moliminibus, præripi cogitaret. In Urbe pridem invaluerat quædam ingeniorum mollities: forum quoque, prævalida Principum auctoritate fractum, a veteris eloquentiæ gravitate ad diserti sermonis elegantias deflexerat. Tacitus, ut præcellentibus ingeniis solitum, novam iniit viam: nec aspernatus temporis sui ornatum, sed quod apud antiquos fuerat egregium æmulatus, splendore verborum, sententiarum pondere, et totius orationis dignitate hanc sibi paravit dicendi vim, ut ea ætate, qua disertorum virorum laus vigebat, ipse, ut eloquentissimus, celebraretur:

NOTÆ

[d] Tacit. Dial. de Orat. c. 2.
[e] Tacit. Hist. 1. 1.
[f] Tacit. Vit. Agric. c. 9.
[g] Tacit. Hist. 1. 1.

tantamque moveret admirationem, ut juvenes laudis cupidos ad sui imitationem traheret.[h]

In hoc celebritatis cursu, cum honorum incrementa a Domitiano accepisset,[i] quindecimvirali sacerdotio præditus, simul et prætor, adfuit secularibus ludis anno Urbis Conditæ 841. editis.[k] Tacitum autem ab optimis Principibus, Vespasiano Titoque, dignitatis initia accepisse, virtutis sane fuit. Quod ad novos amplioresque honores a Domitiano, pessimo Principe, fuerit evectus, egregii illius, quod sæpe ipse commendavit,[l] contumaciam inter et obsequium temperamenti fuisse crediderim. Neque Domitiano, vel inter flagrantia scelera, fuit umquam ita absurdum ingenium, ut virtutem dignitatum penitus expertem voluerit. Ut ut est, post prætoram Tacitus ex Urbe secessit, non exul, neque otii cupidine, quod quibusdam placuit; at, ut verior fert conjectura, prætorius legatus, provinciæve rector a Principe impositus. Absens quadriennium egerat,[m] cum accepit summo doloris sensu socerum suum Agricolam decimo Kalendas Septembris, anno Urbis Conditæ 846. mortem obiisse; et, ut fama erat, Domitiani veneno interceptum.[n]

In Urbem tum reversus, Principem reperit, non jam insidiis, sed publico bonorum odio ferocem. Vidit obsessam curiam, clausum armis senatum, senatores in carcerem a senatoribus ductos, aut innocenti perfusos sanguine. Talia Principis senatusque opprobria vidisse, iisque senatoriæ dignitatis necessitate interfuisse ita inhorrescit, ut, vel ea commemorando, se flagitii nec ministrum, nec suasorem, umquam fuisse satis prodiderit.[o]

Fœda criminibus, luctu mœsta tempora exhilaravit Princeps Nerva anno Urbis Conditæ 849. Tum redire virtuti decus, vitiis infamia, sceleri exitium. Auspicata principatus initia insignivit singularis consulatus. Dignitatem enim

NOTÆ

[h] Plin. Epist. VII. 20.
[i] Tacit. Hist. I. 1.
[k] Tacit. Annal. XI. 11.
[l] Tacit. Vit. Agric. c. 42. Idem quoque Annal. IV. 20. et alias sæpe.
[m] Tacit. Vit. Agr. c. 44 et 45.
[n] Tacit. ibid. c. 43.
[o] Tacit. ibid. c. 45.

anno Urbis Conditæ 850. iniere Nerva Augustus III. et Verginius Rufus III. consules; ille imperio ægre capessito, hic asserto olim et spreto illustris: utroque consule dignus Tacitus, in spem, quam cito erat occupaturus, designatus. In hoc enim privati hominis fastigio Verginius morbo correptus est: dein paulo post extinctus, cum excessisset annum tertium et octogesimum; cunctis fortunæ et virtutum experimentis ab Augusti excessu ad hæc usque Nervæ tempora probatus. Ut ejus vitæ, ita et morti ingens circumdata est gloria. Ductum publicum funus; et Verginius, a consule Cornelio Tacito pro rostris laudatus, supremum hunc felicitatis cumulum accepit, laudatorem eloquentissimum.[p]

At maxima hujus consulatus laus fuit Trajani adoptio, qua securitas publica, ob senilem Nervæ ætatem nondum firma, robur assumsit.[q] Cum ferverent exultantis Urbis gaudia, Tacitus soceri sui Julii Agricolæ, qui hanc temporum felicitatem augurio votisque erat ominatus,[r] vitam composuit; priorisque servitutis memoria præsentium bonorum sensum auxit. Brevis quidem est libellus: at in quo æternum egregiæ virtutis monumentum, et absolutissimum laudationis exemplar.

Trajano II. consule, anno Urbis Conditæ 851. Germanorum mores, leges, ususque, pari brevitate descripsit,[s] tum ut eorum laudibus attolleret Trajanum, defuncto Nerva, rerum potitum, Germanisque formidatum, quos inter adhuc agebat; tum ut Urbem, luxu et deliciis fractam, ad viriles sensus æmulatione provocaret. Plus ad nos utilitatis pervenit. Germanica enim libertas, cujus vim Tacitus præsenserat,[t] diu cum imperio Romano luctata, ac tandem victrix, regna imperiumque condidit suis legibus attemperata, et ultra veterum dominationum memoriam longe perennanda. Quam juvat tantarum rerum originem, a præstantissimo scriptore

NOTÆ

[p] Plin. Epist. II. 1.
[q] Tacit. Vit. Agric. c. 3.
[r] Tacit. in eadem Vit. Agric. c. 44.
[s] Tacit. de Moribus German. c. 37.
[t] Tacit. ibid. c. 37.

traditam, evolvere; publici privatique, quo utimur, juris fontes aperire; nostræ gloriæ, nostræ felicitatis, fundamentum simul et tutamentum meditari!

His acerrimæ mentis operibus haud impedita fori studia. Cumque Afri Marium Priscum, Africæ proconsulem, pecuniis ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, acceptis infamem, accusassent, senatus, criminis atrocitate motus, Tacitum Pliniumque iis adesse jussit: et, ut plus celebritatis foret, Princepsque interesset, dilata cognitio. Acta tandem causa frequentissimo senatu, cum Trajanus, in Urbem redux, et consul tertium, anno Urbis Conditæ 853. præsideret. Triduum in hac cognitione insumtum. Plinius Martianum, qui Mario immanitatis socius fuerat, corripuit. Frontoni Catio, qui pro Mario insigniter dixit, Tacitus respondit eloquentissime, et quod eximium orationi ejus inerat, graviter. Damnati fuere Marius et Martianus. In fine sententiæ adjectum, 'quod Tacitus et Plinius injuncta advocatione diligenter fortiterque functi essent, arbitrari senatum ita eos fecisse, ut dignum mandatis partibus fuerit.'[u] Pares laudibus fecit senatus, quos eadem ferme ætas, par dignitas, studiorum et animorum similitudo ante conjunxerat, in magna nominis celebritate concordes.

Nullus enim Tacito pravæ æmulationis sensus. Immo certus decora ingenia literarum communione commendari, studiosos, qui ad ipsum ex ejus ingenii admiratione conveniebant,[v] consiliis et præceptis erudiebat. Ipse, studiorum hortator, Plinium monuit, ut Historiam scriberet.[w] Quod cum ille declinaret, difficultate deterritus, aliisve distentus curis; Tacitus id muneris in se recepit, ne excideret rara temporum felicitas, qua, sub optimo Principe, bono cuique sentire quæ vellet, et quæ sentiret, dicere liceret.[x] Nemo autem ad scribendam Historiam natura et arte umquam paratior accessit. Acre enim Tacito inerat

NOTÆ

[u] Plin. Epist. II. 11.
[v] Plin. Epist. IV. 13.
[w] Sidonius Apollinaris, Epist. IV. 22. Plin. Epist. V. 8.
[x] Tacit. Hist. I. 1.

judicium, vivida mens, magna rerum hominumque scientia et experientia, promta et profunda cogitandi ac scribendi vis: quodque iis temporibus rarissimum, animus neque libertati infensus, neque adversus dominantes contumax.

Primum scribendi argumentum sumsit temporum suorum Historias,[y] quas a Neronis fine ad Domitiani necem facillima et uberrima vena prosecutus est, recti verique pervicax, sine ulla assentandi aut criminandi libidine. Pars quidem operis maxima periit: manent tamen initia, quis non modo expressa avara et anceps Galbæ senectus, præceps Othonis ambitio, segnis et fœda Vitellii ingluvies, sed et bellorum civilium artes, fraudesque, et scelera, majore arte incertum, an prudentia, ad totius ævi documentum, deteguntur. Utinam nobis non invidisset tempus partem alteram, quæ providam Vespasiani mentem, breves, eoque cariores, Titi virtutes explicabat! Hæc quidem Flaviæ domus decora excepisset atrox Domitiani nequitia. At, vel inter acerba Principis flagitia, quæ, a gravissimo scriptore memorata, fuissent magnarum cogitationum fœcunda, juvasset adhuc, quod summatim initio operis ipse Tacitus prodidit,[z] ampla virtutum exempla, supremas clarorum necessitates, ipsamque necessitatem fortiter toleratam cognoscere. Nunquam enim illustriora sunt virtutis certamina, quam cum durius premitur; et, ut inter tempestatum horrida acriores emicant ignes, sic inter temporum fera vividior puriorque exsurgit virtus.

Post hanc Historiarum curam, Tacitus superiorem imperii memoriam narrandam suscepit; eamque a Tiberii principatu ad Neronis exitum in Annalibus conclusit; pressior, acrior, sententiis, quam verbis abundantior: præceptis politicæ artis ita locuples, ut, si hos tantum Annalium libros edidisset, Principum privatorumque hominum, qui ad rempublicam accedunt, præceptor doctorque haberetur: in hoc scribendi genere primus simul et summus.

NOTÆ

[y] Tacit. Hist. I. 1. Ann. XI. 11. [z] Tacit. Hist. I. 3.

Inter hæc sapientiæ consilia, et incredibili mentis capacitate, cautissimas Tiberii artes extricavit, Claudii imbecillitatem pudendam fecit, Neronis libidines infamavit; sane adversus Caii furores æque animosus. At, ut in Historiis, ita et in Annalibus, multa absumsit vorax temporum edacitas.

Ea cum componeret, Augusti Annales meditatus est:[a] magnificum dignumque Tacito argumentum: qui reipublicæ finem, ortum imperii, versos mores, tantarum rerum causas, Augustum iis quidem movendis imparem, sed semel motas sustinendo habilem, plurimaque arte publicum servitium libertatis specie molientem, expressisset.

Post tot labores, tradendis superioris ævi rebus impensos, ætatem suam erat repetiturus, ut nova et præsentia bona æternitati consecraret, ac, pro virili portione, sequentium Principum æmulatu continuaret. Nerva enim Cæsar res olim dissociabiles miscuerat, principatum ac libertatem. Publicam felicitatem in dies augebat Trajanus;[b] additaque victoriarum gloria, ita imperii fines proferebat, ut nunquam latius sit imperitatum. Uberrimam hanc et securissimam materiam senectuti suæ seposuerat Tacitus.[c] Egregia consilia mors importuna abrupit. Ipse, dum Trajanus Orientem novis victoriis lustrabat, (nusquam enim Hadriani tempora memorat) vivendi finem fecit, præpropero fato oppressus. At in brevi mortalitate longioris vitæ celebritatem impleverat: civis optimus, literis et sapientia ætatis suæ princeps; eandem famam, parem auctoritatem apud posteros tam diu retenturus, quam diu in scriptis non otiosa verborum prolixitas, sed valida rerum sententiarumque brevitas placebit; quam diu in re politica mores hominum, rerum momenta, libertatis et dominationis temperamenta, varia et saluberrima pro temporum eventuumque varietate agendi consilia, noscere erit pretium.

NOTÆ

[a] Tacit. Annal. III. 24.
[b] Tacit. Vit. Agr. c. 3.
[c] Tacit. Hist. I. 1. supremum illud consilium memorat.

Hæc quidem cum recenserem graviora Taciti studia, omisi leviora duo ejus opera: alterum Facetias; alterum Dialogum de Oratoribus. Facetias, Fulgentio Grammatico[d] memoratas, forte collegit, dum literariam supellectilem parabat, vel subsecivis horis, ut tædia otiave falleret. Periere; nec magnum est earum desiderium. Id enim literaturæ genus ita a tempore locoque pendet, ut vix unquam alios homines, alios mores ferat. Dialogus de Oratoribus extat, sed mancus atque imperfectus parte haud exigua,[e] et, ob naturam rerum, quæ ibi tractabantur, gravissima. Disputationi ea super re habitæ Tacitus, juvenis admodum,[f] interfuerat, cum M. Aprum et Julium Secundum assectabatur: eam postea, requirente Justo Fabio, literis mandavit, iisdem numeris, iisdem, quas audierat, rationibus.[g] Ibi tamen passim suum prodit ingenium, nondum quidem illa brevitate, quæ in Annalibus eminet, subactum, sed jam validum, et ad altos sensus pronum. Apud picturæ curiosos prima summorum artificum lineamenta diligentissime asservantur: haud minori pretio apud literarum amatores debet esse hoc clarissimi ingenii specimen. Nihil moror quosdam hunc librum Tacito abjudicasse, ut illum Quintiliano aliisve tribuerent. Pugnant conjecturis adversus manu scriptorum codicum veterumque omnium editionum fidem, adversus Pomponii Sabini, Grammatici,[h] auctoritatem, demum adversus certissimam temporum rationem, quæ uni Tacito competit. Contra sunt qui ei vindicent epistolam unam Plinianis insertam.[i] Haud equidem improbabilis est conjectura. At vix ullius momenti res est, ob materiæ levitatem. Ipsa epistola inter Testimonia Veterum mox subjungetur, ut penes quemque sit judicium.

Hactenus Taciti studia et meditamenta recensui; su-

NOTÆ

[d] Quem vide infra inter Testimonia Veterum.

[e] Tacit. Dialog. de Orat. c. 35.

[f] Tacit. ibid. c. 1.

[g] Tacit. Dial. de Orat. c. 1.

[h] Quem vide infra inter Testimonia Veterum.

[i] Plin. Epist. IX. 10.

perest ut quorundam adversus eum criminationes, non editoris affectu, sed ductu veritatis, expendam. Nemo enim sine adversariis magnum nomen obtinuit; et quanto celebratior Taciti fama, tanto gravioribus patuit accusationibus. Ac primo quidem criminantur malignum eum fuisse et μισάνθρωπον, qui omnia vel suspicionibus adulteraret, vel in deteriorem partem traheret. Hæc certe maligni et improbi sunt hominis, qualem nemo dixerit Tacitum, qui sceleratos passim arguit, virtutem meritis laudibus semper extulit, amicos non habuit nisi optimos, ipsamque malignitatem, falsa libertatis specie illudentem, sæpe corripuit. At suspiciones, conjecturas interserit. Fateor equidem; sed eas legitimas, et quod in veterum librorum, quæ superat, paucitate prorsus mirum est, aliorum scriptorum testimonio, aut ipsarum rerum natura comprobatas. Nullas in historia usurpare, vel ineptissimi, vel audacissimi mortalium foret. Criminationis causas aperiam. Quidam corruptores et corrupti Tacitum oderunt, quod eorum arcana nudaverit, eorum vitia perpetuus censor exprobret. Ut sibi aliisque fucum faciant, calumniam hanc ingerunt. At quis, nisi prius ei fuerit malesana oculorum acies, splendidiorem purioremque solem esse unquam questus est? Quis, nisi turpis, fideliori speculo irascitur? Alii, procaces ingenio, et offensionum avidi, historias argutiis aculeatas, amaras malignitate, divinationibus falsas scripsere, seque Taciti imitatores audacter sunt professi. Eorum audaciam imperitiamve, non vero Tacitum, argue.—Vulgare est sua flagitia aliis objectare, magnisque nominibus sese tutari. Insuper ex optimis artificibus quavis ætate exorti imitatores pessimi.

Crimen alterum: malæ Latinitatis est Tacitus. Breviter dictum; an vere? Tacitum aliquando nimis concisum, ingenii et sensuum profunditate subobscurum arguerent, non valde repugnarem, nec eadem esse Thucydidis vitia, aut, ut loquuntur Græci, virtutes, urgerem. Sed Ferretum, aliosque id genus homines, Taciti Latinitatem culpare quis ferat? Eos tamen refutare pudet. Idque prorsus inutile,

cum Muretus,[i] Latinitatis et Latinarum elegantiarum peritissimus judex, partes illas magna cum laude præoccupaverit. Hoc unum addidero, inter Romanos scriptores nullum esse verborum concinnitate et splendore Tacito comparandum.

Graviora sunt mendacii crimina: neque dixerim Tacitum nihil esse mentitum. Commune illud est mortalitatis vitium, quod historiæ scriptores in tanta rerum multitudine, humanique ingenii infirmitate, et ob caliginem veritati offusam, vix effugiant. Proclivior adhuc error, ubi intercedit religionum diversitas. Inde Tacitus falsa de Christianis, absurda de Judæis prodidit, præjudicatis tum suis, tum aliorum opinionibus abstractus. Ita tamen fidei et diligentiæ, quam in ceteris profitetur, retinens, ut, vel cum hæc peccaret, Christianos incendii crimine, quo Nero eos perculerat, absolverit.[j] Judaicis autem antiquitatibus vera quamplurima intermiscet; eamque religionem valde commendat, quæ Deum imagines mortalibus materiis in species hominum non effingit, sed sine simulacris, sine regum, sine Cæsarum adulatione, *unum numen, summum illud et æternum, neque mutabile, neque interiturum*,[k] veneratur. Talia veritatis testimonia apud nullum Romanæ gentis scriptorem ante Tacitum reperire est.

Odiosum vero, et, ut opinor, falsum est ἀθεότητος crimen, quod quidam Tacito objiciunt. Deos enim passim agnovit, negavit nusquam; ipsamque opem divinam,[l] rerum humanarum dominatricem, memorat. Atrocioribus quidem sceleribus et cladibus offensus, et aliquando de divina providentia dubitaverit, dixerit Diis non homines, non imperii securitatem, sed ultionem curæ esse;[m] id ἀσεβείας est, non

NOTÆ

[i] Hac de re et Taciti laudibus orationem habuit Muretus, quam vide inter ejus orationes editas Lipsiæ anno 1698. vol. II. p. 353.

[j] Tacit. Annal. XV. 44.

[k] Tacit. Hist. V. 5.

[l] Tacit. Hist. IV. 78.

[m] Tacit. Annal. IV. 20. VI. 22. Hist. I. 3.

vero ἀθεότητος. Dolendum certe quod Deum unum non coluerit, et in hac exoriente Christianæ veritatis luce, quæ ipsam Neronis domum subierat,[n] recensque Flavii Clementis, consulis, aliorumque exemplis ac virtutibus inclaruerat, ipse cæcutierit. At inter ἀθέους minime censendus est.[p]

Porro viri illius celeberrimi gloria ad seros nepotes propagata est. Illum parentem suum appellabat, et ab eo originem ducere se gloriabatur M. Claudius Tacitus,[q] qui principatum obtinuit anno Urbis Conditæ 1028. Jesu Christi 275. vir egregie moratus, non ambitione, non crimine, sed singulari senatus et exercituum consensu imperio admotus: illius capax, et intra sex imperii sui menses tanta virtutum claritudine, ut laudatissimorum Principum gloriam æquasset, ni, urgentibus Romæ fatis, cito fuisset extinctus. Cornelii Taciti imaginem in omnibus bibliothecis collocari, ejusque libros, ne lectorum incuria deperirent, per annos singulos decies publica impensa in civicis archivis describi, et in bibliothecis poni jussit:[r] orbi, literis et parenti optime consulturus, si ipse, aut frater ejus Florianus, diu imperassent. Recentior adhuc, nec forte ultimus Tacitorum sanguis, Polemius,[s] Galliarum prætorio præfectus, nobilitate et doctrina, quasi hæreditario jure, illustris, memoratur circa annum Urbis Conditæ 1229. Jesu Christi 476. Augustuli et imperii Romani supremum.

Verum longe major ingenii, quam sanguinis, laus extitit, nec unquam intermoritura: crevit per ætates diffusa, a viris tum Principibus, tum privatis, sanctitate, sapientia, et fortitudine præcellentibus, ad nos transmissa: æternum vivet apud gentes literarum et hominum studiosas. Nul-

NOTÆ

[n] D. Paulus, Epist. ad Philippenses, IV. 22.

[p] Cl. Joannes Kynaston Tacitum defendit publica oratione, Oxonii habita, et Londini edita anno 1764. cui titulum fecit: *C. Cornelius Tacitus a falso impietatis crimine vindicatus.*

[q] Vopiscus in Tacito, cap. 10.

[r] Vopiscus ibid. Vide et Testimonia Veterum.

[s] Sidonius Apollinaris, Epist. IV. 14.

lum superest tanti viri monumentum. Ejus imago, quæ Interamnæ in Apostolico palatio monstratur, nulla valet antiquitatis commendatione. Ante ducentos annos, rudera ejus tumuli adhuc ostentabantur haud procul Interamna, viamque propter, quæ Spoletum ducit. Qua occasione Hector Simonetta ea solo æquaverit, Tacitique cineres dissipaverit, mœrens ejus filius, inscriptione in agro paterno posita anno 1613. testatum voluit.[t]

PIO. V. P. O. M. E VATICANO ANTIQVAS STATVAS
EIICI

ROMAE MANDANTE

TACITI ET FLORIANI OPT. IMP. COENOTAPHIA

IN PROPRIO SOLO CONSTRVCTA A FVLMINE ET ANTIQVITATE DEFORMATA

CORNELII TACITI HISTORICI DE RELIGIONE CHRISTIANA

MALE OBLOQVENTIS MAVSOLEVM VETVSTATE

COLLAPSVM SEMIDIRVTVM DISSIPATIS CINERIBVS

DIRVI ET SOLO AEQVARI

MERIDIONALEM IMPERIALIS SOLI PARTEM EX RVINIS

MVRO CINGI

HECTOR SIMONETTA FVNDI DOMINVS

INTERAMNAE MANDAT

FVNDAMENTA VIX REMANENT PROH DOLOR TANTARVM

ANTIQVITATVM IN A. P.

PAVLVS HECT. F. AD AETERNAM REI MEMORIAM POSVIT

A. S. M. DC. XIII.

NOTÆ

[t] Hæc fuse memorat Franciscus Angeloni, *Historia di Terni*.

VETERUM SCRIPTORUM

DE

TACITO TESTIMONIA,

VEL EJUSDEM

FRAGMENTA.

Plin. lib. VII. Nat. Hist. cap. 16.

'IPSI nos pridem vidimus eadem omnia in filio Corn. Taciti equitis Rom. Galliæ Belgicæ rationes procurantis.'

Plinius Nepos lib. II. Epist. 1.

'Laudatus est Verginius a consule Cornelio Tacito. Nam hic felicitati ejus supremus cumulus accessit, laudator eloquentissimus.'

Eodem libro, Epist. 11.

'Respondit Cornelius Tacitus eloquentissime, et quod eximium orationi ejus inest, σεμνῶς.'

Libro IV. Epist. 15.

'Idem Cornelium Tacitum (scis quem virum) arcta familiaritate complexus est.'

Libro VI. Epist. 16.

'Petis avunculi mei exitum tibi scribam, quo verius tradere posteris possis. Gratias ago: nam video, morti ejus, si celebretur a te, immortalem gloriam esse propositam.'

Libro VII. ad Tacitum.

'Erit rarum et insigne, duos homines, ætate propemodum æquales, non nullius in litteris nominis, alterum alterius studia fovisse. Equidem adolescentulus, cum jam tua fama gloriaque floreret, te sequi, tibi longo, sed proximus intervallo, et esse et haberi concupiscebam.'

Libro IX.

'Nec ipse tibi plaudis; et ego nihil magis ex fide, quam de te scribo. Posteris an aliqua cura nostri, nescio: nos certe meremur, ut sit aliqua, non dico ingenio (id enim superbum) sed studio, sed labore, et reverentia posterum.'

Orosius de Domitiano loquens.

'Nam quanta fuerint Diurpanei, Dacorum regis, cum Fusco duce prælia, quantæque Rom. clades, longo contextu evolverem, nisi Corn. Tacitus, qui hanc historiam diligentissime contexuit, de reticendo interfectorum numero, et Sallustium Crispum, et alios auctores quamplurimos sanxisse, et seipsum idem potissimum elegisse, dixisset.'

Idem

'Dein, ut verbis Corn. Taciti utar, Sene Augusto, Janus patefactus, dum apud extremos terrarum terminos, novæ gentes, sæpe ex usu, et aliquando cum damno quæruntur, usque ad Vespasiani duravit imperium.'

Flavius Vopiscus in Probo.

'Et mihi quidem id animi fuit, non ut Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer viros, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum,' &c.

Idem in Tacito.

‘ Corn. Tacitum scriptorem historiæ Augustæ, quod parentem suum eundem diceret, in omnibus bibliothecis collocari jussit.’

Sidonius Epist. l. IV. ad Polemium.

‘ Caius Tacitus e majoribus unus tuis, Ulpianorum temporum consularis, sub verbis cujusdam Germanici ducis, in historia sua retulit,’ &c.

Idem in Panegyrico ad Anthemium.

‘ Quam Crispus brevitate placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo flumine Quintilianus;
Qua pompa Tacitus, nunquam sine laude loquendus.’

Idem in Epigram.

‘ Et te, qui brevitate, Crispe, polles,
Et qui, pro ingenio fluente, nulli,
Corneli Tacite, es tacendus ore.’

Illa Quintiliani lib. X. fortasse ad Tacitum referantur.

‘ Superest adhuc, et exornat ætatis suæ gloriam, vir sæculorum memoria dignus: qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec immerito; ut libertas, quanquam circumcisis quæ dixisset, ei nocuerit: sed elatum abunde spiritum, et audaces sententias deprehendas, etiam in iis quæ manent.’

Ideo ambigitur, quia hæc vivo Domitiano Fabius scripsisse videtur. Atqui noster tunc, ut verisimile est, nil vulgaverat. Nec constat libertatem nocuisse Tacito, aut aliquid e scriptis circumcidisse.

NOMINA INTERPRETUM QUI LAUDANTUR IN NOTIS.

Lipsius.
Rhenanus.
Mercerus.
Freinshemius.
Berneggerus.
Barclaius.
Pichena.
Gronovius.
Vertranius.
Grotius.
Boxhornius.
Ferrettus.
Ursinus.
Muretus.
Savilius ad Histor.
Salinerius.
Harlæus.
Salmasius.
Aurelius.
Acidalius.
Marcilius.
Gutherius.
Casaubonus.
Lupanus.
Sigonius.
Turnebus.
Budæus.
Brissonius.
Cujacius.
Valesius.
Faërnus.
Gruterus.
Manutius.
Vossius.
Forstnerus.
Meursius.
Heinsius.
Reinesius.
Rupertus.
Gevartius.
Alciatus.
Colerus.
Donatus.
Altamerus.
Barthius.
Tillemonius.

C. CORNELII TACITI[1]

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM[2]

LIBER PRIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

CAP. 1. Rei Romanæ status ante Augustum. 2. Ejus artes et via ad imperium. 3. Varii ab Augusto destinati successores. 4. Status rerum et affectus civium sub Au-

1 *C. Cornelii Taciti.* A veteribus Editionibus abest prænomen. Deinde temere editum *P. Corn. Tac.* Errorem dedocuit Sidonius Epist. IV. 14. Sidonio astipulantur Mss. Reg. et Farnes. In Reg. *C. Cornelii Taciti Historici illustris* XXX *librorum quos edidit fragmenta incipiunt.* In Farnes. teste Lipsio, *C. Cornelii Taciti Romanas historias scribentis ex his qui reperiuntur Liber primus.* Brotier.—2 *Annalium.* Ita merito antiquam inscriptionem restituit Rhenanus. Male Puteolanus, *Actionum diurnalium:* alii ex Ms. Vatican. *Actorum diurnalium.* Brotier. In Veneto, *Actionum diurnalium.*

NOTÆ

1 CAII CORNELII TACITI] Id verum huic Scriptori prænomen asserui. Sidonius l. IV. ad Polemium epistola: 'Caius Tacitus e majoribus unus tuis, Ulpianorum temporum consularis.' Et ad Leonem: 'Namque et antiquitus cum Caius Cornelius Tacitus Caio Plinio Secundo paria suasisset.' Sed et epigraphe Farnesiani libri, 'C. Cornelii Taciti Romanas historias scribentis ex his qui reperiuntur liber primus.' Publium prænomen, quod in libris tritis, a casu aut a vulgo est. Mihi autem in ipso aditu testari placet, 'Odi profanum vulgus et arceo.' *Lipsius.*

2 ANNALIUM] Bene Rhenanus, qui hanc inscriptionem asserit, etiam

gusto. Judicia de successoribus. 5. Morbus Augusti, et mors celata. Accitus ad successionem Tiberius. 6. Cædes Postumi Agrippæ. 7. Roma prona in servitutem. Juratum in verba novi Principis. Ejus callida tergiversatio.

NOTÆ

contra libros. In quibus plerisque est, *Actorum diurnalium;* vel, ut in Veneto, *Actionum diurnalium.* Qui tamen titulus non accepto referendus alicui imperito. Unde enim illi in mentem fuissent Acta, vel Diurna? sed cuipiam antiquioris ævi, qui Taciti Annales non ineptissime comparavit cum Actis urbis. Quem tamen refellit ipse Tacitus l. XIII. 'Nerone II. L. Pisone Coss. pauca memoria digna evenere, nisi cui lubeat laudandis fundamentis et trabibus volumina implere: cum ex dignitate Populi Romani repertum sit, res illustres Annalibus, talia diurnis urbis Actis mandare.' Alibi; 'Nemo Annales nostros cum scriptura eorum contenderit.' Itemque: 'Ni destinatum mihi foret suum quæque in annum referre.' Etiam Jornandes in rebus Gothicis, Cornelium hunc citat 'Annalium scriptorem.' *Idem.*

ANNALIUM] August. Mascardus in Arte sua Historica differentiam *Annalium* et *Historiarum* e Tacito discendam scribit: annales admittere, quicquid patitur historia, sed id tradere concisius ac brevius; dein habere aliquid proprium, nempe res minus graves quam frons historiæ postulat. Sed postea fatetur, utroque scripto Taciti diligenter inspecto, se causam edere non posse, quamobrem alterum potius *Annalium,* alterum *Historiarum* nomen præferat. Nec certe dissimilis hac parte sibi Tacitus. Nam quod singuli annales absolvunt complures annos, tot historiæ vix unum exhauriunt, ubertas materiæ facit, non index librorum. Quod si plures historiarum libri extarent, appareret non minus in his quam in annalibus stylum annis, ut loquuntur, et Consulibus accommodasse Tacitum. At quod discrimen rejicit ac pro nullo putat Mascardus, id solum secutus est auctor noster. Sic enim tradunt Servius ad secundam Æneida et e Verrio Flacco Gellius v. 18. visum quibusdam antiquis, *annales* temporum esse illorum, quæ scriptoris haud vidit ætas; *historiam* eorum, quibus interfuerit. Et ut hujus rei obscura esset ratio, quam multa sunt, quorum significationes ab origine non diversas usus secreverit, ut certa essent cuique rei vocabula? Sed et præbet rationem evidentem, si non *Annalium,* at *Historiæ* vox dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, quod est noscere visendo, vel inspicere. Plutarchus, βουλόμενος ἱστορῆσαι τὴν πόλιν. Sic καθ' ἱστορίαν ἰέναι, καθ' ἱστορίαν πλανηθῆναι, lustrandi vel visendi gratia. Palæphatus: καὶ γέγραφα ταῦτα, οὐχ' οἷα ἦν λεγόμενα, ἀλλ' αὐτὸς ἐπελθὼν καὶ ἱστορήσας· id est, quæ ipse adii et comperi vel contemplatus sum. Jam cum scribit Tacitus dignitatem suam a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam, satis demonstrat, quæ tradit in annalibus, ea præcessisse suam ætatem, duntaxat illam, quæ rebus intenta esse, et maturum de illis judicium facere posset. *Gronov.*

Gellius v. 18. 'Historiam ab annalibus quidam differre eo putant, quod cum utrumque sit rerum gestarum narratio, earum tamen proprie rerum sit historia quibus rebus gerendis interfuerit is qui narret. Eamque esse opinionem quorundam Verrius Flac-

8. Augusti testamentum et honores eximii in funere. 9. De Augusto judicia in utramque partem. 10. Judicia sequiora. 11. Tiberius imperium subdole renuit, urgente Senatu. Rationarium imperii. 12. Asinio iratus Tiberius, 13. mox Arruntio, Haterio et Scauro. 14. Senatus adulatio in Liviam, a Tiberio temperata. 15. Ratio comitiorum. Ludi Augustales. 16. Seditio Pannonicarum legionum, VIII. IX. XV. Concitor Percennius. 17. Hujus seditiosæ conciones. 18. Furit miles, quem moderari conatur Blæsus. 19. Legatio ad Principem. 20. Recrudescit seditio. 21. Blæsus frustra obnititur. 22. Vibuleni fallaci facinore pæne oppressus. 23. Tribuni mil. pulsi. Lucillius cæsus. 24. Drusus seditioni sedandæ missus a Tiberio. 25. Drusus literas Tiberii recitat. 26. Militum postulata differt. Clamor. 27. Hinc tumultus acrior. Lentuli periculum. 28. Lunæ defectio seditiosos terret, nec deest occasioni Drusus. 29. Miles ponit ferociam. 30. Capita tumultus cæsa. Legiones hybernis suis redditæ. 31. Gravior oritur seditio legionum octo Germanicarum. 32. Sævitia in centuriones, Chæreæ facinus. 33. Germanicus Cæsar ad legiones e Gallia properat: 34. quas ad fidem cohortatur. 35. Eæ querelas promunt: pars imperium offerunt acriter abnuenti. 36. Remedia quæsita. 37. Oblata missio et pecunia: sic paulum oppressa seditio. 38. Vexillarii turbant: quos fortiter coërcet Mennius. 39. Denuo legg. I. et XX. turbant. Cæsari vim, Planco mortem intentant. 40. Germanicus, filio et uxore dimissis, 41. militi pœnitentiam injicit, 42. 43. tum eum facunda oratione alloquitur. 44. Mutati pœnas in se

NOTÆ

cus refert in libro de significatu verborum quarto, ac se quidem dubitare super ea re dicit, posse autem videri putat nonnihil esse rationis in ea opinione, quod historia Græce significat rerum cognitionem præsentium. Sed nos audire soliti sumus annales omnino id esse, quod historiæ sint: historias non omnino esse id quod annales sint. Sicuti quod est homo, id necessario animal esse: quod est animal, non id necesse est hominem esse. Ita historias quidam esse aiunt rerum gestarum vel expositionem, vel demonstrationem, vel quo alio nomine id dicendum est: annales vero, cum res gestæ plurium annorum observato cujusque anni ordine, deinceps componuntur.'

ultro poscunt: noxios ipsi puniunt. Centuriones novi suffceti. 45. In turbidos adhuc vis paratur. 46. Trepidæ urbis rumores. 47. Tiberius iter simulat. 48. Germanici minæ. 49. Miles suos turbatores ipse eædit. 50. Furorem expiaturi, in hostem eunt. Marsi oppressi. 51. Tanfanæ templum dirutum. Insidiæ in reditu irritæ. 52. Tiberius maligne laudat Germanieum. 53. Juliæ mors et mores. Graeehus eæsus. 54. Sodales Augustales instituuntur. Histrioniæ turbæ.

55. Proximo anno in Cattos excursus. Arminius. Segestes. 56. Catti improviso oppressi. Mattium ineensum. 57. Segestem obsessum liberat Germanicus. Uxor Arminii capta. 58. Segestis oratio. Segestes eum suis benigne habitus. 59. Arminius in eum et Romanos invehitur. 60. Cherusei aliique populi rebellant. Brueteri fusi. 61. Monumenta eladis Varianæ. 62. Reliquiæ illius eladis tumulatæ, improbante Tiberio. 63. Pugna cum Arminio. 64. Cæcinam loco iniquo aggreditur Arminius intrepidum. 65. Milites eonsternati. Cæeinæ somnium infaustum. Cæsi pæne Romani. 66. Panieus terror ut repressus. 67. Consilium Cæeinæ de reeessu. 68. Felix eruptio. Germanorum elades. 69. Agrippinæ viriles euræ Tiberium offendunt. 70. Legiones æstu maris eum perieulo reveetæ. 71. Segimerus in deditionem aeceptus. Exercitus damna suppleta. 72. Tiberii fieta modestia. Lex majestatis revocata, 73. et in minimis quibusdam exercita. Delationum pestis ingruit. 74. Marcellus majestatis postulatus. In eum ira Tiberii incautior. 75. Tiberii liberalitas. 76. Tiberis inundatio. Aehaia et Maeedonia levatæ. Drusi munus. 77. Theatri lieentia coëreita. 78. Templum Augusti. Centesima. 79. An aquæ Tiberi subducendæ. 80. Tiberius eur præsides raro mutarit. 81. Comitiorum confusa ratio. Hæc fere biennio gesta,

Sex. Pompeio et Sex. Appuleio, Coss.

Nerone Claudio Druso Cæsare et C. Norbano, Coss.

URBEM Romam[a] a principio Reges habuere. Libertatem et Consulatum L. Brutus instituit. Dictaturæ ad tempus[b]

Initio Reges imperavere Romæ. L. Brutus asseruit libertatem, et Consules imposuit. Dictator ad certum *tempus eligebatur, neque* mansit *auctoritas decemvi-*

NOTÆ

[a] *Romam*] Solinus, c. 1. 'Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Evandro primum datum, cum oppidum ibi offendisset, quod extructum antea Valentiam dixerat juventus Latina, servataque significatione impositi prius nominis Ῥώμην, Græce, Valentiam nominatam: quam Arcades, quoniam in excelsa parte montis habitassent, derivatum deinceps, ut tutissimæ urbium ARCES vocarentur. Heraclidi placet, Troja capta quosdam ex Achivis in ea loca ubi nunc Roma est, devenisse per Tiberim, deinde suadente Rome nobilissima captivarum, quæ his comes erat, incensis navibus posuisse sedes, struxisse mœnia, et oppidum ab ea Romen vocavisse. Agathocles scribit Romen non captivam fuisse, ut supra dictum est; sed Ascanio natam, Æneæ neptem, appellationis istius causam fuisse. Traditur etiam proprium Romæ nomen, veruntamen vetitum publicari, quandoquidem quominus enuntiaretur ceremoniarum arcana sanxerunt, ut hoc pacto notitiam ejus aboleret fides placitæ taciturnitatis. Valerium denique Soranum, quod contra interdictum eloqui id ausus foret, ob meritum profanæ vocis neci datum. Inter antiquissimas sane religiones sacellum colitur Angeronæ, cui sacrificatur ante diem duodecimum Calendarum Januariarum, quæ Diva, præsul silentii ipsius, prænexo obsignatoque ore simulacrum habet.'

Romam] Roma urbs Italiæ in Latio, cum suburbio Vaticani in Hetruria, Tiberi fluvio interfluente, caput orbis terræ, olim sub Imperatoribus, nunc sub summo Pontificatu, cui in Italia 33. Archiepiscop. præter 90. Episc. immediate subjecti, et 6. Archiep. Insulares, in Hispania 9. in Gallia 18. in Belgio 3. in Germania 7. in regno Polonico 3. in regno Daniæ et Sueciæ 3. in Hibernia 4. in Anglia 2. in Scotia 2. si ad unitatem redirent, in Hungaria 2. in Illyrico 4. Insulares sub Venetis 2. in orbe novo 4. in India 2. (Præter Archiepisc. seu Metropolitas Græci ritus in Europa, Asia, et Africa, ac ritus Nestoriani in Syria, et regno Persarum sub Patriarch. Constantinop. Antiochen. Alexand. et Hierosol.) parent.

[b] *Dictaturæ ad tempus*] Quas diuturnas primus Sylla fecit, Cæsar perpetuas. Et hic gradus ad Principatum, quo Præfatio ista ducit. *Lips.* Cur aliis Magistratibus omissis (qui omnes ad tempus) de Dictaturis solum dixit, *Dictaturæ ad tempus?* putem eo factum, quod postea Sylla Cæsarque in perpetuum sese fecerint Dictatores. ὁ δὲ Σύλλας βίᾳ μὲν καὶ ἀνάγκῃ (λόγῳ δ' αἴρετος) εἰς αἰεὶ δικτάτωρ γενόμενος, ait Appianus. Suetonius autem de Cæsare: 'non enim honores modo nimios recepit, ut continuum Consulatum, perpetuam Dictaturam.' Aut hisce verbis *ad tempus*, notatur urgentissima necessitas, qua fiebant, οὓς δικτάτορας ἐκαλοῦντο, ἐπὶ ταῖς φοβερωτάταις χρείαις ἑξαμήνους τιθέμενοι. Eadem quæ noster, eodemque significatu, Arcadius l. 1. D. de Offic. pr. 'Cum apud veteres Dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur.'

sumebantur: neque Decemviralis potestas ultra biennium,[c] neque Tribunorum[d] militum consulare jus diu valuit. Non Cinnæ, non Syllæ longa dominatio; et Pompeii Crassique potentia cito in Cæsarem, Lepidi atque Antonii arma in Augustum cessere: qui cuncta, discordiis civilibus fessa, nomine *Principis*[e] sub imperium accepit. Sed veteris po-

rorum ultra duos annos. Neque diu floruit potestas Consularis Tribunorum militum. Non diuturnum imperium Cinnæ, neque Syllæ; et potestas Pompeii Crassique statim translata in Cæsarem; Lepidique atque Antonii opes cito transiere *ad Augustum, qui vocabulo Principis pænes se vindicavit Rempublicam bellis civilibus*

NOTÆ

At vulgo (ne quid dissimulem) interpretantur sex menses, innituntur*que* his verbis Pomponii l. II. de Or. jur. 'Hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas ultra sextum mensem retinere.' Vera sunt; ad quæ tamen non collineavit Arcadius; immo apertissime sensit cum Appiano. *Salin.*

Dictaturæ] Dictatores raro nec fere nisi summa necessitate urgente creabantur, qua depulsa abdicabant se magistratu, aut legitimo tempore decurso abibant, nempe post sex menses.

[c] *Ultra biennium*] Ita accipio, quasi dicat, haud multo ultra biennium. Nam exacte si putas, revera ultra biennium Decemviri imperium tenuere. Livium et Fastos vide. Nec tamen Vertranio assentior, *ultra triennium* sufficienti. Nam id includat triennium eos imperasse; quod contra est, et non nisi supra biennium aliquot menses. *Lipsius.*

Ultra biennium] Decemviri circa annum CCCI. ab U. C. legum ferendarum causa summa cum potestate creati, quum dominationem contra leges retinerent, tertium intra annum dejecti sunt.

[d] *Tribunorum*] Tribuni militum Consulari potestate circa annum CCCX. ab U. C. primum instituti, non processerunt ultra annum CCCXC. Ita tamen ut intermedio quoque tempore sæpius et aliquando plures per annos continua Consulum comitia haberentur.

[e] *Nomine Principis*] Non ergo tam celebre tunc *Imperatoris* nomen, ea quidem notatione. Et Augusto visum istud *Principis* minuendæ invidiæ: quia etiam olim Princeps Senatus. Quod exemplum non dubie secutus. Noster infra: 'Non regno tamen neque Dictatura, sed Principis nomine constitutam rempublicam.' Ovidius de Augusto ad Romulum; 'Tu Domini nomen, Principis ille tenet.' Dio de Tiberio: Πρόκριτός τε τῆς γερουσίας κατὰ τὸ ἀρχαῖον ὠνομάζετο. Καὶ πολλάκις γε ἔλεγεν, ὅτι δεσπότης μὲν τῶν δούλων, αὐτοκράτωρ δὲ τῶν στρατιωτῶν, τῶν δὲ δὴ λοιπῶν πρόκριτός εἰμι. *Princeps autem Senatus, ritu prisco, dicebatur. Et ipse sæpe aiebat, Dominum se servorum esse, Imperatorem militum, Principem ceterorum.* Nec temere aliter Tacitus appellat. Inde Principatus, et Principium etiam pro imperio, Suetonii cap. 31. 'Augusti Principium, clade de Variana; Tiberii, ruina spectaculorum memorabile factum.' Ita opt. liber, et puto sincere. Tertullianus quidem receptam eam significationem fuisse ostendit, adversus Hermogenem: 'Possunt et aliter,' inquit, 'principium interpretari, non abs re tamen. Nam in

puli[f] Rom.[3] prospera vel adversa claris scriptoribus memorata sunt; temporibusque Augusti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliscente adulatione[g] deterrerentur.[4]

exhaustam. Sed eximii auctores memoriæ prodiderunt res secundas vel adversas prisci Populi Romani; nec defuere celebres ingenio viri, qui res Augusti posteris traderent, donec crescente assentutione avocarentur. Historia Tiberii, Caligulæ, et Cluudii

3 *Veteris populi Romani.* Sic Ms. Flor. Perperam emendaverat Vertranius, *veteris reipublicæ.*—4 Muretus aliique nonnulli emendant, *detererentur:* non inepte, sed minime probabiliter, refragantibus libris omnibus. Immo decora et optima ingenia *deterrentur:* honesta ac bona *deteruntur.* Brotier.

NOTÆ

Græco principii vocabulum, quod est ἀρχὴ, non tantum ordinativum, sed et potestativum capit principatum. Unde et ἄρχοντες dicuntur Principes. Ergo secundum hanc quoque significationem, Principium pro potestate et principatu sumetur.' Sed et Glossæ Græcæ distincte, 'Αρχὴ, τὸ προοίμιον, *exordium:* et deinde, 'Αρχὴ, *imperium, magisterium, præsidutus, principium.* Lipsius.

Nomine Principis] Non autem nomine Regis, quod nomen jam a Tarquiniis et Regibus ejectis invisum erat; nec nomine Dictatoris, quod detestabile post Syllam et Cæsarem fuit; post Syllam ob cædes et proscriptiones civium, et post Cæsarem etiam, de quo sic Dio l. XLIV. 'Consules legem etiam tulerunt, ne quis in posterum Dictator crearetur, execrationesque addiderunt, ac mortem ei qui de hoc retulisset, quive conatus aliquid esset, denunciarunt, pecuniis præterea per præcones in eos palam constitutis. Hæc tum ut secuturis temporibus consulerent, decreverunt: quasi vero in vocabulis rei atrocitas, ac non in armis, animo, consilioque et factis posita esset, quæ magistratum quicumque sit, et utcumque nominetur, polluunt.' Itaque quemadmodum olim constitnebatur Princeps Senatus, ita nunc constituitur Princeps Augustus absolute, id est Princeps Senatus Populique Romani et totius Reipub. Et reipsa βασιλεὺς fuit, et veram μοναρχίαν instituit Romæ; sicque non re, sed tantum mitiori nomine civium animos deliniebat Augustus.

Nomine Principis] Certe Augustus *Princeps* absolute, non *Princeps Senatus* appellatus est. Nec obstat quod Tiberius apud Dionem, πρόκριτος τῆς γερουσίας, id est, *Princeps Senatus,* appellari tantum voluerit, simulata nempe ad tempus modestia. Initio quippe metuebat Germanicum, Clementem seu Pseudo-Agrippam, Libonem et multa alia: at non ita Augustus, qui majore virtute, fortuna, gloria, discussis factionibus statim *Princeps* absolute appellari ausus est. Et ipse Tiberius postea, (ut et alii qui successuri sunt,) discet agere *Principem* etiam absolute et simpliciter, omisso nomine *Senatus,* et spreta proculcataque auctoritate Patrum.

[f] *Veteris populi Rom.*] Non absurde dicitur *vetus populus.* Lib. II. 'non, ut plerique falluntur, repens, sed priori populo factitatum.' Dial. de corr. eloq. 'facile perferebat prior iste populus et rudis.' *Pichena.*

[g] *Detererentur*] Ita recte, non *deterrerentur.* Tacitus Histor. l. II. 'Si quid ardoris ac ferociæ miles habuit,

Tiberii Caiique[h] et Claudii ac Neronis res, florentibus ipsis, ob metum falsæ;[i] postquam occiderant, recentibus odiis compositæ sunt. Inde consilium mihi, pauca de Augusto

ac Neronis, dum imperarent ipsi, ob formidinem mendaciis referta fuit. Postquam interierant, ardentibus adhuc ira animis conscripta est. Itaque statui apud me quædam et postrema memorare de Augusto, dein imperium Tiberii; et alia sequen-

NOTÆ

popinis et comessationibus et Principis imitatione deteritur.' Horatius pari metaphora, 'Culpa deterit ingeni.' *Lipsius.* Ego tamen scripturam veterem non mutarim. Nam qui res gestas sine ira et studio scribere aggrediuntur, ubi aulam adulationibus refertam, Principemque iis infectum odisse veritatem vident, a scribendo metu deterrentur. Suet. Claud. c. 41. *Saliner. et Pichena.* Vult manifeste mansisse quidem ista ingenia, sed a scribendo metu temporum fuisse deterrita; cum non liceret amplius dicere, quæ sentires; liceret adhuc sentire quæ velles. Nam ingenia certe adulatione non deteri sensit Tacitus, cum scriberet l. XVI. 'Summa facundia, nec minore adulatione servilia fingebant.' Et vero nonne sub ævum illud gliscente jam adulatione decora ingenia? Certe Poëtarum. Velleium quoque adulationis facile convincas, decori ingenii laudem ei non detrahas. *Freinsh.*

Ingenia deterrerentur] Vera et germana Taciti lectio. Nullus testis locupletior fuerit quam Dio, qui id in se sensit et expertus est cum ipse de his temporibus scriberet. Sic igitur habet l. LIII. 'Mutata Repub. quæ postea res gestæ sunt, eodem modo, quo superiorum temporum acta, perscribi non possunt. Iis enim omnia quæ vel procul ab urbe agerentur, ad Senatum populumque referebantur, ideoque omnes ea cognoscebant, ac multi literis tradebant. Et quamvis non deerant, qui metui, aut gratiæ, inimicitiæque, vel amicitiæ, in condenda historia aliquid tribuerent, tamen apud alios eadem monumentis complexos, ac publicis in Commentariis reperiri rerum gestarum veritas aliquo modo poterat. Verum tempore immutatæ Reipub. quia pleraque occulte agi cœperunt, parum fidei eorum narratio invenit; quin etiam si quid in publicum emanavit, tamen ei quoque non multum certitudinis, rei quippe non satis exploratæ, tribuitur. Est enim suspicio omnia dici, agique ad arbitrium Imperatorum, eorumque qui horum potentiæ sunt participes: atque inde fieri, ut multa conficta divulgentur, multa quæ vere acta sint, ignorentur; denique secus omnia, quam evenerint, edantur.'

[h] *Tiberii Caiique*] Fines designat, intra quos hi libri, qui attingunt quatuor duntaxat Principes. Ut vel hinc liqueat historias seorsum scriptas, finemque Annalium fuisse in fine Neronis. *Lipsius.*

[i] *Ob metum falsæ*] Et metus et odium impedimento sunt historiam contexere volentibus. Metu fit, ut vera dicere non audeant; odio, ut interdum falsa confingant. Metu, quæ reprehensione digna sunt, aut tacentur aut extenuantur, aut etiam in contrarium versa laudantur. Odio, quæ peccata sunt, exaggerantur et in majus attolluntur: quæ recte facta, aut supprimuntur, aut elevantur, aut depravantur. Itaque ubi illa sunt, inde exulat fides. *Muretus.*

et extrema tradere, mox Tiberii principatum et cetera; sine ira et studio, quorum causas procul habeo.[j]

2. Postquam, Bruto et Cassio cæsis, nulla jam publica arma,[k] Pompeius apud Siciliam oppressus,[l] exutoque Lepido,[m] interfecto Antonio, ne Julianis quidem partibus nisi

tium Principum, sine odio et amore, quorum affectuum *causæ procul a me absunt.*
Postquam Bruto et Cassio extinctis, nullæ jam Reipublicæ opes, aut exercitus erant: postquam Sex. *Pompeius in Sicilia profligatus* fuit: *spoliatoque Lepido, cæso Antonio, ne Cæsarianis quidem partibus dux superesset nisi* Octavius *Cæsar:*

NOTÆ

[j] *Causas procul habeo*] Nam Tacitus neque illos Principes viderat, nec de illo bene aut male meriti erant, nec de ipsius avis, seu auctoribus: ab istis Cæsaribus neque mediate, neque immediate ullum beneficium, aut injuriam acceperat. Igitur amoris, odiive causam procul habuit Tacitus: familia et fortuna Taciti provecta et promota est postea a Flavianis; a Vespasiano nempe. Tacit. hist. I. 1. sic scribit. 'Postquam bellatum apud Actium, atque omnem potestatem ad unum conferri pacis interfuit; magna illa ingenia cessere. Simul veritas pluribus modis infracta; primum inscitia Reipublicæ ut alienæ, mox libidine assentandi, aut rursus odio adversus dominantes. Ita neutris cura posteritatis, inter infensos vel obnoxios. Sed ambitionem scriptoris facile adverseris: obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur. Quippe adulationi fœdum crimen servitutis, malignitati falsa species libertatis inest. Mihi Galba, Otho, Vitellius, nec beneficio, nec injuria cogniti. Dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, &c. incorruptam fidem professis nec amore quisquam et sine odio dicendus est.'

[k] *Nulla jam publica arma*] Senatus, populique pro Republica et a Republica. Tantum privata nunc arma, et in propriam potentiam. *Lipsius.*

Nulla jam publica arma] Bruto et Cassio cæsis, nullæ jam partes Reipub. supererant, nullæ, partes quæ libertatem assererent. Nullæ jam Reipub. opes, nulli jam exercitus pro Repub. militabant. Omnes opes, copiæ, arma ad Triumviros translata erant.

[l] *Apud Siciliam oppressus*] Non mehercules apud Siciliam. In Asia oppressum eum jugulatumque consentiunt scriptores: de urbe tamen ambigitur. Dio XLIX. cæsum vult, ἐν Μιδαείῳ τῆς Φρυγίας, in Phrygiæ oppido Midaio. Florus IV. 8. et Appianus Mileti, quæ Cariæ ascripta. Sed noster victum eum saltem intelligit, et copias ejus apud Siciliam oppressas. Ita et Florus de eodem: 'In Siculo freto juvenis oppressus est.' *Lipsius.*

[m] *Exutoque Lepido, &c.*] Eleganter, id est, exarmato, et exercitu spoliato. Nam viginti legiones ei ademit. *Idem.*

Exutoque Lepido] Dio lib. XLIX. 'Hæc Cæsari objiciebat, et missis suorum nonnullis eum ad disceptationem provocabat. Habebat autem secum eas copias, quas ex Africa adduxerat, omnesque eos, qui Messanæ remanserant. Hi enim, simul atque Lepidus prior Messanam venit, et spem novarum rerum ostendit, sese ei adjunxerant. Cæsar ad objecta nihil respondens, ac omne jus in se ponens, et in armis, quibus Lepido præstabat, statim cum paucis quibus-

Cæsar dux reliquus: posito *Triumviri* nomine, Consulem se ferens, et ad tuendam plebem Tribunicio jure contentum;[n] ubi militem donis,[o] populum annona,[p] cunctos dulcedine

is omisso Triumviri vocabulo Consulem se gerens, et simulans se Tribunitia potestate esse contentum, velut ad defendendam plebem; ubi legiones largitionibus deme-

NOTÆ

dam in Lepidi castra advenit, sperans se eum repentino adventu, hominem alioquin parum strenuum, perterrefacturum, ejusque milites sibi adjuncturum. Admissus autem quod propter suorum paucitatem videbatur pacificum aliquid acturus, cum non ex sententia Lepidi militum esset locutus, ad iram ii concitati, impetum in eum fecerunt; Cæsarianisque aliquot cæsis, ipse Cæsar, suis properato subvenientibus, periculum evasit. Quapropter postquam universo suo exercitu adversum eos profectus, castris inclusos obsedit; Milites Lepidi, cum metuerent, ne vi caperentur; etsi, Lepidum reverentes, publice nihil movebant, tamen privatim ab eo sensim ad Cæsarem desciverunt. Lepidus igitur eorum defectione adactus est, ut ultro supplex, vestitu pullo, ad Cæsarem veniret: eique Principatus ademtus, vitaque in Italia, non sine custodia concessa est.'

[n] *Tribunicio jure contentum*] Non poterat per leges eodem tempore plures magistratus gerere: et tamen omnium magistratuum vim ac potestatem in se unum transferre cupiebat. Ergo qui summus in urbe erat magistratus, consulatum dico, eum, cum visum est, et quamdiu ac quoties visum est, occupavit. Cum autem tribunorum plebis maxima etiam esset auctoritas, ut qui aliis omnibus magistratibus intercedere, eorumque conatus impedire possent: (nam si unus tribunus dixerat, *veto*, irritum erat, quicquid agebatur) cum ipsos quoque consules nonnunquam obtorto collo in carcerem traherent: cum Senatusconsulta arbitratu suo rescinderent: cum, quod caput est, sacrosancti essent; ita ut eos violare aut invitos attingere, piaculum haberetur: noluit quidem Augustus tribunus plebis esse, cum jam consul esset: prætereaque jam patricius effectus, adoptione in gentem Juliam, tribunatum plebis capere non posse videretur: sed Tribuniciam potestatem a Senatu petiit, obtinuitque. Quid enim tunc petenti Augusto negari poterat? ut esset non una et consul et tribunus plebis, sed, inverso loquendi genere, *Consul tribuniciæ potestatis*. Hoc autem se facere simulabat ut plebem tueretur: quoniam ea tribunorum creandi causa principio fuerat. Speciosa nomina: res capitales, et ad Reipublicæ exitium pertinentes. *Muretus*.

[o] *Ubi militem donis*] Augustus primus militem donavit suo primo Consulatu, cum eum Consulatum ope et favore legionum quas Romam adduxerat, adeptus esset: et hinc origo donativi, teste Dione, l. XLVI. ubi de Augusto primum Consulatum adepto, qui tum milites secum Romam adduxerat. 'Cæsar rebus urbanis suo arbitrio constitutis, pecunias in milites erogavit. Tantas quidem in aliquos et quantas, et unde Senatus decreverat, in reliquos vero singulos verbo sane de suo, reipsa autem de publico. Ac tum quidem sic et tali de causa milites pecuniam acceperunt. Cum autem hoc male nonnulli intellexissent, sibi persuaserunt sem-

otii pellexit, insurgere paulatim, munia Senatus, magistratuum,[q] legum in se trahere, nullo adversante; cum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent, ceteri nobilium, quanto quis servitio promtior, opibus et honoribus extolle-

ruit, populum frumento, omnes blandimento pacis delinivit; attollere se sensim cœpit, *et officia Patrum*, auctoritatem *Magistratuum, legumque in se transferre, nemine resistente, cum constantissimi quique prœliis, aut proscriptione periissent: cum ceteri proceres quo quisque ad serviendum paratior, divitiis et dignitatibus*

NOTÆ

per omnibus absolute legionibus quotquot armatæ Romam venirent necessarioque bis mille quingentos denarios viritim esse numerandos. Igitur hi quoque milites qui ad evertendum Julianum cum Severo in urbem venerunt, eam pecuniam postulantes, ingentem illi, nobisque terrorem incusserunt: eosque Severus nequidem scientibus aliis quid peterent ducenis quinquagenis denariis placavit.'

[p] *Populum annona*] Id est, Frumento quod gratuito plebi viritim distribuebatur.

[q] *Magistratuum*] Dio l. LIII. 'Omnia quæ in Reipub. forma populari multum valuerant, Senatu, populoque volentibus, ea cum ipsis nominibus in se recipiunt Principes excepta dictatura. Consules enim fiunt sæpenumero, et quoties extra Pomœrium sint, Proconsules dicuntur, nomenque Imperatoris, non modo, si qui aliquam victoriam retulerint, sed et alii omnes ad significandam plenam suam, et perfectam potentiam, semper gerunt loco nominis Regii, et dictatoris, quæ semel e Repub. sublata, ut non imponunt sibi, ita eorum vim, ac rem ipsam Imperatorio titulo confirmant. Horum nominum ratione exercitus scribendi, pecuniæ conficiendæ, bella suscipiendi, pacem faciendi, peregrinis, atque Romanis seu legionariis militibus, semper et ubique imperandi similiter, atque etiam intra Pomœrium equites, Senatoresque necandi, aliaque omnia, quæ Consulibus, aliisque cum pleno Imperio Magistratibus facere licet, agendi jus habetur. Ex Censoria autem appellatione in vitam et mores nostros inquirendi, census agendi, in Equestrem, ac Senatorium ordinem ascribendi, aliosque ex iis removendi pro suo arbitrio licentiam consequuntur. Quod autem omnibus Sacerdotiis inaugurati sunt, ac plerosque in ea Collegia asciscunt, semperque unus eorum (si quando duo, vel tres simul Imperatores sunt) summum Pontificatum gerit: eo fit ut omnia sacra sanctaque in sua potestate habeant. At tribunicia potestas quam florentissimi Imperatores habuere, efficit, ut intercedere iis quæ ab aliis contra ipsorum sententiam moventur, possint. Ac sic inviolabiles sint; ita si vel minimo, non dicam facto, sed verbo, se ab aliquo læsos existiment, eum indicta causa, tanquam qui se piaculo obstrinxerit, necare queant. Gerere quidem tribunatum plebis nefas dueunt Imperatores cum utique ipsi patricii sint, omnem vero tribuniciam potestatem, quanta unquam maxima fuit, accipiunt, et juxta eandem imperii quoque sui numerant annos, quasi quotannis et ipsi cum tribunis plebis eam acciperent. Hæc igitur singula, cum legibus fuerint stabilita in ea Reipublicæ forma, qua penes populum erat summa rerum, Imperatores cum ipsis no-

rentur, ac novis ex rebus aucti[r] tuta et præsentia, quam vetera et periculosa mallent. Neque provinciæ[s] illum rerum statum abnuebant, suspecto Senatus populique imperio, ob certamina potentium[t] et avaritiam[u] magistratuum; invalido legum auxilio,[v] quæ vi, ambitu, postremo pecunia turbabantur.

3. Ceterum Augustus, subsidia dominationi, Claudium Marcellum,[w] sororis filium, admodum adolescentem, Ponti-

eveherentur. Atque sic *novo ex Imperio ornati magis cuperent securum et præsentem statum quam res priscas et ancipites. Neque Provinciæ hanc Reipublicæ formam spernebant, quippe* tum *suspectabant dominationem Senatus et populi ob discordias procerum, et cupiditatem Magistratuum: cum* jam *nihil esset præsidii in legibus, quæ violentia, ambitione et tandem largitione subvertebantur.*

Ceterum Augustus munimenta imperii quærens, *evexit Claudium Marcellum* Octavia *sorore genitum, juvenem admodum, ad Pontificatum, et Ædilitatem*

NOTÆ

minibus assumunt, ut nihil sibi a subditis non datum habere videantur,' &c.

[r] *Aucti*] Et qui supererant facile ferebant jugum, deliniti opibus, et honoribus, ad quæ nulla nisi per servitium via: eaque adepti facile anteponebant tutam et præsentibus commodis fertilem servitutem, obliteratæ jam et periculosæ libertati. Præferebant res præsentes veteri Reipub. libertative, ut quæ plena periculi esset ob certamina procerum.

[s] *Provinciæ*] Quin et Provinciæ ipsæ *in pace* Proconsulibus atque Prætoribus prædæ erant; nec legibus repetundarum, aliisque valde juvabantur; cum eas potentes isti Romani facile, aut vi subverterent, aut ambitu pecuniave Senatu aut judicibus corruptis, eluderent.

[t] *Certamina potentium*] Factiones in urbe, et tum bella, quæ miseras Provincias affligebant. *Lipsius.*

[u] *Avaritiam*] Rapinas et extortiones Præsidum, in populi imperio dissimulatas, aut invicem donatas. *Idem.*

[v] *Invalido legum auxilio*] At dicet aliquis, erant repetundarum judicia, quæ non in ipsos modo magistratus, sed in ipsorum quoque hæredes, in quantum locupletiores facti essent, redderentur. Ludibria illa, non judicia erant. Turbabantur vi: cum interdum minæ intentarentur judicibus, interdum etiam sicæ. Turbabantur ambitu: qui sæpe et accusatores prævaricari ac colludere, et judices pejerare cogebat. Turbabantur ea, quæ semper plurimum apud plurimos, propc dixi, omnia apud omnes potuit, pecunia. His fiebat, ut omnis rerum commutatio provincialibus optabilis videretur. Quare Augusto ad se unum omnia trahenti, facile acquieverunt.

[w] *Claudium Marcellum*] De cujus laudibus Seneca ad Marciam: 'Octavia Marcellum amisit, cui et avunculus et socer incumbere cœperat, in quem onus imperii reclinaret: adolescentem animo alacrem, ingenio potentem, sed et frugalitatis innocentiæque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admirandæ: patientem laboris, voluptatibus alienum, et quantumcumque imponere illi avunculus, et ut ita dicam, inædificare voluisset, laturum.'

ficatu et curuli Ædilitate; M. Agrippam,[x] ignobilem loco,[y] bonum militia[1] et victoriæ socium, geminatis consulatibus[z] extulit: mox, defuncto Marcello,[a] generum sumsit: Tiberium

Curulem; M. Agrippam, obscurum loco, bello clarum, et victoriæ participem auxit *duplici Consulatu, dein extincto Marcello generum ascivit. Imperatoris nomen et*

1 Mallet Heinsius, *bonum militiæ.* At nihil mutandum putat Brotier.—

NOTÆ

[x] *M. Agrippam*] De quo sic Plin. VII. 8. 'In pedes procedere nascentem, contra naturam est: quo argumento eos appellavere Agrippas, et ægre partos: qualiter M. Agrippam ferunt genitum unico prope felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quanquam is quoque adversa pedum valetudine, misera juventa, exercito ævo inter avara mortesque ad noxia successu:' (alii legunt, *inter arma hostesque et ad mortem obnoxio secessu:* quod intelligunt de discessu Agrippæ in Lesbum) 'infelici terris stirpe omni, sed per utrasque Agrippinas maxime, quæ Caium et Domitium Neronem Principes genuere, totidem faces generis humani: præterea brevitate ævi, quinquagesimo uno raptus anno, in tormentis adulteriorum conjugis (Juliæ,) socerique (Augusti) prægravi servitio, fuisse augurium præposteri natalis existimatur.'

[y] *Ignobilem loco*] Seneca l. II. Controv. 'Tanta autem sub Divo Augusto libertas fuit, ut præpotenti tunc M. Agrippæ non defuerint, qui ignobilitatem objicerent. Vipsanius Agrippa fuerat. Vipsanii nomen quasi argumentum paternæ humilitatis sustulerat, et M. Agrippa dicebatur. Cum defenderet reum, fuit accusator, qui diceret Agrippam et quod medium est, volebat Vipsanium intelligi. Fuit qui diceret: Concurrite, Agrippa malum habebis, respondebis. Ea in arte utique mihi videtur admiratione dignus divus Augustus, sub quo tantum licuit. Sed horum non possum non misereri, qui tanti putant caput potius, quam digitum perdere.' Bene *digitum:* (legit *dictum* Lipsius:) opponit enim Seneca *digitum* capiti, quia digito demonstrabant in quem tales facetiæ pronunciatæ, vel etiam scriptæ essent; digitum autem perdebant, et dicacitatem suam, nisi demonstrassent. At malebant perdere *caput*, id est vitam, quam *digitum* seu lepidum dictum quod digito vel scribebant, vel denotabant eo modo quo diximus.

[z] *Geminatis Consulatibus*] Fuit tertium Consul Agrippa. Dio, Fasti, Velleius. Sed duo postremi Consulatus illius fuerunt conjuncti continentesque, qui honos maximus, nec fere tribuebatur, nisi Principibus. Hoc decus summum innuit eo loco Tacitus, cum dicit Agrippam *geminatis Consulatibus* evectum fuisse.

[a] *Defuncto Marcello*] Qui Baiis obiit, ut clare testatum reliquit, Elegia huic rei propria, Poëta Umber. Nec scio cur vir doctus tanto opere pertendat mortuum eum potius in Stabiano. Quid? Propertius qui vixit id ævi, locum nescivit funestum juveni tam illustri? Scivit, sed dedit hoc, inquit, Liviæ, quæ suspicione laborabat Marcelli interemti. Nec hercle immerito. Num ergo venenum dari Baiis minus potuit, ac in

Neronem et Claudium Drusum, privignos, imperatoriis nominibus[b] auxit, integra etiam tum domo sua. Nam genitos Agrippa, Caium ac Lucium, in familiam Cæsarum induxerat:[c] nec dum posita puerili prætexta,[d] *Principes Juventutis*[e]

decus *concessit Tiberio Neroni*, et *Claudio Druso privignis* suis, *incolumi etiam tum familia sua. Quippe in domum Cæsarum asciverat Caium ac Lucium filios Agrippæ, cum nondum togam puerilem exuissent*, hosque *vocari Principes juventu-*

NOTÆ

Stabiano? Scilicet soluta omni crimine illa aulica Medea, si Marcellus obiit Baiis. Ego vero, vir maxime, causam nullam video hujus tuæ tam seriæ assertionis: placetque cum Propertio et vulgatis Servii libris mortuum eum in Baiano. Suspicionem quidem de Livia Dio hujusmodi inscruit: 'Accusata est Livia mortis Marcelli, quod is ejus filiis anteponeretur.' At Tacitus Pliniusque ea culpa non liberant etiam Augustum. Ann. l. II. 'Sed suberat occulta formido reputantibus, haud prosperum in Druso patre ejus favorem vulgi: avunculum ejusdem Marcellum flagrantibus plebis studiis ereptum, breves et infaustos populi Romani amores.' Plinius l. VII. inter Augusti infortunia: 'Suspecta Marcelli vota, pudenda Agrippæ ablegatio.' Quasi conceperit aliquid Marcellus contra Augustum, amore pristini status et libertatis. *Lipsius.*

[b] *Imperatoriis nominibus*] Imperatores appellati privigni illi, non eo more nec ea potestate qua ipsi Principes et rerum domini, sed ex more veteris Reipub. quo *Imperatores* dicebantur, qui Rempub. feliciter gessissent. Qui honos non ita vulgatus sub Principibus, qui rei prospere gestæ lauream sibi vindicabant, cum auspiciis illorum cuncta regerentur.

[c] *In familiam Cæsarum induxerat*] Emtos domi a patre per æs et libram. Ita loquebantur, non per *assem*, ut perperam inolevit Suetonii c. 64. Quanquam revera in ea formula *as* non aliud notat, quam *assem*. Varro l. VIII. 'pro assibus nonnunquam æs dicebant antiqui, a quo dicimus, assem tenentes: hoc ab ære æneaque libra.' *Lipsius.* In omni solutione pecuniæ, quæ quidem ritu Quiritum fieret, libripens adhibebatur, ac vetus formula retinebatur, quamvis re mutata: quamvis, inquam, non amplius appenderetur, sed jam numeraretur pecunia: quam consuetudinem Boëthius ex Caii institut. His verbis exposuit: 'Is qui mancipio accipiebat, æs tenens ita dicebat: Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum esse aio: isque mihi emtus est hoc ære æneaque libra.' Horat. 'Si proprium est quod quis libra mereatur et ære.' Sic igitur teste Suet. LXIV. 'Augustus Caium et Lucium adoptavit domi per assem et libram emtos a patre Agrippa: tenerosque adhuc ad curam Reipub. admovit.'

[d] *Posita puerili prætexta*] Sic dicta *prætexta*, quia ei purpura prætexta erat, quia purpuram in ora habebat. Hae utebantur pueri usque ad annum decimum septimum, qui annus tyrocinii dicebatur. Neque pueri tantum ingenui, verum etiam puellæ ingenuæ, libertinorum filii, Magistratus omnes, non modo Romæ, sed in coloniis etiam et municipiis: Magistri vicorum et Collegiorum: Sacerdotes et Senatores, ludorum Romanorum diebus, etiam mulieres Nonis Caprotinis prætexta toga utebantur.

[e] *Principes juventutis*] Is honos ab Augusto invaluit tanquam ad sum-

appellari, destinari[2] Consules,[f] specie recusantis flagrantissime cupiverat. Ut Agrippa vita concessit, L. Cæsarem, euntem ad Hispanienses exercitus, Caium, remeantem Armenia[g] et vulnere invalidum, mors fato propera vel novercæ

tis, et designare Consules vehementissime peroptarat, licet in speciem renuere videretur. Defuncto Agrippa, immaturo fato, vel novercæ Liviæ fraude, rapti Lucius Cæsar cum ad Hispanienses exercitus se conferret, et Caius cum ex Armenia accepto vulnere debilis reverteretur. Drusoque jam dudum mortuo, solus e privignis

2 Sic optime Ryckius et recentiores. Perperam in veteribus editionibus, *destinare*. Consules enim destinati, seu designati sunt, ut patet ex nummis.

NOTÆ

mum Imperium titulus et omen. Sunt nummi cum inscriptione C. L. CÆSARES AUGUSTI F. COS: DES. PRINC. JUVENT. Appositæ effigies Caii Luciique cum clypeis et hastis, quæ tyrocinii die equites dederant, honoris Augusti causa. Sic et lapis Ancyranus, EQUITES AUTEM ROMANI UNIVERSI PRINCIPEM *Juventutis Caium clypeis et* HASTIS ARGENTEIS DONATUM APPELLAVERUNT. Et longe major fides lapidis quam Græci Dionis, qui has hastas aureas fuisse tradit.

[f] *Destinari Consules*] Et vero perfecerat. Romæ marmor de Caio: QUEM POPULUS COS. CREAVIT ANNOS NATVM XIV. Ait annos natum quatuordecim: et addicit Dionis ratio, qui Consulem facit designatum anno Urbis 748. Tamen Augustus in jam dicto lapide XV. illi annum circumdat, sed nempe quem ingressus erat, et jam agebat. Verba sunt: 'Honoris mei causa Senatus Populusque Romanus annum quintum et decimum agentis Consulis designavit, ut eum Magistratum inirent, post quinquennium, ex eo die quo deducti in forum.'

Destinari Consules] *Destinare* et *designare* pro eodem est, cum isto tamen discrimine, quod designati Consules, vel proximo anno, vel proximis calendis inirent Consulatum. At vero isti filii Augusti destinati Consules inituri tantum erant eum Magistratum post quinquennium, ex eo die, quo virilem togam sumserant, ut habet lapis Ancyranus: et forsan scripsit Tacitus *destinare* non *destinari*; nam ipsemet Princeps Augustus destinabat, seu designabat Consules, quamvis ad id incitari a Populo Romano ganderet; quamvis favore plebis adulandi libidine Cæsares isti proveherentur, quamvis ipse Augustus in speciem tales honores recusaret.

[g] *Caium, remeantem Armenia*] In Lycia mortuum eum voluit Suetonius cum Velleio. Ille his verbis: 'Caium et Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos: Caio in Lycia, Lucio Massiliæ defunctis.' Iste his: 'deinde reluctatus invitusque revertens in Italiam, in urbe Lyciæ, Limyram vocant, morbo obiit.' Etiam Florus: 'Massiliæ Lucius morbo solvitur: in Lycia, Caius ex vulnere.' Fugerit ergo ratio memoriosum illum senem necesse est, qui in Syria tradidit defunctum. Dico Senecam patrem in controversiis: 'Itaque cum mortuo in Syria C. Cæsare Codicillo questus esset Augustus, quod in tam magno et recenti luctu suo cœnasset.' Sed erit fortasse, qui culpam eam in

Liviæ dolus abstulit; Drusoque pridem extincto,[h] Nero solus e privignis erat: illuc cuncta vergere: filius, collega imperii, consors Tribuniciæ potestatis assumitur, omnesque[3] per exercitus ostentatur; non obscuris, ut antea, matris

supererat Tiberius: illuc omnia tendere: filius asciscitur, socius Imperii, particeps Tribuniciæ auctoritatis, et per omnia castra monstratur: non occultis ut antea Liviæ dolis, sed ipsa jam palam incitante. Quippe adeo sibi obstrinxerat senem

Brotier.—3 *Omnis* pro *omnes*, et passim, Gronovius.—4 Sic optime emendavit

NOTÆ

Scriptorem conferet, rescribetque, *Lycia.* Lipsius.

Caium, remeantem Armenia] Non conveniunt Auctores, ubi mortuus sit Caius Cæsar, filius Augusti. Seneca pater et Rufus Festus volunt in Syria mortuum esse Caium, at Suetonius, Velleius, et Zonaras volunt, in Lycia, periisse. Quis tantum dissidium componat? Certe missus fuerat Caius filius Augusti ad componendum Orientem, præsertim ut imponeret Regem Armeniis: per Syriam autem intelligunt Orientem, quia Syria præcipua et validissima pars Orientis; et unde opes, legiones, armaque educebantur adversus quoscumque rebelles hujusce orbis orientalis. Missus igitur erat Caius in Syriam, seu Orientem: sic potest dici vulneratum esse in Syria, et periisse in Syria, et contenti sunt Auctores nominasse præcipuam Provinciam; et quænam pars Orientis Lycia, an tanti fuit ut celebraretur? Igitur quamvis Caius Cæsar propric missus fuerit in Armeniam, ut illam componeret inter Romanos Parthosque dissidentem, quamvis vulnus acceperit in Armenia, quamvis perierit ex vulnere in Lycia, Limyræ: tamen potuit etiam dici vere periise in Syria, ut quæ sit potissima et celeberrima pars Orientis, cum Lycia obscura et ignota sit. Et distinguendi sunt potius et explicandi Auctores, quam ad verbum capiendi. Verbi gratia, ibidem dicit Velleius, *morbo periit*, certe non præcise periit ex morbo Caius, sed ex vulnere, quod acceperat in Armenia a perfido quodam homine, qui præerat Artaxatis, attamen ex vulnere morbum contraxerat, quo periit: sed assentatur Velleius Tiberio, cui infensus fuit Caius. Idem dissidium reperies inter Suetonium et Tacitum: Suetonius dicit Vononem qui Parthorum Rex fuerat, Antiochiæ occisum esse: Tacitus autem interfectum esse ab evocato quodam, nomine Remmio, ad ripam fluminis quod trajicere Rex parabat, ut captivitatem effugeret. Certe idem dicunt, si bene intelligantur: asservabatur Vonones in Syria, et custodes ipsi appositi, et Antiochia urbs caput Syriæ, ubi sæpe versabatur: et cum ire ad venatum finxisset, forte non procul Antiochia fugiens, deprehensus est et interfectus. Conveniunt Auctores in substantia rei gestæ, differunt vel silent in circumstantiis: quid mirum? Caius periit in Oriente, in Syria, hæc est substantia rei: interiit Limyræ, in Lycia, hæc est circumstantia, quam unus accurate scripsit Velleius.

[h] *Drusoque pridem extincto*] Nempe ante annos circiter XII. priusquam Caius morerctur. Quippe Drusus obiit ex lapsu equi in Germania anno urbis DCC. XLV. Sic Dio l. LV. et Caius periit anno DCC. LVI.

artibus, sed palam hortatu. Nam senem Augustum devinxerat adeo, uti nepotem unicum, Agrippam Postumum, in insulam Planasiam[i] projiceret, rudem sane bonarum artium et robore corporis stolide ferocem, nullius tamen flagitii compertum. At hercule Germanicum, Druso ortum, octo apud Rhenum legionibus imposuit, ascirique per adoptionem a Tiberio jussit; quanquam esset in domo Tiberii filius juvenis; sed quo pluribus munimentis[4j] insisteret. Bellum ea tempestate nullum, nisi adversus Germanos, supererat; abolendæ magis infamiæ, ob amissum cum Quintilio Varo exercitum, quam cupidine proferendi imperii aut dignum ob præmium. Domi res tranquillæ; eadem magistratuum vocabula:[k] juniores post Actiacam victoriam, etiam senes plerique inter bella civium nati: quotusquisque reliquus, qui rempublicam vidisset?

4. Igitur verso civitatis statu, nihil usquam prisci[l] et in-

Augustum fœmina, *ut in insulam Planasiam amandaret Agrippam Postumum nepotem unicum, qui quidem a liberalibus studiis alienus, et vi corporis temere insolescens, nullius tamen sceleris manifestus erat. At certe* Augustus *præfecit Germanicum Drusi filium octo legionibus apud Rhenum* agitantibus; *eumque a Tiberio adoptari voluit, quamvis tum in penatibus haberet filium juvenem Tiberius. Sed* id agebat Augustus *ut se pluribus subsidiis firmaret. Nullum eo tempore bellum gerebatur, nisi contra Germanos, magis ignominiæ ob cæsas cum Quintilio Varo legiones delendæ gratia, quam cupiditate prolatandi Imperii, aut ob* ullum *dignum* operæ *pretium. Romæ res pacatæ* erant. *Eadem dignitatum nomina. Juvenes post Actiacum triumphum geniti, ut et plerique senes inter discordias civiles. Jam quotusquisque superstes qui Rempubl.* seu liberam civitatem *conspexisset?*

Itaque mutata Reipublicæ forma, nihil usquam veteris et incorrupti moris, omnes

Lipsius. Mendose Beroaldus, *pluribus monumentis*. Infra Hist. IV. 52. 'Non legiones, non classes, perinde firma Imperii munimenta, quam numerum liberorum.' *Brotier*.

NOTÆ

[i] *In insulam Planasiam*] Planasia, vulgo *Pianosa*, insula maris Tyrrheni inter Ilvam et Corsicam.

[j] *Quo pluribus munimentis*] Filii hæredesque passim dicuntur subsidia et firmamenta Regni. Tacitus v. Histor.: 'Non legiones, non classes, perinde firma Imperii munimenta quam numerum liberorum.' Euripides: Φῦναι τυράννους παῖδας ἔρυμα δώμασι. Sic 'subsidia aulæ' Suetonio; 'adminicula Augusti' Senecæ, hæredes Imperii dicuntur: et vere. *Lipsius*.

[k] *Eadem Magistratuum vocabula*] Eadem manebant nomina, sed re inania: omnem vim legum et magistratuum Imperii et Reipub. in se traxerat Augustus; sola obsequi gloria ceteris relicta erat.

[l] *Nihil usquam prisci, &c.*] Avitæ

tegri moris: omnes, exuta æqualitate, jussa Principis aspectare; nulla in præsens formidine, dum Augustus ætate validus seque et domum et pacem sustentavit. Postquam provecta jam senectus ægro et corpore[1] fatigabatur, aderatque finis et spes novæ: pauci bona libertatis incassum disserere:[m] plures bellum pavescere,[n] alii cupere:[o] pars multo maxima imminentes dominos variis rumoribus differebant: 'Trucem Agrippam et ignominia accensum,[p] non ætate, neque rerum experientia, tantæ moli parem: Tiberium Neronem maturum annis,[q] spectatum bello, sed vetere atque insita Claudiæ familiæ[r] superbia; multaque indicia sævitiæ,

sublata æqualitate civium *ad nutum et imperia Principis intenti esse, nullo ad præsens metu, dum Augustus corpore firmus, seque et familiam et tranquillitatem sustinuit. At postquam affecta jam ætas, et adversa valetudo ingruebat, imminebatque ipsi finis* vitæ, *et rerum novarum spes* affulgebat, *tum pauci frustra disserere sermonibus commoda libertatis. Multi formidare novos motus, alii exoptare. Pars longe maxima de impendentibus dominis varia fama disserebant, ferocem Agrippam et dedecore exasperatum, non annis, neque rerum usu, tanto oneri sufficere. Tiberium, Neronem ætate gravem, militia conspicuum, sed prisca, atque ingenita Claudiæ fa-*

---

1 *et corpore.* Muretus mallet *etiam.* Vellet Lipsius trajici, *et ægro corpore.*

NOTÆ

virtutis ac libertatis nemo meminerat. Qui imperare aliis solebant, ipsi jam ex illius unius nutu, arbitrioque pendere: atque inter se, quis ad imperata facienda promtissimus esset contendere. *Muretus.*

Nihil usquam prisci] Nihil prisci moris, quod integrum et illibatum esset, eo nempe in statu, quo æqualitas civium, quo libertas sublata, quo priscæ Reipub. leges abolitæ aut elusæ, quo jam omnes ruebant certatim in adulationem et servitium, 'Consules, Patres, Equites, quanto quis illustrior, tanto magis falsi ac festinantes.' Nihil igitur prisci, nihil integri et incorrupti illius moris, qui apud veterem populum Romanum floruerat. Tum extinctus ille mos priscus cum extincta libertas est.

[m] *Bona libertatis incassum disserere*] Quorsum enim ejus rei memoriam refricabant, quam nemo nisi stultissimus recuperari posse confideret?

[n] *Plures bellum pavescere*] Divites nimirum et novis ex rebus aucti: quibus, quod amitterent, erat.

Bellum pavescere] Plures metuebant ne rursus, ut ante, bello Princeps seu dominus quærendus esset.

[o] *Alii cupere*] Ii videlicet, quorum res familiaris non optime constituta erat: ut ex omni bellico motu damni quidem nihil metuere, lucri ex præda, utcunque caderet res, sperare aliquid possent.

[p] *Ignominia accensum*] Potuisset dici quod de Tiberio dictum refertur apud Suetonium LIX. 'Et dic: Roma perit: regnabit sanguine multo Ad Regnum quisquis venit ab exilio.'

[q] *Maturum annis*] Jam enim LV. annos natus erat.

[r] *Claudiæ familiæ*] Gens illa superbissima in utroque sexu, teste Suetonio Tib. I. 2. 'Duodetriginta Consu-

quanquam premantur, erumpere. Hunc et prima ab infantia eductum in domo regnatrice: congestos juveni consulatus, triumphos: ne iis quidem annis,[s] quibus Rhodi,[t] specie secessus, exulem egerit,[2 u] aliquid quam iram et simulationem et secretas libidines meditatum. Accedere matrem muliebri impotentia: serviendum fœminæ, duobusque insuper adolescentibus, qui rempublicam interim premant,[v] quandoque distrahant.'

miliæ arrogantia efferri. *Plurimaque signa immanitatis, quamvis occultentur, emicare. Hunc et a tenera ætate in regiis penatibus enutritum, cumulatos adolescenti Consulatus, triumphosque. Ne eo quidem tempore quo Rhodi prætextu otii et solitudinis exulaverit, aliud agitasse animo præter ultionem, et dissimulationem, et arcanas voluptates. His et adjungi Liviam muliebri superbia, obsequendum mulieri, et duobus præterea juvenibus, qui interea Rempublicam opprimant, et aliquando dilacerent.*

Nihil mutandum. *Brotier.*—2 Mureto placeret, *exul egerit.* Eleganter quidem. Sicque ipse Tacitus Annal. III. 38. et 44. At aliter quoque Hist. III. 2. IV. 2. *Brotier.*

NOTÆ

latus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos septem, duas ovationes adepta est,' &c. 'Claudius Appius Regillianus decemvir legibus scribendis, virginem ingenuam per vim libidinis gratia in servitutem asserere conatus, causa fuit plebi secedendi rursum a Patribus. Claudius Drusus, statua sibi cum diademate ad Appii forum posita, Italiam per clientelas occuparc tentavit,' &c. 'Gentis ejusdem utraque Claudia fuit, et quæ navem, cum sacris matris Deum Idææ, obhærentem Tiberino vado extraxit, precata propalam, ut ita demum se sequeretur, si sibi pudicitia constaret: et quæ novo more judicium majestatis apud populum mulier subiit, quod in conferta multitudine ægre procedente carpento, palam optaverit, ut frater suus Pulcher revivisceret, atque iterum classem amitteret, quo minor turba Romæ foret. Præterea notissimum est, Claudios omnes, exceptο duntaxat P. Clodio, &c. adversus plebem adeo violentos ac contumaces, ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare vestem, aut deprecari sustinuerit,' &c.

[s] *Ne iis quidem annis*] Octo annis Rhodi mansit.

[t] *Rhodi*] Rhodus insula maris Carpathii, circuitu 130. mil. cum urbe cognomine Archiep. sub imperio Turcarum. Hic mira aëris salubritas. Hic Apollo præcipue colebatur, cui Colossum unum ex septem miraculis dedicarunt.

[u] *Exulem egerit*] Sunt quibus latinitas Taciti non arridet. Videant Suetonium elegantiorem in Tib. XII. 'Tunc non privatum modo sed etiam obnoxium et trepidum egit, Mediterraneis agris abditus,' &c.

[v] *Qui rem publicam interim premant*] Qui interim dum pater eorum vivet, Reipubl. oneri futuri sint, eo defuncto Imperium divisione aut discordiis distraeturi sint.

2. Hæc atque talia agitantibus, gravescere valetudo Augusti: et quidam scelus uxoris[w] suspectabant. Quippe rumor incesserat, paucos ante menses Augustum, electis consciis et comite uno, Fabio[x] Maximo, Planasiam vectum ad visendum Agrippam: multas illic utrimque lacrymas et signa caritatis; spemque ex eo, fore ut juvenis Penatibus avi redderetur. Quod Maximum uxori[y] Marciæ aperuisse;

Hæc et similia disserentibus, ingravescebat Augusti morbus, et nonnulli Liviæ facinus suspicabantur. Quippe vulgata erat fama paucis abhinc mensibus Augustum adsumtis testibus, et comite uno Fabio Maximo Planasiam delatum, ut videret Agrippam: largos illic utrinque fletus, et mutui amoris indicia: atque exinde spem, futurum ut adolescens in paternam familiam revocaretur. Fabium Maximum prodidisse hoc arcanum *uxori suæ Marciæ, et Marciam Liviæ. Compertum id Au-*

NOTÆ

[w] *Scelus uxoris*] Dio hac de re apertius. Ficuum esu oblectabatur Augustus, easque sæpe Livia decerptas manu sua ex arbore ipsi porrigere solebat, ipseque eas ita libentius esitabat. Partem igitur adhuc pendentium oblevit Livia veneno, non quidem præsentaneo, sed quod paucis diebus consumeret. Jam tum enim ars illa reperta erat: ne nostrorum temporum inventum putetis. Venenatas igitur marito dedit: ipsa sibi eas quæ tuto edi poterant. Ita effecit ut vir suum in cœlum, filius ad Imperium maturius perveniret.

Scelus uxoris suspectabant] Suspecta Livia in morte Marcelli, forte et Drusi, ut quæ in Tiberium magis propenderet, (saltem in ea morte suspectus fuit Augustus, qui nihil fere agebat inscia Livia) et in morte Lucii et Caii Cæsarum, et ipsius Augusti, dein et Agrippæ Postumi, mox et Germanici, nam conscientiæ seu crimini Plancinæ innexa Livia: nec solummodo Livia afflixit virilem sexum Augusteæ gentis, sed et Julias filiam neptemque Augusti et Agrippinam Germanici, quas omnes ejecit in exilium simul et exitium, aut saltem ruentes fœminas nobiles vel destituit, vel impulit.

[x] *Comite uno, Fabio*] Distingue igitur inter domesticos illos electos, qui conscii essent arcani Principis, qui forte liberti et domestici minus nobiles: et *comitem* illum Fabium Maximum, qui ex illustribus amicus et comes tum Augusti fuit, nec diceretur comes Augusti nisi et amicus et illustris esset.

[y] *Maximum uxori*] Totam hanc historiam describit Plutarchus in libello de garrulitate. ‘Fabius vero Cæsaris *Augusti* amicus, cum jam senem eum sæpius querentem audiret de solitudine suæ domus, quodque duobus nepotibus fato functis, Postumo, qui solus reliquus, ex calumnia nescio qua exulante, cogeretur uxoris suæ filium ad successionem Imperii vocare, quanquam miserans et consilium captans revocandi ab exilio nepotis; cum, inquam, hæc audiret Fabius, nuntiavit suæ uxori, illa Liviæ. Livia autem acerbe cum Cæsare egit, cur, quoniam jam pridem id decrevisset, non arcesseret nepotem, sed se odio invidiæque successoris objiceret? Venientem igitur de more mane Fabium, et solitum illud dicentem Ave, Cæsar resalutavit, ‘Vale,’ inquit, ‘Fabi.’ Atque ille id intelligens domum se illico subduxit, et

illam Liviæ: gnarum id Cæsari:[1] neque multo post extincto Maximo, (dubium an quæsita morte,[z]) auditos in funere ejus Marciæ gemitus, semet incusantis, ‘quod causa exitii marito fuisset.’ Utcumque se ea res habuit, vixdum ingressus Illyricum[a] Tiberius, properis matris literis accitur: neque satis compertum est, spirantem adhuc Augustum apud urbem Nolam, an exanimem repererit. Acribus[2] namque custodiis domum et vias sepserat Livia: lætique interdum nuntii vulgabantur, donec, provisis quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum et rerum potiri Neronem, fama eadem tulit.

6. Primum facinus novi principatus fuit Postumi Agrippæ cædes: quem ignarum inermumque quamvis firmatus

gusto: et paulo post defuncto Fabio, (incertum an violenta morte,) exceptos in exequiis illius Marciæ planctus, quibus se ipsam increpabat, quod viro causa mortis fuisset. Utcumque ea res gesta sit, vixdum attigerat Illyricum Tiberius, cum celeribus Liviæ nuntiis accersitur. Neque satis constat, an invenerit Augustum adhuc viventem in urbe Nola, an mortuum. Quippe mater acre satellitium disposuerat circa domum, atque itinera, faustique interdum rumores spargebantur in vulgus, donec præparatis quæ occasio postulabat, simul vulgatum est et fato concessisse Augustum, et Tiberium principatum adeptum esse.

Primum scelus novi imperii fuit nex illata Postumo Agrippæ, quem incautum et inermem vix interfecit Centurio quantumvis animo validus paratusque. Nihil de

---

1 *Gnarum id Cæsari.* Optime Lipsius. Perperam Beroaldus, *C. Navum id Cæsari.* Albericus Gentilis in Lectt. Virg. cap. XIX. p. 177. conj. *Liviam id Cæsari.*—2 Incassum Heinsius, *arctioribus.* Paribus custodiis satius fore mihi videbatur olim: nam *acres custodias* vix alibi mihi lectas recordor: nunc præfero *arctius* vel *arctioribus* custodiis. *Brotier.*

NOTÆ

vocata uxore; ‘Rescivit,’ inquit, ‘Cæsar non silnisse me arcana. Ideo mori mihi decretum est.’ Uxor autem: ‘Jure,’ ait, ‘quoniam tamdiu mecum habitans vivensque, nec noveris, nec caveris intemperantiam meæ linguæ. Sed præcedam tamen ego;’ et accepto gladio, se ipsa viro coram interemit.’

[z] *An quæsita morte*] Dubium an naturali seu miti obitu, an violenta et accersita morte perierit: et, si violenta fuit illa mors Fabii, adhuc incertum est an eam sibi ipse ultro consciverit; an vero ipsi dolo et machinatione Augusti maturata fuerit. Si tamen Plutarchum audimus sola offensione et inimicitia Augusti perculsus ad accipiendam mortem compulsus videtur.

[a] *Illyricum*] Regio ampla Europæ, Pannoniæ contermina: in duas partes dividitur, Liburniam et Dalmatiam; vulgo *Schiavonia* in universum appellatur. Gall. *l'Esclavonie.*

animo[b] centurio ægre confecit.[c] Nihil de ea re[d] Tiberius apud Senatum disseruit: patris jussa simulabat, quibus præscripsisset Tribuno, custodiæ apposito, ‘ ne cunctaretur

ea cæde retulit Tiberius apud Patres. Fingebat Augusti mandata, quibus præcepisset Tribuno custodiæ præfecto, ne differret Agrippam occidere, statim atque ipse

NOTÆ

[b] *Firmatus animo*] Quamvis animo adversus metum et reverentiam Augusti sanguini debitam præparato. *Freinsh.* Puto Centurionem illum fuisse animo validum firmatumque in universum et indistiucte. Cur enim respiciat ad metum Augusti seu reverentiam Centurio, qui perpetrare hanc cædem jussus erat, vel ab Augusto ipso, vel ab Augusta, et successore Augusti?

[c] *Centurio ægre confecit*] A Tribuno interfectum Suetonius voluit. ‘ Hunc Tribunus custos appositus occidit, lectis codicillis quibus id facere jubebatur;’ sed Dio pariter a Centurione occisum prodidit. ‘ Centurio, qui custodiam ejus habebat, res novas molientem interfecit.’ Credo verum esse, ut a Centurione occisus sit, at jussu Tribuni. *Lipsius.* Rem totam sic narrat Suetonius Tib. XXII. ‘ Excessum Augusti non prius palam fecit quam Agrippa juvene interemto. Hunc Tribunus militum custos appositus occidit lectis codicillis, quibus ut id faceret jubebatur. Quos codicillos dubium fuit, Augustusne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret: an nomine Augusti Livia, et ea conscio Tiberio an ignaro dictasset. Tiberius renuntianti Tribuno factum esse quod imperasset, neque imperasse se, et redditurum eum senatui rationem respondit: invidiam scilicet in præsentia vitans. Nam mox silentio rem obliteravit.’ Tacitus et Suetonius conveniunt in re, nempe occisum esse Postumum sub excessum Augusti: in circumstantiis differunt. Ex Suetonio Tribunus militum custos appositus Agrippæ; idem Tribunus lectis codicillis eum occidit; idem Tribunus renuntiat Principi factum esse quod imperasset. Sed apud Tacitum Tribunus custodiæ appositus erat; ad Tribunum hunc missi erant codicilli, quibus cædes Agrippæ imperabatur, et tamen Centurio interficit Agrippam; et idem Centurio renuntiat Cæsari factum esse, quod imperasset, quod forte agebat Centurio jussu Tribuni. Nec tamen sic conciliantur isti Auctores quoad illas circumstantias, nam ex Suetonio Tribunus occidit Postumum, et ipsemet cædem nuntiat Tiberio: et certe talia facinora sæpe Tribunis imperabantur. Apud Tacitum Tribunus occidit Messalinam sua manu, ut et alii stirpe et dignitate clarissimi viri occiduntur a Tribunis ipsis: sed sæpe etiam imperantur tales cædes Centurionibus cohorte militum stipatis, quibus et exactores cædis apponebantur apud eundem Tacitum. Itaque res in medio sit.

[d] *Nihil de ea re*] Ne factum excusando agnoscere, et confiteri crimen videretur. Sic male acceptæ literæ Neronis quas ad Senatum misit post cædem Agrippinæ, nam licet formatæ et compositæ essent ingenio Senecæ; tamen parricidium confiteri palam videbatur. De iis sic Tacitus XIV. 11. ‘ Ergo non jam Nero, cujus immanitas omnium questus anteibat, sed adverso rumore Seneca erat, quod oratione tali confessionem scripsisset.’

Agrippam morte afficere, quandoque ipse[1] supremum diem explevisset.' Multa sine dubio sævaque Augustus de moribus adolescentis questus, ut exilium ejus Senatusconsulto sanciretur, perfecerat: ceterum in nullius unquam suorum necem duravit;[e] neque mortem nepoti pro securitate privigni illatam, credibile erat. Propius vero, Tiberium ac Liviam, illum metu, hanc novercalibus odiis, suspecti et invisi juvenis cædem festinavisse. Nuncianti centurioni, ut mos militiæ,[f] 'factum esse, quod imperasset;' 'neque imperasse sese, et rationem facti reddendam apud Senatum,' respondit. Quod postquam Sallustius Crispus,[g] particeps

e vivis excessisset. Multa certe et atrocia Augustus disseruerat apud Senatum de ingenio juvenis, et expresserat, ut ejus exilium Senatusconsulto statueretur. Porro non eo sævitiæ processit ut quemquam suorum necaret, nec verisimile erat necem inflictam fuisse nepoti pro salute et incolumitate privigni. Credibilius erat Tiberium, atque Liviam maturavisse necem adolescentis sibi *suspecti atque infesti*, nempe *illum formidine, hanc impotentia et offensione novercali* exagitatam. *Cum renuntiaret Centurio pro more militiæ, id actum esse, quod jussisset: respondit se neque jussisse, et rationem rei gestæ reddendam apud patres esse. Quod cum rescivit*

---

1 *Quandoque ipse.* Sic Ms. Flor. Jac. Gronovius et recentiores. Male Beroaldus, Ryckius, et alii, *quandocumque*. *Quandoque* sæpe usurpatum pro *quandocumque*. Vide J. Fr. Gronovium in Livium, I. 24. *Brotier. Quandocumque ipse supremum diem explevisset.* Jacobus Gronovius V. C. affirmavit mihi Codicem unicum, qui in Medicea Bibliotheca nunc asservatur, pro *quandocumque* habere *quandoque*. Quod Curtius Pichena, qui eo ultimus inter Editores usus est, tacuit. Sed uti Beroaldus pro mendo habuit hanc lectionem, quippe qui curavit primus edi *quandocumque*, quod a reliquis Editoribus deinceps retentum, ita Pichena eodem numero habuisse videtur. Nihilominus *quandoque* pro quando vel quocumque tempore usurpatum multis exemplis ex juris libris depromptis probat Antonius Augustinus Emendat. III. 7. ex optimæ latinitatis auctoribus J. F. Gronovius ad Livii I. 24. *Ryckius.*

NOTÆ

[e] *Duravit*] Eo tamen acerbitatis nunquam devenit, ut quemquam suorum occideret. Sic de Nerone lib. XIV. 'Credente nullo, usque ad cædem duraturа filii odia.'

[f] *Ut mos militiæ*] Solennia militiæ verba: 'factum quod imperasti.' Suetonius in Tib. 'renuncianti tribuno factum esse quod imperasset;' et in Claudio, 'de nece consularis viri renunciante centurione factum esse quod imperasset.'

[g] *Sallustius Crispus*] Hic Sallustii historiarum principis ex sorore nepos, de quo Seneca de Clementia l. I.; 'Ignovit abavus tuus victis. Nam si non ignovisset, Sallustium et Cocceios, et Dellios, et totam cohortem interioris admissionis ex adversariorum castris conscripsisset.' Plin. l. XXXIV. 'Metallum quoddam Sallustianum appellatum ab amico Divi Augusti' scribit.

secretorum, (is ad Tribunum miserat codicillos,[h]) comperit: metuens, ne reus subderetur,[i] juxta periculoso, ficta seu vera promeret, monuit Liviam, ‘ ne arcana domus, ne consilia amicorum, ministeria militum vulgarentur: neve Tiberius vim principatus resolveret, cuncta ad Senatum vocando: eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet,[j] quam si uni reddatur.’

Sallustius Crispus arcanorum conscius (is Tribuno miserat literas) timens ne reus substitueretur, re perinde ancipiti, seu falsa, seu vera proferret, auctor fuit Liviæ, ne in vulgus efferrentur secreta penatum, monita familiarium, *et* officia virorum militarium. Et ne Tiberius vim dominationis infringeret, omnia ad patres referendo, eam sortem esse dominandi ut aliter *mandatorum* ratio constare nequeat, nisi uni *dominanti* referatur.

NOTÆ

[h] *Miserat codicillos*] Qui talia facinora in se recipiebant, sic sibi cavebant, accipiebant exigebantque codicillos, quibus de mandatis sibi præscriptis constaret, ne qui talia imperabat auctoritatem defugere posset. Sic Herodianus l. III. de Saturnino et Plautiano, ‘ At Saturninus codicillos, sive libellum petiit, qui cædis mandata haberet. Mos enim ille regius, ut cum mittunt ad cædem alicujus, sine sententia aut judicio patrandam; tunc id per scriptum jubeant, ne cum factum fuerit, sine tessera aut nota sit.’

Codicillos] Codicilli isti haud dubie scripti, et obsignati annulo Augusti, dum adhuc spiraret Augustus, sed non amplius mortalibus intentus, vel etiam mortuo Augusto, sed tanquam adhuc viveret, nam tum multa scena facinorum, ‘ Acribus namque custodiis domum et vias sepserat Livia; lætique interdum nuntii vulgabantur, donec provisis, quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum, et rerum potiri Neronem fama eadem tulit.’ Potuit addere Tacitus, ‘ Simul et occisum Postumum.’ Nam teste Suetonio, ‘ Excessum Augusti non prius palam fecit, quam Agrippa juvene interemto.’ Et inter ea, quæ tum *provisa* sunt, et quæ *tempus monebat*, præcipuum locum habuit cædes Agrippæ Postumi. Igitur annulo Augusti, seu principis, obsignatæ illæ epistolæ, vel codicilli, quibus illa cædes imperabatur, puto a Livia conscia et consulente, forte et jubente Tiberio. Cur enim centurio nuntiaret cædem successori Tiberio, nisi annulo principis obsignati codicilli essent?

[i] *Ne reus subderetur*] Metuebat ne declinante principe invidiam facti, ipse pro auctore cædis haberetur: quod juxta periculosum sive confiteretur, sive negaret. Si enim reum se finxisset, periculum damnationis ab Senatu imminebat, si quod verum erat, Liviæ se et Tiberii mandatis paruisse ostendisset; Imperator et mater ejus ultores metuendi erant. Si *ficta* promeret, a Senatu periculum, si vera, a Principe exitium metuebat Sallustius.

[j] *Ut non aliter ratio constet*] Plin. epist. l. I. ‘ Mirum est quam singulis diebus in urbe ratio aut constet, aut constare videatur, cunctisque non constet.’ Sic Nerone principe Pallas libertus velut alter Cæsar ‘ pepi-

7. At Romæ ruere in servitium Consules, Patres, Eques: quanto quis illustrior, tanto magis falsi[1] ac festinantes, vultuque composito,[k] ne læti[2] excessu Principis, neu tristiores primordio, lacrymas, gaudium, questus, adulatione[3] miscebant. Sex. Pompeius et Sex. Appuleius Coss. primi in verba Tiberii Cæsaris juravere:[l] apudque eos[4] Seius Strabo

At Romæ ire præcipites in servitutem Consules, Senatus, Equester ordo, et quo quisque clarior, eo magis simulantes ac properi; facieque temperata, ne læti morte imperatoris Augusti *et ne mœstiores initiis* Tiberii viderentur, *fletus, lætitiam, questus assentationi jungebant. Sex. Pompeius et Sex. Appuleius Consules primi in*

---

1 *Tanto magis falsi.* Opinabar, *tanto magis fassi*, quo illustriores, eo apertiores ruebant in servitium, dum Tiberii benevolentiam hoc ipso aucuparentur. Sed et vulgata ferri potest. *Brotier.*—2 *Ne læti.* Emendabat Illustr. Pellicerius, *ne læti—neve tristiore primordio.* Male in veteribus editionibus, *neu tristior.* Emendandum, *tristiores*, recte monuit Beroaldus. *Brotier. Tristior* Gronovius.—3 Sic in veteribus omnibus editionibus. Lipsius et recentiores, *adulationes.* Tentavit Muretus, *lacrymas gaudio, questus adulatione miscebant.* Ernestus, *lacrymis gaudium, questus adulatione.* Si quid mutandum, Ernestinam emendationem probarem. *Adulationem* scilicet reponi oportet, etsi nec male Muretus. *Brotier.*—4 *Apud Coss.* emendabat Muretus.—

NOTÆ

gerat ne cujus facti in præteritum interrogaretur, paresque rationes cum Republica haberet,' teste Tac. l. XIII. Id est, ut esset ipsi pro ratione voluntas, tanquam regi, et ne Reipub. gestæ rationem nisi sibi uni redderet. Neque enim haud dubie, gestæ Reip. aliter ratio constare potuisset, nisi Pallas Rex Regis sibi uni rationem illam reddidisset.

[k] *Vultuque composito*] Ita se exercuerant ut vultum induerent, qui nec nimiam lætitiam præ se ferret; nec nimiam mœstitiam: illud enim ita accipi poterat, quasi gauderent morte Augusti; hoc ita, quasi Tiberii successione contristarentur. Igitur interdum lacrymas et querelas fundebant, velut dolentes ereptum esse Augustum, interdum gaudium præ se ferebant, velut novo principe læti; simul utrumque variis adulationibus extollebant.

[l] *In verba Tiberii Cæsaris juravere*] Puto distinguendum esse inter Sacramentum Patrum, quo jurabant in verba seu nomen principis, et Sacramentum, quo jurabant in acta principis. Nam sæpe jurabant in nomen principis, et tamen in acta illius non jurabant. Nero apud Tac. XIII. 11. Collegam seu Consulem alterum jurare in acta sua prohibet, qui Collega tamen in ejus nomen seu verba juraverat, ut ceteri patres saltem initio principatus. Quod dico quia renovari Sacramentum *in nomen* principis prohibet, aut saltem prohibere videtur Tib. apud Tac. I. 8. Distingue etiam inter Sacramentum, seu *jusjurandum* 'quo se cuncti *Patres* pro salute unius *Cæsaris Dictatoris* astrinxerant' teste Suet. Jul. LXXXIV. Juraverant teste Appiano 'se custodes Cæsari, simul et ultores futuros, si quid ei accideret.' Iterum, 'juraverant omnes se custodituros Cæsarem, et Cæsaris corpus pro viribus, et si

et C. Turranius,[m] ille prætoriarum cohortium præfectus, hic annonæ: mox Senatus, milesque et populus. Nam Tiberius cuncta per Consules incipiebat, tanquam vetere republica, et ambiguus imperandi: ne edictum quidem, quo Patres in curiam vocabat, nisi Tribuniciæ potestatis[n] præscriptione posuit, sub Augusto acceptæ. Verba edicti fuere pauca et sensu permodesto: ‘de honoribus parentis consulturum: neque abscedere a corpore:[o] idque unum ex publicis mu-

nomen Tiberii Cæsaris adacti. Et apud illos juravere *Sejus Strabo et C. Turranius, ille prætoriano militi præpositus, ille annonæ. Dein patres, milites, plebsque. Quippe Tiberius omnia incipiebat per Consules, quasi* staute adhuc *prisca Republica. Et incertus dominandi, ne proposuit quidem edictum, quo patres in curiam accibat, nisi præposito titulo seu jure Tribuniciæ potestatis, quam obtinuerat sub Augusto. Paucis verbis formatum edictum, et eo sensu qui nullum fastum argueret: sc* de honoribus patris *Augusti* deliberaturum, neque recedere a corpore *illius:* idque unum *solum* ex Reipub. muniis sibi vindicare. *Attamen extincto*

NOTÆ

quis insidiaretur, non protegentes prorsus exterminandos esse.’ Ut vides, diversa sunt illa tria Sacramenta Patrum; distingue etiam inter Sacramenta Patrum et militum; nam aliud est obsequium Senatoris, aliud obsequium militis.

In verba Tiberii juravere] Observabis hunc ritum seu Sacramenti genus hoc esse æque antiquum ac ipsam urbem. Nam et olim Romulus conditor urbis id instituerat et ante omnia cavisse videbatur, ne quis unquam suas leges, aut sua facta posset infirmare et legem illam, quam *Regiam* Ulpianus vocat, tulisse, cum populus ab eo rogatus omne suum ei jus, et in eum imperium, omnemque potestatem contulit. Sic et egit Augustus velut alter Romulus, vel alter novæ Reipub. conditor, et Regiæ potestatis instaurator: et certe alioqui non esset ἀνυπεύθυνος ἀρχὴ, non esset vera monarchia, quæ debet easdem rationes habere cum Repub. Nam ita se habet principatus, ut non constet ratio, nisi uni principi reddatur. At contra vetere Repub. sub Coss. nulla fuit potestas, quæ posito magistratu ἀνυπεύθυνος esset, statim enim deferri, et accusari potuit, qui magistratum gessisset, nisi forte se armis tueretur, ut Cæsar et alii.

[m] *C. Turranius*] Et quidem primus in eo munere ab Augusto. Nam Augustus acceptam a populo præfecturam, nisi fallor, tenuit, dum vixit: aut certe paulo ante mortem substituit sibi Turranium istum. Assero id ex Cornelii nostri verbis Ann. II. ‘Tum potissimum amicorum vocat, primumque rei frumentariæ præfectum Turranium:’ Nisi tamen aliter accipis.

[n] *Ne edictum quidem, quo Patres in curiam vocabat, nisi Tribuniciæ potestatis*] Olim Tribuni in Senatum non veniebant. Sed ante valvas curiæ positis subselliis sedebant; sed postea, ipsi Senatum convocarunt, quod cœpit primum anno urbis 297. teste Dionysio l. x. Immo et dimittebant Senatum ab alio convocatum; advocabant etiam concionem populi. Sic semper illa potentia crevit, donec fere abolerctur a Sylla, postea tamen revixit sub Pompeio.

[o] *Neque abscedere a corpore*] Non

neribus usurpare.' Sed, defuncto Augusto, signum prætoriis cohortibus ut imperator dederat: excubiæ, arma, cetera aulæ :[p] miles in forum, miles in curiam comitabatur: literas ad exercitus, tanquam adepto principatu, misit: nusquam cunctabundus,[q] nisi cum in Senatu loqueretur. Causa præcipua ex formidine, ne Germanicus, in cujus manu tot legiones, immensa sociorum auxilia, mirus apud populum favor, habere imperium quam expectare mallet. Dabat et famæ, ut vocatus electusque potius a republica videretur,

Augusto signum dederat prætorio militi, ut princeps. Apud eum *in statione miles cum armis, et reliquus summæ fortunæ paratus. Stipatus armatis in forum, in Curiam itibat. Misit epistolas ad legiones tanquam imperii potitus, nusquam cogitabundus, nisi cum in Curia sermonem haberet. Causa* oriebatur *inprimis ex metu, ne Germanicus in cujus potestate tot legiones, innumeræ sociorum copiæ, maximus apud cives amor, mallet obtinere* statim *imperium, quam opperiri. Tribuebat etiam famæ, ut potius videretur ascitus assumtusque a Republica, quam*

NOTÆ

Reipub. corpore, sed Augusti. Datum enim honori defuncti Augusti a Tiberio, quod ab eo olim Druso. L. III. 'Ipsum quippe Augustum asperrimo hyemis Ticinum usque progressum, neque abscedentem a corpore urbem simul intravisse.' Sed cur, id e publicis muneribus? Visum ita Tiberio loqui, ad honorem Augusti. Quasi magistratuum præcipue esset, et eorum qui Reip. primi, curare funus Semouis illius, et viri supra viros. *Lipsius.*

Neque abscedere a corpore] Quidquid dicat *Freinshemius*, unum fuit ex muneribus publicis, non modo proponere edictum; et referre de honoribus parentis; sed etiam curare funus principis, *neque abscedere a corpore* Augusti parentis principisque; idque unum munus usurpabat Tiberius, aut usurpare fingebat, et ad illum spectabat præcipue tale munus, ut qui filius Augusti et Tribuniciæ potestatis esset. Et tale munus publicum fuit, cum de honoribus et funere principis ageretur.

[p] *Cetera aulæ*] Quæ hæc cetera? Puto, lictores, fasces laureati, et si quid præterea tunc receptum principi distinguendo. Neque enim adhuc illa principatus insignia, ignis, diadema, purpura: quæ reperta sequenti ævo, et ad exemplum regum externorum.

[q] *Nusquam cunctabundus*] Denique nusquam cunctabatur principem se profiteri, nisi quum in Senatu loqueretur. Idque tribus præcipue de causis fecit. Ante omnia, metu Germanici, qui octo legiones ad Rhenum cum ingentibus sociorum auxiliis habebat. Deinde faciebat melioris famæ causa; laudabilius enim ei futurum erat, 'si vocatus electusque potius a Repub. videretur' quam artibus fœminæ. Tertia causa postea demum exemplis pereuntium intellecta fuit; nimirum eum præ se tulisse dubitationem istam, ut cujusque ex primoribus animum erga se cognosceret. Nam deinceps exitio multorum patuit, eum tum temporis diligenter observasse verba et vultus Senatorum, quæ ipse maligne interpretatus, pro indiciis adversarum a se mentium ha-

quam per uxorium ambitum et senili adoptione[r] irrepsisse. Postea cognitum est, ad introspiciendas etiam procerum voluntates inductam[5] dubitationem:[s] nam verba, vultus, in crimen detorquens, recondebat.

8. Nihil primo Senatus die agi passus, nisi de supremis Augusti: cujus testamentum, illatum per Virgines Vestæ,[t] Tiberium et Liviam[u] hæredes habuit. Livia in familiam Juliam nomenque Augustæ[1] assumebatur: in spem secun-

arrepsisse imperio *per ambitionem fœminæ* Liviæ, *aut senis* Augusti *arrogatione. Post ea intellectum est sese ambiguum imperandi finxisse, ad rimanda speculandaque consilia primorum, nam voces et vultus* ipsos patrum *crimini vertens altum reponebat.*

Primo die Senatus referri apud patres *seu deliberari tantum permisit de honoribus Augusti: cujus supremæ tabulæ allatæ* in Curiam *a Vestalibus.* Iis *Tiberius et Livia hæredes inscripti; Livia asciscebatur in domum Juliam, et cognomentum*

5 Frustra tentat Gronovius, *indutam.* Ante Gronovium id dubitanter proposuerat Latinus Latinius.

1 *In familiam Juliam nomenque Augustæ.* Liviam in nomen et familiam Ju-

NOTÆ

bebat, et in occasionem usque vindictæ pertinaci memoria custodiebat.

[r] *Senili adoptione*] Voce *Senili* innuitur, dici potuisse, quod de Jugurthæ adoptione apud Sallustium: ‘Oportere quinquennii consulta et decreta omnia rescindi; nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo valuisse. Tum idem Hiempsal placere sibi respondit: nam ipsum illum tribus proximis annis adoptione in regnum pervenisse.’

[s] *Inductam dubitationem*] Inducit nempe dubitationem Tiberius, ut voluntates procerum introspiciat, ut exploret an vere velint illum imperare, et ita experitur exploratque animos, ut etiam verba ipsa, et ipsorum vultus in crimen vertat, et in longum odia recondat, neque *induit* tantum dubitationem Tiberius, sed illam profert, et inducit apud Senatum, seu inter Patres, proceresque, ut mentes illorum rimetur et introscrutetur; igitur male *indutam* substituit vir doctus.

[t] *Virgines Vestæ*] More scilicet Romano, qui pactiones, fœdera, testamenta, pecunias etiam deponebant in templis: et sæpissime in isto Vestæ, quod religione primum agebant. Dio XLVIII. de pace inter Triumviros et Sextum inita: ‘Hæc ita pacti, et scriptis consignantes, tabellas apud Vestales deposuerunt.’ Eadem in re Appianus. ‘Hæc pacta scripserunt, obsignarunt et virginibus Vestæ custodienda miserunt.’ Sed et Julianum testamentum Virgini Maximæ traditum, Suetonius ait: M. Antonii, depositum apud Vestales, Plutarchus: et generatim de templis, Ulpian. l. III. de tabb. exhib. ‘Si custodiam testamenti ædituus susceptit.’

[u] *Tiberium et Liviam*] Non æquis partibus: didicimus enim e Suetonio ex besse institutum Tiberium, ex triente Liviam. Atque hujus rei ipsius veniam a Senatu petierat, quod adversus legem Voconiam facturus esset, qua non licebat homini censo instituere mulierem ultra quadrantem.

dam, nepotes[v] pronepotesque: tertio gradu primores civitatis scripserat, plerosque invisos sibi, sed jactantia gloriaque[w] ad posteros. Legata non ultra civilem modum,[x] nisi quod populo et plebi CCCCXXXV,[y] prætoriarum cohortium

Augustæ. Gradu secundo nepotes et pronepotes: tertio ordine hæredes *reliquerat proceres urbis, maxima ex parte sibi infensos, sed ostentatione et fama in posteros.' Legata* Augusti *non excessere civium* morem *modestiamque. Nisi quod dedit po-*

liæ gentis fuisse ascitam nemo inficiari potest, cum id conceptis verbis pronuntient Dio, LVI. p. 600. Velleius, II. 75. Ovidius Fast. I. 532. Tacitus Annal. v. 1. Ipseque Plinius, X. 55. XIV. 6. Novi equidem eruditum Harduinum mentem mutasse, et in posteriore sua editione *Liviam* pro *Julia*

NOTÆ

[v] *In spem secundam, nepotes*] Id est, substituerat vulgariter nepotes, Drusum Tib. filium ex triente, ex partibus reliquis, Germanicum Drusi, qui frater Tiberii fuerat, liberosque ejus tres sexus virilis: sic *Suetonius*.

[w] *Sed jactantia gloriaque*] Quare *jactantia?* Quasi sine affectu, scilicet, optimos utilissimosque patriæ legisset. *Lipsius.* Primores civitatis scripserat, non affectu, sed ambitu, jactantiaque.

[x] *Civilem modum*] Hoc ita intelligo: Legata fuisse modica et modesta, neque excedentia usitatum locupletibus et copiosis civibus in condendis testamentis modum. Certe enim *Civile* etiam in libris juris sæpe dicitur, quod moderatum est et usitatum et ordinarium.

[y] *Populo et plebi* CCCCXXXV] Video placere viro docto, emendari e Suetonio: *populo et plebi* CCCC. *tribubus* XXXV. ut intelligamus, ait, præter quadringenties legatum populo, etiam in singulas tribus centena millia relicta esse. Hærco: et e vulgatis Taciti verbis eruo bonum sane sensum. Conjunctim scilicet extulit noster, quod magis distincte Tranquillus. Ea tamen ejus mens, ut populo Legatum sit quadringenties, tribubus sive plebi XXXV. Ni esset; non junxisset duas eas voces, *populo et plebi.* Sed populus ergo alius a tribubus? Alius, hac quidem in parte. Populo legavit *quadringenties* viritim distribuendum, et *καθ' ἕνα*; tribubus *tricies quinquies.* Id est, corpori tribuum universo: veluti si collegio legem, et collegis singulis seorsum. *Lipsius.*

Populo et plebi] Immo legavit Augustus *populo* quidem, hoc est, ad publicos usus *quadringenties, plebi* autem *tricies quinquies,* quæ ei per tribus divideretur. Sic Cæsar apud Suetonium c. 83. 'Populo hortos circa Tiberim publice, et viritim trecenos sestertios legavit.' Quamvis enim ibi *plebis* vocabulum adjectum non sit; illa tamen distributio pecuniæ de nulla alia populi parte capi potest: nam honestiores eam non accipiebant; sicut nec alias largitiones, quas tamen ut plurimum *populo* datas legimus; nimirum usu obtinente, ut harum vocum significatio confunderetur. Ergo in testamento Tiberii id expressit idem auctor: 'dedit legata plebi Romanæ viritim.' Populo autem legata pecunia defercbatur in ærarium, et fiebat publica: quæ ipsa intelligitur apud nostrum, I. 15. IV. 15.

CCCC. *Quadringenties*] Fuerint nos-

militibus singula nummum millia, legionariis ccc,[2] cohortibus civium Romanorum ccccc nummos[b] viritim dedit. Tum consultatum de honoribus; ex quis maxime insignes visi: 'ut porta triumphali[c] duceretur funus,'[d] Gallus Asi-

pulo quadringentics, et plebi tricies quinquies, cuilibet *militi prætoriano singula millia nummorum, legionario autem et merenti in cohortibus civium Rom. militi cuilibet trecentos nummos largitus est. Tum deliberatum est de* supremis *honoribus* Augusti, *ex quibus illustres isti in primis habiti,* ut funebris pompa deduceretur

scripsisse: sed perperam, et refragantibus Mss. libris. *Brotier.*—2 *Legionariis atque cohortibus* Homer. Edit. *Legion. aut cohort.* Gronovius. *Legion. autem et cohort.* Ryckii Edit.

NOTÆ

tro more decies centena millia coronatorum.

XXXV. *Tricies quinquies*] Fuerint octoginta septem millia coronatorum, et insuper quingenti.

[b] CCCCC. *nummos*] *Trecentos nummos* plerumque legitur, qui valent septem coronati, et insuper dimidius, seu vigiuti duæ libræ, et præterea decem asses nostro more Gallico.

[c] *Porta triumphali*] Erat trans Tiberim, in ea parte mœnium, quæ producebatur a Mole Hadriana, usque ad portam, quæ hodie S. Spiritus dicitur. Per eam semper ducebantur triumphi. Hodie nulla est. Asinius igitur honoris causa porta triumphali efferendum Augusti corpus in campum Martium censuit, præcedente Victoria, quæ in curia erat, canentibus næniam principum liberis utriusque sexus.

[d] *Duceretur funus*] Ordo totius pompæ sic se habuit primum ex Suet. Aug. 100. Obiit Augustus in cubiculo eodem quo pater apud Nolam urbem: 'Quadraginta milites prætoriani extulerunt eum in publicum. Dein corpus decuriones municipiorum et coloniarum a Nola Bovillas usque deportarunt: noctibus propter auni tempus, cum interdiu in basilica cujusque oppidi, vel in ædium sacrarum maxima reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit, urbique intulit, atque in vestibulo domus collocavit. Senatus et in funere ornando, et in memoria honoranda, eo studio certatim progressus est, ut inter alia complura censuerint quidam funus triumphali porta ducendum, præcedente Victoria, quæ est in curia, canentibus Næniam principum liberis utriusque sexus.' Postea juxta Dionem, cum lectus pro Rostris publice positus fuisset in tribunali, Drusus ex eodem suggestu aliquid de scripto recitavit, Tiberius autem pro aliis illis Rostris Juliis etiam eum de scripto laudat. Quo facto lectum sublatum triumphali porta ex decreto patrum extulerunt iidem qui ante, non *equites*, ut vult Casaubonus, sed *senatores*, qui eum jam a vestibulo domus usque ad Rostra extulerant. Neque reperias equites eum extulisse a vestibulo domus Palatinæ ad Rostra, immo extulisse eum senatores, ut patet ex ipsoDione; qui dicit eosdem extulisse, qui antea extuleraut, κατὰ τὰ τῇ βουλῇ δόξαντα: *Ut decreverat Senatus.* Igitur delatus est patrum humeris a vestibulo domus ad Rostra; et simili modo a Rostris porta triumphali defertur in campum Martium. Suetonius. Aug. 100. 'Bifariam laudatus est: pro æde Divi Julii a Tiberio, et pro Rostris, sub veteribus a Druso Tibe-

nius; 'ut legum latarum tituli,[e] victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur,' L. Arruntius censuere. Addebat Messalla Valerius, 'renovandum per annos[f] sacramentum in nomen Tiberii:' interrogatusque a Tiberio, 'num se mandante eam sententiam promsisset?' 'sponte dixisse,' respondit; 'neque in iis, quæ ad rempublicam pertinerent, consilio, nisi suo, usurum, vel cum periculo offensionis.' Ea sola species adulandi[g] supererat. Conclamant Patres, 'corpus ad rogum humeris[h] Senatorum ferendum.' Remisit Cæsar arroganti moderatione;[i] populumque edicto monuit, 'ne, ut

porta triumphali *censuit Asinius Gallus; L. Arruntius censebat* ut tituli legum conditarum, et debellatarum ab eo gentium nomina præferrentur. *Adjiciebat Messala Valerius* iterandum singulis annis sacramentum in verba Tiberii; *et percunctante Tiberio,* an se jubente id censuisset, ultro se protulisse *affirmavit*, neque enim ea quæ esse e Republica censeret, non alio, quam suo instinctu promturum, etiam cum discrimine offensæ. *Id unum assentandi genus reliquum erat. Simul exclamant patres universi* Corpus *Augusti* ad pyram efferendum in humeris patrum. *Cessit indulsitque Cæsar* patribus quasi renuens, *modestia quæ tamen ad superbiam accederet, populoque per edictum denuntiavit*, ne

NOTÆ

rii filio, ac senatorum humeris delatus in campum, crematusque. Nec defuit vir prætorius qui se effigiem cremati eumtem in cœlum vidisse jurasset. Reliquias legerunt primores equestris ordinis tunicati et discincti pedibusque nudis, ac in Mausoleo condiderunt.' Nec alind voluit Dio, qui hæc ex Suetonio hausit invertitque.

[e] *Legum latarum tituli*] Ut majestatis, de adulteriis, repetundarum, de peculatu, de judiciis, de sacerdotiis, et aliarum.

[f] *Renovandum per annos*] De eo ritu dico ad l. XVI. Valuit autem hæc sententia, et voluit Tiberium jam principem esse: neque enim alii juratur: eoque velut offensus rogat, quo auctore dixisset? *Lipsius.*

[g] *Ea sola species adulandi*] Nempe, quia libertate ad evertendam libertatem abutebatur Messala: et hoc referendum ad illud quod præcedit, non autem ad id quod sequitur; nempe *corpus* Augusti *humeris senatorum ferendum* esse; neque enim illa adulatio patrum nova et ultima, immo antiquissima: sic enim elatus fuerat Numa; sic et dictator Sylla, et ipse Cæsar humeris magistratuum elatus est.

[h] *Corpus ad rogum humeris*] Sic Plutarchus de Numa: 'Etiam sepulchro vitam ejus honoravere ut cum maxime socii, et amici populi, qui ad supremos illius honores undique confluxerant cum donis publicis, et corollis: simul et patricii lectum extulere, etiam et sacerdotes Deorum interfuere funeri.' Sic et Appianus bel. civil. I. de Sylla dictatore: 'Et lectum subeuntes viri e senatu robusti, detulerunt in Campum Martium, ubi soli reges sepeliuntur, et circa rogum equites et ceteri milites decurrerunt.'

[i] *Remisit Cæsar arroganti moderatione*] Sic accipio, *remisit* adversando, et cessit instantibus patribus, superbus specie pudoris et modestiæ, facto eodem verecundus simul, et arrogans. De Cujacii observatione, quam laudat *ὁ πάνυ*, vide quæ diximus IV. observat. *Gronovius.*

quondam nimiis studiis funus Divi Julii turbassent,[j] ita Augustum in foro potius quam in campo Martis,[k] sede destinata, cremari vellent.' Die funeris milites velut præsidio stetere, multum irridentibus, qui ipsi viderant, quique a parentibus acceperant diem illum crudi adhuc servitii[l] et libertatis inprospere repetitæ, cum occisus dictator Cæsar aliis pessimum, aliis pulcherrimum[3] facinus videretur: nunc se-

ut olim nimio favore exequias Divi Julii interpellassent, ita mallent Augustum uri potius in foro, quam in Campo Martio, qui locus sepulturæ ejus destinatus erat. *Die exequiarum miles velut in statione dispositus fuit, plurimum illudentibus, qui ipsi conspexerant, et qui a patribus* suis *audiverant diem illum immaturæ adhuc et acerbæ servitutis, et libertatis parum feliciter instauratæ, cum interfecto dictatore Cæsare, alii deterrimum, alii præclarissimum facinus existimarent;* ride-

3 *Pulcerrimum* vice *pulcherr.* et passim, Gronov.

NOTÆ

Remisit Cæsar arroganti moderatione] Hic nullam moderationem, neque veram neque fictam agnoscit interpres Gallicus. At certe quamvis res quam permittit patribus, in se ipsa sit arrogantiæ plena, tamen modus concedendi, seu permittendi modestus aliquatenus esse potuit in Tiberio: quasi diceret, 'Ego unus civium impar sum consensui universi senatus, et præcipue cum agitur de honoribus principis, et parentis mei; igitur quando quidem id vultis, patres, agite, resistere nequeo.' Et certe sunt, qui sic modesto vultu nutuque recusant, aut recusare simulant, id quod vehementer appetunt, et etiam invitati arroganter occupant. Igitur in modo permittendi modestia, in re ipsa superbia esse potuit.

Remisit, non est præcise et proprie *permisit*, ut volunt: *remisit*, id est, relaxavit, indulsit, et velut invitus concessit flexitque, non ut fateretur se id permittere, sed *ut rogari et negare desineret:* sic infra Tacitus cunctantem, et ambiguum imperandi Tiberium describit. 'Fessusque clamore omnium, expostulatione singulorum flexit paulatim, ut non fateretur suscipi a se imperium, sed ut negare, et rogari desineret.' Ubi *flexit* idem est ac remisit; id est, se flecti et exorari tandem permisit non ultro, sed veluti jubentibus Patribus cessit.

[j] *Funus D. Julii turbassent*] Cum rogus cremando Cæsari in campo Martis extructus esset, populus cum summo tumultu, direptis subselliis, cancellis, mensis argentariorum, in foro cremavit, ut ex Suetonio, Plutarcho, et aliis notum est. Imperatorum et nobiliorum civium corpora in Campo Martio, qui tunc extra urbem erat, cremabantur, cum alioqui in suis quisque prædiis post mortem uri ac condi soleret.

[k] *In campo Martis*] Primum Syllam in Campo Martio, per honorem sepultum tradit Appianus. Nam alii etiam illustres viri extra urbem. At postea Juliæ ibi tumulus, et mox ipsius Julii: nunc Augusti, *sede destinata:* id est, in Mausolco, quod sibi struxit.

[l] *Crudi adhuc servitii*] Tum enim putabant facilius aliquem tumultum nasci potuisse, cum recens adhuc

nem principem, longa potentia, provisis etiam hæredum in rempublicam opibus, auxilio scilicet militari tuendum, ut sepultura ejus quieta foret.

9. Multus hinc ipso de Augusto sermo, plerisque vana mirantibus: ‘ quod idem dies accepti quondam imperii princeps et vitæ supremus: quod[1] Nolæ[m] in domo et cubiculo, in quo pater ejus Octavius, vitam finivisset. Numerus etiam consulatuum celebrabatur, quo Valerium Corvum[2] et C. Marium simul æquaverat:[n] continuata per septem et triginta annos Tribunicia potestas: nomen Imperatoris[o]

bant *nunc grandævum imperatorem, diuturna dominatione* fultum, *comparatis etiam successorum viribus adversus Rempub., militum præsidio defendendum* esse, *quasi vero! ne funus ejus turbaretur.*

Plurima hinc de ipso Augusto colloquia, multis inania suspicientibus: quod idem dies fuerit primus assumti olim principatus, et vitæ postremus. Quod Nolæ vita concessisset in iisdem ædibus et cubiculo, quo genitor ejus Octavius. Multitudo etiam consulatuum extollebatur, qua adæquaverat Valerium Corvinum, *simul* et C. Marium, perpetuo possessa per septem et triginta annos Tribunicia dignitas: vocabulum Imperatoris semel et vicies habitum:

1 Abest *quod* Gronov.—2 In Ms. Flor. *Corvum:* at libri editi fere

NOTÆ

servitutis dolor esset, multique, licet infelici exitu, occiso Cæsare dictatore, libertatem reducere niterentur: eaque ipsa cædes diversis animorum motibus æstimaretur; aliis eam pro pessimo facinore, aliis pro pulcherrimo habentibus. Jam autem longe aliam rerum faciem esse, Augusto mortuo. Postquam 56. annis imperasset, opesque multas providisset adversus Remp. et quamcumque factionem.

[m] *Nolæ*] Adhuc floret sub eodem nomine, urbs episcopalis, sub Archiepiscopatu Neapolitano, et antiqua Rom. Colonia in Campania.

[n] *Simul æquaverat*] Nam Valerius sextum, Marius septimum Consul. At ‘ Ter Latio deciesque tulit labentibus annis Augustus fasces,’ ut ait Statius in Sylvis.

[o] *Nomen imperatoris*] Duces exercituum antiquitus, re bene gesta, gaudio et impetu victoris exercitus *imperatores* conclamabantur, ut est apud nostrum tertio horum librorum, et hanc appellationem confirmare senatus solebat. At qui postea rerum potiti sunt, alio sensu imperatores vocati fuerunt, cum eo nomine summa omnium rerum potestas indicaretur. Præponebant autem *Imperatoris* nomen nominibus suis; non, ut olim, postponebant. Exempli causa, non hoc modo, *C. Julius Divi F. Augustus imperator*, sed hoc, *Imperator C. Julius Divi F. Cæsar Octavianus Augustus.* Sed tum quoque jam imperium adepti, quoties aut per se, aut per legatos insignem aliquam victoriam adepti erant, *Imperatorum* nomen assumebant: et sic Augustus nomen imperatoris semel ac vicies pepererat, ut quo anno mortuus est, vocaretur, *Imp. Cæsar Divi F. Augustus Cos.* XIII. *trib. post.* XXXVII. *imp.* XXI. *PP.*

semel atque vicies partum: aliaque honorum multiplicata aut nova.'[p] At apud prudentes vita ejus varie extollebatur, arguebaturve. Hi, ' pietate erga parentem et necessitudine reipublicæ,[q] in qua nullus tunc legibus locus, ad arma civilia actum, quæ neque parari[r] possent, neque haberi per bonas artes: multa Antonio, dum[3] interfectores patris ulcisceretur, multa Lepido concessisse; postquam hic socordia senuerit, ille per libidines pessum datus sit, non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quam ut ab uno regeretur. Non regno tamen, neque dictatura,[s] sed Principis nomine constitutam rempublicam: mari Oceano[t] aut amnibus lon-

ceteraque dignitatum congesta, aut nuper adinventa. At prudentes res gestas varie celebrabant, aut incusabant. Hi *dicebant* ad bella civilia compulsum charitate erga patrem et necessitate Reipub. in qua nullæ tum leges vigebant; quæ *bella* neque instrui poterant neque geri per bonas artes. Indulsisse multa Antonio, ut vindictam sumeret de percussoribus patris, plurima Lepido donasse. Postquam hic segnitia intabuerit, ille per voluptatum flagitia profligatus sit, non aliter subveniri potuisse civium seditionibus et discordiis quam ut unus rerum potiretur. Non Regis tamen aut Dictatoris, sed vocabulo Principis ordinatam Rempub. Oceano vel fluminibus procul

omnes, et ceteri scriptores, *Corvinum* vulgo appellant.—3 Ita Pichena et recentiores ferme omnes. In Ms. Flor. et editione principe, *tunc interfectores*. Rhenanus *ut interfectores*. Mallet Jac. Gronovius, *multa Antonio tunc, interfectores patris ut ulcisceretur*. Melior vulgata ac recepta emendatio. *Brotier*.

NOTÆ

[p] *Aliaque honorum multiplicata aut nova*] *Multiplicata;* ut consulatus, ut nomen imperatoris: *Nova*, ut Tribunicia potestas, ut regimen morum, quod sine censura habebat. ' Alia honorum,' ut Lucretius ' tenuia rerum,' Horatius ' abdita rerum,' Propertius ' omnia rerum.' *Muretus*.

[q] *Necessitudine Reip.*] Id est, necessitate; quia, ut mox loquitur, ' tempora Reip.' id poscebant, quia perpetuæ in Repub. discordiæ, nisi unus imperaret.

[r] *Quæ neque parari*] Itaque si quid secus, quam oporteret, actum esset, necessitati condonandum; non Augustum propterea accusandum videri. *Muretus*.

[s] *Non regno tamen neque dictatura*] Poterat sibi per vim regnum vindicare; poterat dictaturam perpetuam, quam sibi ultro a senatu oblatam constantissime recusavit: neutrum voluit: sciebat enim nomen regium, expulso Tarquinio, nomen dictatoris, interfecto Cæsare, in perpetuum e Repub. sublatum esse. *Principis* igitur nomine, in quo nihil superbum, nihil tyrannicum esset, contentus fuit.

[t] *Mari Oceano*] Hoc verum, et docui in Admirandis. Tamen addendum hic ex Herodiano, de Augusto: ' Fluminum magnitudine, et fossarum vel montium superciliis, terra item deserta et ægre pervia, munivit imperium.' Illic distincte pleraque: noster uni-

ginquis septum imperium: legiones, provincias, classes, cuncta inter se connexa:[u] jus apud cives, modestiam apud socios: urbem ipsam magnifico ornatu: pauca admodum vi tractata, quo ceteris quies esset.'

10. Dicebatur contra, 'pietatem erga parentem et tempora reipublicæ obtentui sumta:[o] ceterum cupidine dominandi concitos per largitionem veteranos,[v] paratum ab adolescente privato exercitum, corruptas Consulis legiones,[w] simulatam Pompeianarum gratiam partium:[x] mox ubi decreto Patrum fasces et jus Prætoris[y] invaserit, cæsis Hirtio et Pansa,[z]

amotis cinctum et vallatum imperium: exercitus, classes, omnia invicem devincta. Justitiam apud cives, æquitatem apud socios, Romam ipsam splendide exornatam; pauca admodum per vim transacta, quo ceteris pax foret.

Contra ferebatur, charitatem erga patrem et necessitatem Reipub. prætextui accepta fuisse. Ceterum cupiditate imperandi, evocatos donis veteranos, exercitum instructum a privato juvene, solicitatas *Antonii* Consulis legiones, fictam benevolentiam erga Pompeianos; statim atque habuit auctoritatem Prætoris et fasces, occisis Hirtio et Pansa (sive hostis illos interfece-

NOTÆ

verse, et præcipua dixit. Sed fuere alibi 'fossæ, et castra stipitesque:' talia limites appellat Spartianus in Hadriano: 'In plurimis,' inquit, 'locis, in quibus barbari non fluminibus, sed limitibus dividuntur, stipitibus magnis; in modum muralis sepis, funditus jactis atque connexis, barbaros separavit.' Fuit instar valli castrensis, aut potius sudeti. Hic passim 'limitanei milites,' quos Zozimus narrat a Constantino sublatos, magno rei Romanæ malo. Sic *Lipsius*.

[u] *Cuncta inter se connexa*] Id explicat Tac. IV. 5. 'Italiam utroque mari duæ classes, Misenum apud et Ravennam, proximumque Galliæ littus rostratæ naves præsidebant.'

[o] *Obtentui sumta*] Ut ea prætenderet ac prætexeret cupiditati imperandi, qua flagrabat. Idque eo verisimilius est, quod Augustus principio adjunxit se ad causam Senatus, et (nedum ageret de ulciscenda paterna cæde) arma sumsit adversus Antonium, qui Cæsaris mortem ulcisci studebat, obsessumque ab eo Mutinæ P. Brutum unum ex interfectoribus patris, liberavit. Non igitur de ulciscenda morte patris cogitabat.

[v] *Concitos veteranos*] Adita Cæsaris hæreditate, cum se ab Antonio contemni videret, quem sibi præcipuum adjutorem fore speraverat, veteranos, quos Cæsar Capuæ collocarat, et sibi et Reipub. auxilio futuros evocavit, multa pollicitus, datis etiam in singula capita duobus millibus H. S.

[w] *Consulis legiones*] Nempe Antonii *Quartam et Martiam*, quæ donis promissisque corruptæ M. Antonium Consulem deseruerunt, seque cum Octavio conjunxerunt.

[x] *Pompeianarum gratiam partium*] Pompeianus enim erat Senatus, et ipse Augustus ostendebat in potestate Senatus et esse et fore.

[y] *Fasces et jus Prætoris*] Senatus enim, suadente maxime Cicerone, cum exercitui, quem comparaverat, pro Prætore præesse, ac Senatorem

(sive hostis illos, seu Pansam venenum vulneri affusum, sui milites Hirtium, et machinator doli Cæsar abstulerat,) utriusque copias occupavisse: extortum invito Senatu consulatum, armaque, quæ in Antonium acceperit,[1 a] contra rempublicam versa: proscriptionem civium, divisiones agrorum, ne ipsis quidem, qui cepere,[2] laudatas. Sane Cassii et Brutorum exitus paternis inimicitiis datos, (quanquam fas sit, privata odia publicis utilitatibus remittere;) sed Pompeium imagine pacis,[b] sed Lepidum[c] specie amicitiæ deceptos:

rit; seu Pansam virus vulneri ejus aspersum sustulerit, suus miles Hirtio et sceleris artifex Cæsar exitium attulerint,) utriusque exercitum invasisse. Renuenti Senatui raptum Consulatum, et adversus Rempublicam conversa arma, quæ in Antonium *ab ipsa* acceperat, proscriptionem civium, partitiones agrorum ne ipsis quidem probatas fuisse, qui peregerant. Certe Cassii et Brutorum exitia paternæ ultioni donata (quamvis æquum sit privatas inimicitias Reipub. condonare) sed Pompeium specie fœderis, sed Lepidum præ-

1 Muretus malebat *acceperat:* sc. quia mox *fecere.* Tacitus utroque modo utitur: paulo ante *invaserit.* Sed sæpius tamen plusquamperfecto, ut attentus lector facile observabit. *Ernesti.*—2 Sic Muretus; Brotier *fecere. Cœpere* scripti; *an fecere?* Locus luxatus: forte, *Qui repererc. Cœpere*

NOTÆ

esse jussit; et jus ei dicendæ in senatu Sententiæ Prætorio loco dedit, aliaque multa in eum honorifice decrevit.

[2] *Cæsis Hirtio et Pansa*] Quidam enim eos ab hostibus occisos esse dicunt, alii autem Pansam quidem in pugna vulneratum fuisse, sed Augustum corrupto ejus medico curasse, ut vulnus veneno inficeretur: Hirtium autem ejusdem Augusti instinctu, non ab hoste, sed a propriis militibus cæsum fuisse.

[a] *Quæ in Antonium acceperit*] *Acceperat* melius puto. Causatus quosdam sibi in Senatu invidere, et se puerum vocari, et quod Cicero ambigue dixisset 'hunc puerum ornandum et tollendum esse,' professus se daturum operam, ne a quoquam tolli posset, discivit a Senatu, et se cum Antonio Lepidoque conjunxit: hæc *Muretus.*

[b] *Imagine pacis*] Augustus Muciam matrem ad Sex. Pompeium miserat. Sororem L. Scribonii Libonis, qui Pompeii socer erat, uxorem duxerat, ut Pompeium sibi, quem mari plurimum posse intelligebat, adjungeret. Postea in Sexti navibus cœnaverat, et ipse eum convivio exceperat. M. Marcello sororis filio Pompeiam Sexti filiam desponderat. Sed tamen eum postea e medio tollendum curavit.

Imagine pacis] Sextus Pompeius bello contra Octavium tenebat Siciliam et Sardiniam, tuebatur se locis firmis, et famem inopiamque Italiæ importabat: vinci non potuit, nisi brevi pace. Igitur ea pacta est cum illo; sicque exules recepti, vires illius abductæ, corruptus miles ejus, et tandem terribilis ille, et paulo ante Neptunus, vix navi effugit, cervicem gladio præbuit, et intra annum totum bellum extinctum est, et sic pax inita sæpe fuit in exitium hostium:

post, Antonium Tarentino Brundisinoque fœdere[d] et nuptiis sororis illectum, subdolæ affinitatis pœnas morte exsolvisse. Pacem sine dubio posthæc, verum cruentam: Lollianas, Varianasque clades; interfectos Romæ Varrones,[e] Egnatios,[f] Julos.'[3g] Nec domesticis abstinebatur. 'Abducta

textu benevolentiæ illectos atque delusos. Mox Antonium pace Tarentina et Brundusina, et matrimonio Octaviæ deceptum, insidiosæ affinitatis pœnam exitio suo luisse. Tranquillitatem certe postea, sed cruore contaminatam. Memorabant clades Lollii et Vari, occisos in urbe Varrones, Egnatios, Julos,

est ex mutilatione vocis. *Brotier.*—3 In Ms. Flor. *Julios:* ita quoque scriptores Græci Dio et Eusebius. At Horatius, Od. IV. 2. Velleius et Suetonius *Julum* appellant. Ab Julo, Æneæ filio, ob maternum genus ita dictum fuisse probat Perizonius, Animadvers. Historic. c. 3. p. 151. *Brotier. Julios*

NOTÆ

sic pax falsa numerari potest inter insidias et strategemata.

[c] *Sed Lepidum*] Huic enim ex Africa evocato, ut sibi adversus Pompeium auxilio esset, postea viginti legiones et imperium ademit.

[d] *Tarentino Brundusinoque fœdere*] Ὑστερολογία est. Nam Brundusinum fœdus aliquot annis prius Tarentino: utrumque sic appellatum a loco, ubi ictum est: *Brundusinum*, quod Cæsar cum Antonio coiit, Perusia capta: cum morte opportuna Fulviæ sublatum esset non dubium bellum, anno urbis DCCXIV. Octavia tunc Antonio data, et provinciæ Orientis. At *Tarentinum* triennio posterius est, cum iterum simultate exorta (verba Appiani sunt Civilium quinto) 'Antonius ex urbe Athenarum navigavit Tarentum cum trecentis navibus.' Sed prudentia Octaviæ, annitente item Agrippa et Mæcenate, iterum compositæ res. Antonius Cæsari centum naves ad bellum Siculum, ipse illi duas legiones ad bellum Parthicum attribuit.

[e] *Varrones*] Fuit Lucinius Varro Murena; de cujus insidiis in Augustum præter alios Strab. l. XIV.

[f] *Egnatios*] De his conjurationibus sic Sueton. August. c. 19. 'Rerum novarum initia conjurationesque complures compressit: Lepidi juvenis, deinde Varronis Murenæ et Fannii Cæpionis, mox M. Egnatii.

[g] *Julos*] Filius hic M. Antonii Triumviri ex Fulvia fuit: puer etiam magni et excelsi animi, et ad multa largienda propensi. Philotæ medico Antissensi, ob sophisma quoddam super cœnam allatum, dono dedit abacum multis ingentibus argenteis poculis onustum; quem cum ille accipere recusaret, veritus, ne puero injussu patris tam multa dandi potestas non esset, subiratus puer, 'Accipe,' inquit, 'nihil cunctatus; an nescis eum, qui hæc tibi do, filium esse M. Antonii illius, qui totidem vasa aurea donare nullo suo incommodo potest?' Victo Antonio, ita se in eum clementer gessit Augustus, ut Octaviæ sorori suæ optimæ mulieri educandum dederit; quæ singularis exempli noverca privignos suos, Antonii (a quo ipsa tam multas contumelias acceperat) liberos, non secus educavit, ac suos. Itaque procedente ætate, cum principem amoris ac dignitatis locum obtineret Agrippa, proximum privigni Tiberius et Drusus, tertius ab eis nu-

Neroni uxor: et consulti per ludibrium[j] Pontifices, an con-

nec mala domestica silebantur, ablata Neroni conjux, et interrogati per irri-

NOTÆ

merabatur Antonius. Quin etiam eam Octaviæ filiam, quam Agrippa, Juliæ ducendæ causa, mortuo Marcello demiserat, huic Antonio in matrimonium collocavit Augustus. Fuisse ei opinor a principio idem prænomen quod patri: sed cum in odium M. Antonii Triumviri S. C. factum esset, ne quis Antoniorum amplius *Marci* prænomine aleretur, novo prænomine *Julum* Antonium vocatum esse. Extat ad eum pulcherrima Ode Horatii de laudibus Pindari. Hic et sacerdotio et prætura et affinitate et consulatu, quem cum Q. Fabio Africano gesserat, et provinciis ornatus ab Augusto, ausus temerare filiam ejus mulierem impudicissimam, cum id non tam libidinis, quam capiendi nefarii alicujus adversus Augustum consilii causa fecisse crederetur, aut morte affectus est, ut Dio ait, aut, ut Velleius, facinoris conscientia mortem sibi ipse conscivit: sic *Muretus*.

Interfectos Julos] Dicere videtur jussu Augusti occisum Julum: idque et Dio prodidit, l. LV. At Velleius sua manu cecidisse eum dat intelligi: 'Julus Antonius,' inquit, 'singulare exemplum clementiæ Cæsaris, violator ejus domus; ipse sceleris a se commissi ultor fuit.' Quid tum? nihil hæc pugnant: præcessit scilicet jussus Augusti, quem ille executus sua manu. Julum autem Antonium intelligit Triumviri filium, ad quem Horatii Oda. Cognomen ei Africanus. De eo Julo Seneca in lib. de brevitate vitæ: 'Filia et tot nobiles juvenes, adulterio veluti sacramento adacti, infractam ætatem territabant. Postquam,' (melius *postque*,) 'iterum timenda cum Antonio mulier.' Hæc *Lipsius*.

Julos] In Oda Horatii prima l. IV. verba quibus Paulum Fabium describit 'centum puer artium,' quomodo de Consule intelligi possunt? quod laudat, uti formosum, quod Cupidinem ad eum remittit, tanquam militiæ isti aptiorem, et in jocos amoresque promtiorem solutioremque, quomodo in virum matura et consulari ætate competat? Tempus autem quo ad Fabium ista oda scripta est, inde colligi posse videtur, quod *circa decimum lustrum* ætate se consistere Poëta scribit. Cum autem natus sit anno U. C. DCLXXXVIII. Cotta et Torquato Coss. quinquagesimus ejus annus incidit in annum urbis DCC XXXVIII. At Fabius Consul fuit anno U. C. DCCXLIV. *Reinesius*.

Julos] Errant etiam Viri docti, cum Africani cognomen assignant Julo Antonio. Nam Suet. Claud. 2. Claudius natus est Julo Antonio Fabio Africano Coss. et Dio Xilandri habet Φάβιον Ἀφρικανόν. Eusebius apud Scaligerum et numerus aureus Goltzii idem referunt: ceteri Auctores et Fasti qui contrarii videntur, sunt mutili aut depravati.

[j] *Consulti per ludibrium*] Consulti Pontifices per ludibrium, vel quia quicquid responderent, frustra foret, et nihilominus matrimonium contracturi erant; vel quia sciebant non aliud responsuros Pontifices, quam quod ipsi imperitantes cuperent. Id elucidabat Dio l. XLVIII. 'Ambigenti autem Cæsari, ac sciscitanti a Pontificibus, fasne sibi esset Liviam prægnantem ducere: responsum est, si quidem ex quo mulier concepisset dubitaretur, opus esse ut nuptiæ differrentur; quia vero de eo consta-

cepto, necdum edito[k] partu, rite nuberet: Q.[4] Tedii[l] et Vedii Pollionis luxus:[m] postremo Livia, gravis in rempublicam

sionem Pontifices, an concepto, necdum genito infante, rite duceretur uxor. Objectabatur ipsi luxuria Q. Atedii et Vedii Pollionis. Demum Livia impo-

Gronov.—4 In Ms. Flor. *nuberetque Tedii et Vedii.* Beroaldus edidit, *nuberet quæ Tedii;* conjectans emendandum, *qui Tedii.* In recentioribus editionibus, *qui Atedii*, vel *qui Tedii.* Rhenanus, Q. *Vedii Pollionis. Que, quæ, qui* mendosa esse, et ex prænomine Q. nata, certum videtur. Ex ceteris literis existimo olim scriptum fuisse, Q. *Haterii.* Hunc hominem forte memorat Plin. VII. 53. 'Cornelius Gallus, Prætorius, et Q. Haterius, eques Romanus, in Venere obiere.' Nihil tamen ex levi conjectura mutandum. Infra Annal. III. 57. Beroaldus quoque ediderat, *atque Haterius*, pro *at Q. Haterius;* et Annal. IV. 21. *Pisonemque gravius*, pro *Pisonem Q. Granius*, Brotier. *Qui*

NOTÆ

ret, nihil impedire, quin statim fierent. Id quidem ut in jure a majoribus tradito invenerint, forte fieri potuit: sed profecto sic responsuri fuere, etsi non ita invenissent.' Hunc mimum egere imperitantes, ne obtrectaretur tali matrimonio: ne tales nuptiæ deriderentur: illudunt Pontificibus, ne ipsis illuderetur. Quod tamen non plane assecuti sunt, quippe talia matrimonia Populus Rom. vel contemnebat, vel aversabatur; ut quibus prælusisse stupra et adulteria existimarent.

[k] *Concepto, necdum edito*] Nam ne mortuo quidem marito licebat olim mulieri ad secundas nuptias transire, nisi post decimum mensem, ne familiæ turbarentur; et quæ secus fecisset, infamia notabatur. Et inde illa in instituendis exhæredandisve postumis formula: 'Si quis mihi filius filiave in decem proximis mensibus nascetur:' et inspici ac custodiri nonnunquam ab agnatis prioris viri solebant. Ovidius: 'Per totidem menses a funere conjugis uxor Sustinet in vidua tristia signa domo.' Ergo idem servandum erat in divortio: ratio enim utrobique eadem. Consulenti autem Augusto respondere Pontifices, si ambiguum esset, concepisset Livia an minus, non posse eam a Tiberio relictam statim alteri nubere: sin concepisse constaret, libere posse.

[l] *Q. Tedii*] Legit Lipsius, *qui Vedii Pollionis luxus;* mallem *Q. Vedii Pollionis luxus.*

[m] *Vedii Pollionis luxus*] Cur vergit in crimen Augusti? Opinor eo quod Augustus magister morum, luxuriam illius coërcere debuisset, potius quam ita favere, ut familiaritate et amicitia Vediana magnam partem hæreditatis meruisse videretur. *Vertranius.*

Vedii Pollionis] De quo sic Dio lib. LIV. 'Vedius Pollio cum murænis suis servos vorandos objiceret, si quod vas pretiosum inter ministrandum rumperent, Augustus omnia ejus vasa confringi jussit. Hic Pollio moriturus multa multis legavit; Augusto magnam hæreditatis partem, et Pausilypum villam inter Neapolim et Puteolos sitam, jussitque ut populo pulchrum aliquod opus extrueretur. Ejus operis faciendi prætextu, at revera ne quod monumentum Vedii in urbe extaret, domum Pollionis solo æquavit Augustus, et porticu ibi ædificata, non Pollionis, sed Liviæ nomen inscripsit.'

mater, gravis[5] domui Cæsarum noverca. Nihil Deorum honoribus relictum, cum se templis et effigie numinum[n] per flamines et sacerdotes[o] coli vellet. Ne Tiberium quidem caritate aut reipublicæ cura successorem ascitum: sed quoniam arrogantiam sævitiamque ejus introspexerit, comparatione deterrima[p] sibi gloriam quæsivisse.' Etenim Augustus, paucis ante annis, cum Tiberio Tribuniciam potestatem a

tens in Rempub. parens et magis infesta familiæ Cæsarum noverca. Nihil immortalium cultui reliquum esse, cum se Augustus delubris et imagine Deorum cuperet adorari per flamines et sacerdotes. Ne Tiberium quidem adoptatum amore aut sollicitudine Reipub.: sed quod superbiam immanitatemque ejus præviderit, pessima comparatione sibi decus parasse. *Quippe Augustus non multis abhinc annis, cum iterum Tiberio peteret Tribuniciam dignitatem a*

Atedii vice Q. *Tedii* Gronov. *qui Tedii* Ryckius.—5 Ms. Flor. *gravius.* Conjiciebat Beroaldus, *gravis.* Melius Pichena et recentiores, *gravior.* Bro-

NOTÆ

[n] *Templis et effigie numinum*] Magna et insana ambitio, quam exemplo Herculis et Liberi patris excusare tamen videtur lib. IV. noster. Sed Augustus adhuc vivus et hominem fungens, in Provinciis esse colique voluit pro Deo: in Provinciis, non in Italia, aut Romæ. Suetonius: 'Templa quamvis sciret etiam pro Consulibus decerni solere, nulla tamen in Provincia recepit, nisi communi suo Romæque nomine. Nam in urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore.' De Urbe ait; Dio etiam de Italia l. LIV. Quod Tacitus scribit *effigie numinum*, valet in eam mentem, ut signa apposita Augusti statuis sint, quæ solent Deorum imaginibus, puta, radius, hasta, fulmen. Lucianus: 'Fulminibus Manes, radiisque ornabit et astris.' Itaque nummi etiam hodie extant, in quibus Augusti caput radiatum videtur.

[o] *Per flamines et sacerdotes*] In tale Sacerdotium non solum ascripti viri, sed etiam fœminæ. Et ipsa Livia ejus uxor ex decreto Senatus, teste Dione l. LVI. 'Tunc vero consecrantes Augustum sacerdotes ejus sacra instituerunt, et sacerdotem Liviam.' Unde Ovidius l. IV. de Ponto: 'Stant pariter natusque pius Conjuxque Sacerdos, Numina jam facto non leviora Deo.' Ubi *Natus pius* Tiberius est, *Conjux Sacerdos* Livia. Fuerunt et aliæ fœminæ Sacerdotis Divi Augusti, ut patet ex marmore sic inscripto. P. POSTVMIÆ P. F. PAVLLÆ. SACERD. D. JVLII AUGUST. Item in HISPANIIS LUCR. L. F. CAMPANA. FLAM. PERPETUA DOMUS AUG. Id est, *Lucretia L. filia, flaminica domus Aug. perpetua.*

[p] *Comparatione deterrima*] Suet. Tib. XXI. 'Augustum palam, nec dissimulanter, morum ejus diritatem adeo improbasse,' &c. 'Sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse, vel etiam ambitione tractum, ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret.' Sic et Tiberius gavisus dicitur succedere sibi Caligulam eodem animo et consilio. Suet. Calig. XI. 'Ut aliquoties prædicaret exitio suo omniumque Caium vivere, et se natricem, serpentis id genus, populo Romano, Phaëtontem orbi terrarum educare.'

Patribus rursum postularet, quanquam honora oratione, quædam de habitu cultuque[6] [q] et institutis ejus jecerat, quæ velut excusando exprobraret.

11. Ceterum sepultura more perfecta, templum et cœlestes[r] religiones decernuntur. Versæ inde ad Tiberium pre-

Senatu, quamvis multo cum honore verborum, nonnulla tamen *promserat de habitu cultuque et moribus illius, quæ veluti defendendo objectaret.*

Ceterum exequiis de more absolutis, fanum ei et divini honores statuuntur. Hinc

---

tier.—6 *Habitu vultuque.* Ita emendandum recte monuit Heinsius: recepere Ernestus et recentiores. Suffragatur Suetonius in Tiber. 68. 'Incedebat cervice rigida et obstipa: adducto fere vultu, plerumque tacitus.' Vide etiam Tacitum infra c. 33. 'Sermone, vultu, arrogantibus et obscuris.' Beroaldus et alii, *habitu, cultuque.* Vide Misc. Obs. IX. 284. Tacitus autem conjungit *vultum habitumque,* XVI. 22. Hist. I. 17. II. 52. Sic et habitus cultusque junguntur ab iis, qui et indolem rei, *φύσιν,* ingenium seu formam sc. constitutionem, et speciem exteriorem, a cultura vel educatione additam exprimere cupiunt. Sic Virg. Georg. I. 52. *habitum cultumque* de agris sc. locis adhibet. Sed Tacitus infra II. 59. tria ista rursus conjungit: 'Tiberius, cultu habituque ejus' (Germanici) 'lenius perstricto, acerrime increpuit, quod contra instituta Augusti, non sponte Principis, Alexandriam introisset;' tum Hist. IV. 64. 'instituta cultumque patrium.' Ita non ambiguum sit, quomodo legi debeat. Et cum ex ingressu vultuque perspiciatur *habitus* animi, possit *vultus* omitti, habitusque Tiberii, in quo avita erat indoles arrogantiæ, etiam arrogantiam vultus comprehendere. *Cultus* autem non solum est in vestitu, sed in omni vita, corpore, animo, quatenus hæc curantur. Neque profecto Tiberio cultus fuit comis, sed suus, silentii, obscuritatis sævitiam tegentis, affectationis, insignia habens, luxuriosus et atrox, cet. Noster infra c. 33. Germanicum conferens cum Tiberio inquit: 'Nam juveni civile ingenium, mira comitas, et diversa a Tiberii sermone, vultu, arrogantibus et obscuris.' Jam quo referas comitatem illam non vultu solum, sed et sermone diversam, nisi ad cultum? Putem vero etiam, Tiberium, uti alienum se a Græcorum cultu et sermone affectavit, ita in eo modum id temporis excusatum excessisse. Itaque melius sit retinere *habitum cultumque et instituta. Habitum* sequitur *cultus,* ab utroque sunt *instituta,* consuetudo et mores sc. vivendi ritus. Crollius, in Bipont. ed. *Brotier. Vultu* Homer.

NOTÆ

[q] *De habitu cultuque*] Ad habitum spectant hæc Suetonii. Tib. 68. 'Incedebat cervice rigida et obstipa, adducto fere vultu, plerumque tacitus: nullo aut rarissimo cum proximis etiam sermone, eoque tardissimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatione.' Addit pro Tacito etiam: 'Quæ omnia ingrata et arrogantiæ plena animadvertit Augustus, et excusare tentavit sæpe apud Senatum et populum.'

[r] *Templum et cœlestes*] Templum in palatio ipso, ex decreto Senatus. Dio: 'Ipsi Augusto templum Romæ decretum quidem a Senatu, sed a Livia et Tiberio structum est, idque alibi et pluribus locis.' Liviæ tamen soli id opus attribuit (præter Dionis et Suetonii mentem c. 47.) Plinius l. XII. 'Radicem ejus magni ponderis videmus in Palatii Templo, quod fecerat Divo Augusto conjux Augusta, aureæ pateræ impositam.' Huc respicien-

ces. Et ille varie disserebat:[s] de magnitudine imperii, sua modestia;[t] ' solam Divi Augusti mentem tantæ molis capa-

flexæ ad Tiberium preces, ut accipere imperium dignaretur. At ille varie censebat de mole et amplitudine *imperii;* et de *sua mediocritate.* Unam divi Au-

NOTÆ

tem credo Senecam scribere, consolatione ad Polybium: ' Fortuna ibit violentior per omnia, sicut et solita, eas quoque domos ausa injuriæ causa intrare, in quas non nisi per templa aditur, et atram laureatis foribus inducere vestem.' Puto enim id templum in Palatii vestibulo fuisse, etsi referre forte possis ad templum Apollinis Palatini.

[s] *Varie disserebat*] Varia disserere apud Tac. non est ambigue, immo est clare disserere, ut patet ex multis Taciti locis. Supra c. 5. ' pars multo maxima imminentes dominos variis rumoribus disserebant: trucem Agrippam et ignominia accensum,' &c. ' Tiberium, Neronem, maturum annis, spectatum bello, sed vetere atque insita Claudiæ familiæ superbia: multaque indicia servitii, quamquam premantur, erumpere.' Quid clarius illis variis sermonibus? Et mox c. 9. ' Multus hinc ipso de Augusto sermo,' &c. An quia multus et varius sermo, ideo ambiguus est? immo eo clarior, qui variis multisque et verbis et sententiis agitatus. Itaque ille sermo Tiberii et in re et in se ipso clarus et perspicuus, quamvis forte mens loquentis fuerit incerta et ambigua, quamvis finis quo tenderet sermo Tiberii possit existimari ambiguus, quamvis ipsa mens audientium etiam incerta et ambigua colligere et inferre ex illo sermone potuerit; nam si ficta mens et cogitatio Tiberii quo ad finem sermonis istius spectat, non minus et ficta mens audientium patrum, non minus fictum illorum obsequium. Paucissimi enim Tiberium imperare voluissent, et potius Germanicum et quempiam alium elegissent. Jam enim superbiam hominis, et *lentas maxillas* metuebant horrebantque: sed sermo ille præcise in se et etiam in mente Taciti hoc loco fuit tantum varius et multus et sic clarus, non autem ambiguus præcise. Certe ' plus in oratione tali dignitatis quam fidei.' Sed quamvis vera et aperta esset dissimulatio loquentis, quamvis Tiberio fidem non habuerint patres, hoc tamen non impedit, quin sermo Tiberii, quamvis falsa et ficta mente dictus, clarus et verus in se esset. Itaque distinguendum puto. Sermo ille in re et in se verus et clarus fuit. Et si mentem et finem loquentis spectes, fictus et ambiguus fuerat. Quis enim dubitet de magnitudine seu mole imperii? et sermo de tali magnitudine habitus, num precise in se verus et apertus est? quamvis alioqui mens loquentis fallax fuerit et subdola.

[t] *Sua modestia*] Alii per modestiam hoc loco intelligunt tenuitatem virium, seu mediocritatem, ita ut agnoscat Tiberius modicas et exiguas vires suas tum animi cum ingenii præ magnitudine imperii: vel per *modestiam* intelligunt etiam affectu animi ab omni ambitu et dominatione alienum, seu virtutem qua nihil nisi moderatum de se sentiat Tiberius: sed distinguendum puto; certe si spectes occasionem et tempora, si spectes initia Tiberii imperantis, si modum quo ascitus est ab Augusto, et arrepsit imperio privignus, et qui Cæsarem nulla affinitate contingeret; si

cem; se, in partem curarum ab illo vocatum experiendo didicisse, quam arduum, quam subjectum fortunæ regendi cuncta onus: proinde in civitate, tot illustribus viris subnixa, non ad unum omnia deferrent: plures facilius munia reipublicæ sociatis laboribus executuros.' Plus in oratione tali dignitatis quam fidei erat: Tiberioque etiam in rebus, quas non occuleret, seu natura, sive assuetudine, suspensa semper et obscura verba: tunc vero nitenti, ut sensus suos

gusti mentem tanto oneri parem; se in partem laborum ab illo ascitum, ipso usu percepisse, quam difficile, quam obnoxium casibus *sit* cuncta gubernandi pondus. Igitur in urbe tot nobilibus viris suffulta, non ad unum cuncta rejicerent; plures muncra publica facilius obituros, si curas miscerent. *Sed magis in speciem talia, quam ex vero promebat: et Tiberio etiam in iis rebus, quas non occultaret, varius semper et ambiguus sermo: sive innata indole, sive habitu et consuetudine. Tunc vero incumbenti ultro contendentique, ut sensa sua penitus oc-*

NOTÆ

spectes metum ex Senatu, ex Germanico, ex legionibus auxiliisque Germanicanis; si spectes modestiam qua imperavit Tiberius florente Germanico et vivente Livia; potest certe dici vera modestia tum se gessisse aut saltem modeste disseruisse in Senatu, quamvis in re, et in mente, et ex natura aut ingenio suo nequaquam modestus, immo superbus admodum esset: attamen initiis imperii vera et sincera modestia fuit. Quia cum retinebatur superbia, tum silebat sævitia illius; igitur ex natura et ingenio suo superbus Tiberius, at spe, metu, et ambitione retinendæ dominationis vere modestus fuit, et veram modestiam exhibuit. *Modestia* igitur si sumatur pro tenuitate et mediocritate virium comparata cum magnitudine imperii, si spectentur etiam metus et tempora, fuit haud dubie vera et sincera in Tiberio modestia, eo sensu. At si per *modestiam* veram virtutem intelligas, qua se vere imparem dominationi fateatur et existimet Tiberius, jam certe nulla fuit talis virtus in illo, aut fuit falsa et fictitia. Quasi vero se ab omni ambitu et imperandi cupidine alienum vere et ex animo approbet et judicet, qui jam ab exilio Rhodiano fatis se destinatum imperio auctore Thrasyllo putavit, qui Liviæ Augustæ filius, qui in domo principali perpetuo educatus, qui filiam Augusti duxerat uxorem, qui se Lucio et Caio Cæsaribus æquabat aut præferebat, qui tot bella difficilia confecerat novies in Germaniam missus ab Augusto, qui tot triumphis totque honoribus cumulatus, qui per tot annos totam imperii molem sustinuerat, qui tribuniciam potestatem jam per decennium exercuerat, qui jam Cæsar ab Augusto arrogatus erat, his adde insitam a natura superbiam, et summæ dissimulationis artem, quam ut sedem et arcem præcipuam virtutum suarum colebat observabatque Tiberius: etiam notari possit discrimen inter *modestiam* illam qua alienus esset ab imperandi cupidine, quam non habuit Tiberius, aut ficta certe fuit, et *modestiam* qua se gessit in imperio, postquam obtinuit, et hanc modestiam certe habuit et exhibuit Tiberius præsertim initio imperii. Tacit. l. IV. 'Rari per Italiam Cæsaris agri, modesta servitia.' Idem diu liberalis et a pecunia aliena abstinuit.

penitus abderet, in incertum et ambiguum magis implicabantur. At Patres, quibus unus metus, si intelligere viderentur,[u] in questus, lacrymas, vota effundi; ad Deos, ad effigiem Augusti,[v] ad genua ipsius manus tendere: cum proferri libellum[w] recitarique jussit. Opes publicæ continebantur:[1] quantum civium sociorumque in armis: quot classes, regna, provinciæ, tributa, aut[2] vectigalia, et necessitates ac largitiones:[x] quæ cuncta sua manu perscripserat

cultaret in dubium et obscurum magis involvebantur. At Senatores quibus unus pavor, si dissimulatiouem *illius deprehendere putarentur,* cœperunt *miscere questus, fletus, preces: ad numina, ad imaginem Augusti, ad genua Tiberii palmas tendere, cum afferri volumen legique præcepit.* Eo libro *inscriptæ erant opes Reipub., quot cives, quot auxiliares in exercitibus, quot classes, regna, provinciæ, tributa aut vectigalia, quot et quantæ ex necessitate vel liberalitate impensæ fierent. Quæ om-*

1 *Opes publicæ eo continebantur,* ni fallor. *Brotier.*—2 *et* vice *aut* Homer.

NOTÆ

[u] *Si intelligere viderentur*] Sic etiam Dio de Tiberio l. LVI. 'Nunc vero irascebatur, si quis ipsum intelligere videretur; et multos interfecit quibus nihil objicere poterat, quam quod ipsius mentem intellexissent; ita ut difficile esset nulla ipsius sensa intelligere, difficilius vero et periculosius esset ingenium ipsius perscrutari atque perrumpere.' Sic Tac. l. IV. de Agrippina matre Nerouis: 'Solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur.' et Hist. IV. de Domitiano: 'Intelligebantur artes; sed pars obsequii in eo, ne deprehenderentur.'

[v] *Ad effigiem Augusti*] Quæ effigies erat in ipsa curia. Apparet enim ex illis quæ infra de Hortensio: 'Modo Hortensii inter oratores sitam imaginem, modo Augusti intuens.'

[w] *Cum proferri libellum*] Libellum eum scilicet, quem Suetonius 'Rationarium Imperii' appellat, quia nempe illo rationes publicæ continebantur. Videbatur autem prolatione libelli flexus paulum Tiberius, et Imperium accepturus, cum curas susciperet: vocat idem Auctor etiam *Breviarium Imperii* cap. ult. Aug. 'De tribus voluminibus, uno, mandata de funere suo complexus est: altero, indicem rerum a se gestarum, quem vellet incidi in æneis tabulis, quæ ante Mausoleum statuerentur: tertio, Breviarium totius Imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniæ in ærario et fiscis et vectigaliorum residuis.' Ubi nota hunc indicem rerum Augusti illum eundem esse cujus exemplar Ancyræ positum. Nam titulus in ea tabula iste: 'Rerum gestarum Divi Augusti, quibus orbem terrarum imperio Populi Rom. subjecit, et impensarum, quas in Rempubl. Populumque Romanum fecit, incisarum in duabus aheuis pilis, quæ sunt Romæ positæ, exemplar subjectum.'

[x] *Necessitates et largitiones*] Necessitates vocat onera publica, quæ necessario in milites, in populum, alias-

Augustus: addideratque consilium coërcendi intra terminos imperii, incertum metu,[y] an per invidiam.[z]

12. Inter quæ Senatu ad infimas obtestationes procumbente, dixit forte Tiberius, ‘ se, ut non toti reipublicæ parem, ita, quæcunque pars sibi mandaretur, ejus tutelam suscepturum.’ Tum Asinius Gallus, ‘ Interrogo,’ inquit, ‘ Cæsar, quam partem reipublicæ[a] mandari tibi velis?’ Perculsus improvisa interrogatione, paulum reticuit: dein, collecto animo, respondit: ‘ Nequaquam decorum pudori suo, legere aliquid aut evitare ex eo, cui in universum excusari mallet.’ Rursum[1] Gallus, (etenim vultu offensionem

nia sua manu scripserat Augustus, quibus adjecerat consilium continendi intra limites imperii, dubium an formidine, an per æmulationem.

Interea patribus sese ad vilissimas preces abjicientibus, forte quadam *dixit Tiberius se ut non totius imperii capacem, ita quævis pars sibi traderetur, ejus curam capessiturum. Tum Asinius Gallus,* Peto a te, *inquit,* Cæsar, quam partem imperii tradi tibi cupias? *Subita percunctatione turbatus paululum siluit; mox cum ad se rediisset respondit:* Nullatenus honestum modestiæ suæ *fore* eligere aliquam partem aut remuere ejus rei a qua omnino se exemtum cuperet. *Ite-*

1 *Rursum,* quod auribus est gratius, pro vulg. *rursus* recepit Ruperti cum Wolf. e cod. Flor. et antiq. edd. *etenim* e *vultu* Tiberii, non satis iram sc. indignationem dissimilantis. Præpositiones sæpe omittit Tacitus. Iram vero Tiberii Gallus adulatione lenire conatur et ingeniosa arte. *Brotier. Rursus*

NOTÆ

que Imperii res eroganda. Sic et Livius l. XXIV. ‘ Prodeundum in concionem Fulvio esse, indicandasque populo publicas necessitates.’ Lampridius Alexandro: ‘ Quartarios jam formatos in moneta detinet, expectans ut si vectigal contrahere potuisset, eosdem ederet; sed cum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos jussit.’

[y] *Metu*] Metu quem pro ipsis habebat, ‘ ne studio plura quærendi, ante parta amitterent.’ Hanc rationem ab ipso Augusto datam in eo libello scripsit Dio.

[z] *Per invidiam*] Nempe ne quis successorum suorum latius imperaret; quod decus Trajano contigit, teste ipso Tacito infra.

[a] *Quam partem reipub.*] Teste Dione Tiberius fecerat tres Reipub. partes: prima Romam et Italiam complectebatur, altera exercitus, tertia provincias: et uni ex istis parem se aiebat, non omnibus. Sed valde suspecta mihi fides Græci scriptoris aut Tiberii, quasi vero dividendum Imperium censeret summæ gravitatis Princeps, omnium arcanorum dominationis pridem particeps, et in domo regnatrice semper educatus; nisi forte id egerit ea mente ut Senatui illudens, sic consilia procerum introspiceret. Nec certe vel per somnium dividi Respub. potuit, nisi iterum in arma, cædes et bella civilia iretur. Unum corpus imperii unius animo necessario regendum fuit; et pacis interfuit unum imperare.

conjectaverat,) ‘ non idcirco interrogatum,’ ait, ‘ ut dividerct, quæ separari nequirent; sed ut sua confessione argueretur, unum essc reipublicæ corpus, atque unius animo regendum ’ Addidit *laudem*[2] *de Augusto,* Tiberiumque ipsum victoriarum suarum, quæquc in toga per tot annos egregie fecisset, admonuit. Ncc ideo iram ejus lenivit, pridem invisus, tanquam ducta in matrimonium Vipsania, M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberii uxor fuerat, plus quam civilia agitaret,[b] Pollionisque Asinii patris ferociam[c] rctineret.

rum Gallus (quippe ex facie iram ejus conjecerat) Non ideo petiisse *illud, inquit,* ut separaret quæ dividi non poterant, sed ut suis ipse verbis convinceretur *fatercturque* unum esse corpus imperii, atque unius mente gubernandum. *Adjecit decus et commendationem de Augusto, atque ipsi Tiberio victorias suas, quæque in pace per tot annos eximie gessisset, proposuit memoraritque: ncc sic placavit ejus iracundiam jam dudum infestus, tanquam nuptiis Vipsaniæ, Marco Agrippa genitæ, et quæ olim Tiberii conjux fuerat, civilem modum egrederetur, et Pollionis Asinii parentis sui pervicacium conservaret.*

Gronov. et Ryckius.—2 Forte leg. *de laudibus Augusti* cum Mureto, vel *laudem Augusti* cum Wolf. qui tamen usum liberiorem partieulæ *de* sæpius a se notatum dieit in optimis seriptoribus—*in toga*, paee. *Brotier.*

NOTÆ

[b] *Plus quam civilia agitaret*] Id est, modum et æqualitatem civium, velut infra se, sperneret: ita ut se efferret supra eeteros cives ambitu, fastu, opibus, et imperandi libidine. Calpurn. Flaceus deelamat. VI. ‘ Seeleratis ingeniis et plusquam eivilia eapientibus non dominari, instar servitutis est.’ Æqualitas esse debet inter eives, et æquo jure frui omnes debent; at qui supra illam æqualitatem et supra illud jus eommune superbiam suam attollit, is dicitur ‘ plusquam civilia agitare,’ quod summum erimen fuit. Hoc de privato: nam prineeps etiam non *civilis ingenii*, tamen reprehendebatur.

[c] *Pollionisque Asinii patris ferociam*] Sie vocabatur in aula; quod submittentibus sesc inservientibusque aliis, paulo plus libertatis et juris sui retineret, qui, puero etiam tum privatoque Octavio, magnis legionibus imperitarat, dein adjutor partium se judicaret commeruisse, ut regni, cujus eondendi non leve momentum fuerat, particeps magis, quam *famul ultimus esset*, ut eanit Ennius. Nec dubito quin ferociam interpretati sint aulæ interioris ministri, quod Timagenem, cum Augustus desiisset, amare eœpit, et contubernalem habuit, postquam ei domo sua ille interdixerat, ut tradit Seneca de ira III. 23. quod Æsernini nepotis sui casum, qui in ludo Trojæ crus fregerat, in curia graviter invidioseque questus est, teste Suetonio c. 43. Omnis enim ea invidia in principem qui ludum ediderat, redundabat; quod bello Actiaco, cum tota Italia conjuraret pro Cæsare, unus quievit, et se diserimini subtraxit, et se prædam victoris fore præfatus, ut est apud Velleium II. 86.

13. Post quæ L. Arruntius, haud multum discrepans a Galli oratione, perinde offendit: quanquam Tiberio nulla vetus in Arruntium ira; sed divitem,[d] promtum, artibus egregiis, et pari fama publice, suspectabat. Quippe Augustus supremis sermonibus cum tractaret, quinam adipisci principem locum[e] suffecturi abnuerent, aut impares vellent, vel iidem possent cuperentque: ‘ M.[1] Lepidum’ dixerat[f]

Postea L. Arruntius haud longe dissentiens a Galli sermone, pariter iram commovit, quamvis Tiberio nulla prisca esset in Arruntium inimicitia, sed suspectum eum habebat, ut qui opulentus, strenuus, eximiis animi dotibus et pari existimatione in vulgus floreret. Nam Augustus postremis colloquiis cum dissereret, quinam nollent obtinere principatum pares futuri, aut quinam *incapaces cuperent, vel pares essent vellentque: dixerat Marcum Lepidum parem, sed spernentem; Gallum*

1 Ita editiones veteres et recentiores. Perperam emendaverat Lipsius,

NOTÆ

[d] *Arruntium divitem*] Est is qui consul anno urbis DCCXXII. Artes in eo doctrinamque suspicit. Non vane, quoniam ex Plinii indice l. III. et V. inter Scriptores censitus illustres fuit, et scripsit, ni fallor, Geographica.

[e] *Quinam adipisci principem locum*] Simile quid refert Dio in Adriani vita: ‘ Hunc vero Severianum imperio dignum censuerat Trajanus; cum enim aliquando inter epulas dixisset amicis, ut ipsi nominarent decem viros regendi imperii capaces, statim brevi mora interjecta, ‘ novem tantum,’ inquit, ‘ discere volo; jam enim unum, id est Severianum, habeo.’ ’

[f] *M. Lepidum dixerat*] Hunc *Manium* edidere Lipsius et Pichena. Duo enim Lepidi reperiuntur in historia Tiberii, de quibus anquirit Lipsius ad III 35. parum feliciter. M. Æmilius Lepidus, Æmilii Paulli Censoris cum Planco, anno U. C. 731. et Triumviri fratris, filius, L. Æmilii Paulli cum C. Claudio Marcello Consulis, anno 703. nepos, Consul cum L. Arruntio anno 758. monumentum avi Basilicam (quod et pater fecerat anno 740. teste Dione, et confirmat nummus apud Goltzium) recolnit anno 774. Tacit. Annal. III. 72. Legatus Tiberii in Dalmatia anno 761. et ornamenta triumphalia adeptus. Dio l. LVI. vir sapiens, Tacit. III. 20. Proconsul Africæ nominatus eodem lib. c. 35. mitiora censens in causa Lutorii III. 50. Velleio II. 114. proximus nomini et fortunæ Cæsarum. Nam mater ejus Cornelia, quam luget Propertius Elegia IV. 12. Cornelii Scipionis, qui Pompei socer fuit, et Scriboniæ, quæ postea Augusto nupta, filia. Et hic est, quem Augustus imperii capacem dixerat. Mors ejus traditur l. VI. 27. At M. Æmilius Lepidus Quinti, qui Corneliam Fausti Syllæ et Pompeiæ filiam uxorem habuit, et Consul fuit anno 732. filius Marci, an Manii nepos, consulatum gessit cum T. Statilio Tauro anno U. C. 763. Sororis Æmiliæ Lepidæ defensor Annal. III. 22. Asiæ Proconsul eodem lib. c. 32. et IV. 56. Hæc *Rupertus*.

' capacem, sed aspernantem; Gallum Asinium avidum, et[2] minorem; L. Arruntium non indignum, et, si casus daretur, ausurum.' De prioribus consentitur: pro Arruntio quidam Cn. Pisonem tradidere: omnesque, præter Lepidum, variis mox criminibus, struente[g] Tiberio, circumventi sunt. Etiam Q. Haterius et Mamercus Scaurus[h] suspicacem animum perstrinxere: Haterius, cum dixisset, ' Quousque patieris, Cæsar, non adesse caput[3] reipublicæ?' [i] Scaurus, quia

Asinium cupidum et imparem; L. Arruntium non inferiorem, et si se offerret occasio, susceptarum. De primis conveniunt auctores: nonnulli pro Arruntio Cneium Pisonem memoravere: cunctique excepto Lepido variis mox calumniis, adornante Tiberio oppressi sunt. Perinde Quintus Haterius et Marcus Scaurus suspectabundum hominem offendere. Haterius cum ait, Quousque tandem feres, o Cæsar, non esse Principem in Republica? *Scaurus quod dixisset spem inde esse, non*

Manium Lepidum.—2 In libris editis, *et minorem.* Pellicerius, Muretus emendabant, *sed minorem.* Ad sensum accommodate. Sed ex veteris scripturæ reliquiis verius, *at.* Sic *Homerus*, et *Brotier.*—3 Ita Rhenanus. Corrupte Ms. Flor. *adesse aput te reipublicæ.* Beroaldus, *apud te.* Frustra tentant alii, *non esse caput te*, vel *non esse apud te caput.* Aldus, *non adesse apud te rempublicam.* Brotier. *Caput te reip.* Gronov. *ut non* Gronov.—

NOTÆ

[g] *Struente*] Subornante iis accusatores Tiberio, diversorum criminum prætextu damnati, atque e medio sublati sunt.

[h] *Mamercus Scaurus*] Hic ut eloquentia clarus, ita turpis vita et probrosus fuit, ut meritissimo eum Tacitus l. III. ' opprobrium majorum' vocet. De ejus turpitudine qui cognoscere aliquid volet, legat Senecam de benef. IV. 31. Damnatus tandem quod famosos versus scripsisset in Tiberium, pœnam imminentem voluntaria morte prævenit. Tac. l. V.

[i] *Non adesse caput reipub.*] Sententia percommoda est: offensum Tiberium pro reliqua sua modestia, quod *caput Reipub.* nominaretur, qui tanquam veteri libertate unus vellet esse e multis. Nec absurde legeris e vulgatis *non esse caput te Reipublicæ?* Lips.

Non adesse caput] Alii aliter explicant, cur adeo excanduerit, quod vocaretur caput Reipub. alii offensum dicunt, quod sic videret detegi suas artes, quasi diceret Haterius. ' Quamdiu rogari te patieris ut imperes? jam diutius nos ludificaris tuis ambagibus.' Alii iratum dicunt, quod sic videretur abolere potestatem Senatus, (quod tum maxime cavere debuit,) qui unum et verum *caput imperii*, ut habet Tac. hist. I. 84. Alii, quia nolebat notescere Cæsarem caput esse Reipub. quippe ' ignota etiam tum Cæsarum potestate,' et quia diceret ipse ' principem Senatui servire oportere.' Et illud *quousque*, impatientiam aliquam, iram et contemtum præfert, quod nimiæ libertatis est. Ego puto forte invectum esse palam in Haterium, cui minus succensebat, ut sic facilius omitteret et dissimularet in aliud tempus Scaurum cui implacabilius irascebatur,

dixerat, ‘ spem esse ex eo, non irritas fore Senatus preces, quod relationi Consulum jure Tribuniciæ potestatis non intercessisset.’ [j] In Haterium statim invectus est; Scaurum, cui implacabilius irascebatur, silentio tramisit: fessusque clamore omnium, expostulatione singulorum, flexit paulatim, non ut fateretur suscipi a se imperium, sed ut negare et rogari desineret. Constat, Haterium,[k] cum deprecandi causa palatium introisset, ambulantisque Tiberii ge-

inutiles fore patrum obtestationes, quod non se opposuisset relationi consulum jure suo tunquam Tribunus plebis. Haterium statim acriter objurgavit, et silentio præteriit Scaurum, in quem acrius exardebat, et fatigatus clamore universorum, questu et efflagitatione singulorum, vertit sensim, non ut aperte diceret, capessere se principatum, sed ut cessaret recusare et flagituri. Certum est Haterium, cum excusandi se gratia Palatium ingressus esset, et ad pedes Tiberii incedentis procumberet,

NOTÆ

sed præcipua causa, ne odium patrum in se concitaret, quippe initio metuebat multa.

[j] *Quod relationi consulum jure tribuniciæ potestatis non intercessisset*] Illa dicacitas, seu cavillatio, acrius penetravit tale ingenium principis injurias altum recondentis. Aperte irridet illum Scaurus, quod jure Tribuniciæ potestatis non intercesserit rei quam vehementissime appetebat, nempe invadere dominationem, occupare Rempub. Certe potuit intercedere Tribunus jure sui Magistratus, seu opponere se relationi consulum, et impedire ne quid decerneretur in Senatu: præter hunc locum patet etiam ex l. XIV. 48. ‘Tum primum revocata ea lex (nempe Majestatis) credebatur, quæ haud perinde exitium Antistio quam Imperatori gloriam quæsivit, ut condemnatus a Senatu intercessione Tribunicia morti eximeretur.’ Nempe Principe intercedente Senatus consulto pro jure Tribuniciæ suæ potestatis. Et l. XVI. 28. ubi de Thraseæ morte: ‘Aderat consilio Rusticus Arulenus flagrans juvenis, et cupidine laudis offerebat se intercessurum Senatus consulto. Nam plebis Tribunus erat.’ Idem poterant et consules, indirecte tamen, cum referre abnuerent. Itaque potuit Tiberius, si voluisset sincere non dominari, intercedere jure suo Tribunicio, ne consules referrent de Imperio ipsi tribuendo. Igitur cum non intercederet Senatus consulto vere ludificabatur patres: quippe, legiones, arma, excubias, opes, ipsam Tribuniciam potestatem, qui summus gradus ad principatum fuit, denique omnem vim Imperii retinebat, dum de nomine et de modo cavillaretur in Senatu.

[k] *Constat, Haterium*] Intempestive fere deprecantur subditi tales culpas. Qui locus comparandus cum alio lib. XIII. 25. ubi de nocturna lasciva Neronis: ‘Julius quidam Montanus Senatorii Ordinis, sed qui nondum honorem capessisset, congressus forte per tenebras cum principe, quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum oraverat, quasi exprobrasset, mori adactus est.’

nua[4] advolveretur,[1] prope a militibus interfectum, quia Tiberius, casu an manibus ejus impeditus, prociderat: neque tamen periculo talis viri mitigatus est, donec Haterius Augustam oraret, ejusque[5] curatissimis[6] precibus protegeretur.

14. Multa Patrum et in Augustam adulatio. Alii *Parentem*, alii *Matrem patriæ* appellandam; plerique, ut nomini Cæsaris ascriberetur, *Juliæ filius*, censebant.[1] Ille, ‘moderandos fœminarum honores,’ dictitans, ‘eademque se temperantia usurum[m] in iis, quæ sibi tribuerentur:’ ceterum anxius invidia, et muliebre fastigium in deminutionem[2] sui accipiens, ne lictorem quidem[n] ei decerni passus est; aram-

fere a custodibus occisum, quod Tiberius vel forte, vel amplexu ejus implicitus, cecidisset: neque tamen tanti viri discrimine placatus est, donec Haterius Liviam rogaret, ejusque impensissimis obtestationibus defenderetur.

Plurima Senatus et in Liviam ipsam assentatio. Alii parentem, *alii* matrem patriæ *cognominandam decernebant: maxima pars ut vocabulo Cæsaris adjiceretur,* Juliæ filius. *Ille dictitans modum adhibendum mulierum honoribus, et pari se modestia gesturum in his quæ sibi deferrentur, ceterum animi æger præ livore, sic invidebat fœmineum decus, quasi suæ gloriæ detraheretur; et ne lictorem quidem ei*

4 Mallet illustr. Pellicerius, *genibus*. Nihil tamen mutaverim.—5 Sic optime Cujacius et Lipsius. Perperam in veteribus editionibus, *et usque*.—6 Sic Ms. Flor. Beroaldus, *acuratissimis*. Minutianus, *accuratissimis*.

1 Ponit comma post *censebant* Gronov.—2 Sic Ms. Flor. et passim scriptum, *deminuo*. Brotier.

NOTÆ

[1] *Genua advolveretur*] Certe de Haterio intelligendum est quod habet Suet. Tib. 27. ‘Adulationes adeo aversatus est, ut neminem Senatorum aut officii aut negotii causa ad lecticam suam admiserit: consularem vero satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem, ita suffugerit ut caderet supinus,’ &c. Nec puto, propterea præcise offensus Tiberius, quod fugiendo ipse cecidisset, sed quod Haterius ipsi in Senatu reluctatus esset. Nec tamen periculo tanti viri mitigatus est Tiberius, ut qui odia in longum reconderet.

[m] *Eadem se temperantia usurum*] Suet. Tib. 26. ‘Ex plurimis maximisque honoribus, præter paucos et modicos non recepit. Natalem suum plebeiis incurrentem Circensibus, vix unius bigæ adjectione honorari passus est. Templa, flamines, Sacerdotes decerni sibi prohibuit; etiam statuas, atque imagines, nisi permittente se, poni; permisitque, ea sola conditione, ne inter simulacra Deorum, sed inter ornamenta ædium ponerentur.’

[n] *Ne lictorem quidem*] Quo tamen vulgo fœminæ principes usæ, Vesta-

que adoptionis° et alia hujuscemodi prohibuit. At Germa-

tribui Senatus consulto permisit; et aram adoptionis, aliaque similia vetuit. At pro-

NOTÆ

lium exemplo. Claudii quidem Agrippina, etiam duobus. Tacitus, 'Decreti et a Senatu lictores duo, flaminium Claudiale.' *Lipsius.*

Lictorem] Qui Liviæ præiret, cum iret in publicum, et etiam turbam summoveret; atque intra domum etiam vocaret amicos ad salutandum, et ad alia officia principum is destinabatur. Id privilegio speciali principibus fœminis concessum, nam lictores proprie magistratuum tantum. Senec. 49. 'Non est quod feliciorem eum judices cui submovetur, quam quem lictor semita dejicit.' Plin. de Margaritis: 'Affectant jam et pauperes, lictorem fœminæ in publico unionem esse dictitantes.'

° *Aramque adoptionis*] Notus mihi mos Romanus, quo receptum ut propagandæ memoriæ causa, ara aut templum statueretur virtuti reique quam cuperent laudatam. Noster lib. III. 'Præceperant animis orationem patres, quo quæsitior adulatio fuit, nec tamen repertum, nisi ut effigies principum, aras Deum, templa et arcus, aliaque solita censerent.' Ita apud eundem, cum Tiberius publico judicio ultus esset Germanici mortem: 'Cæcina severus censuit aram ultioni.' Et ob amicitiam cum Sejano l. IV. 'Patres aram clementiæ, aram amicitiæ, effigiesque circum Cæsaris, et Sejani censuere.' Et l. XV. post natam ex Poppæa prolem, 'Supplicationes a Senatu decretæ et templum Fœcunditati.' Eodem trahe Suetonii illud in Caligula, cap. 8. præter interpretis mentem: 'Addit etiam pro argumento aras ibi ostendi inscriptas, ob Agrippinæ puerperium.' Errat idem ille dum censet, de Tiberii adoptione hic agi: cum Tacitus intelligat de Livia. Nam Livia testamento adoptata in familiam Juliam nomenque Augustæ: et novo exemplo, conjux facta filia mariti. Ideo dum Liviæ adulantur, decreta ara *Adoptioni.* Passim in lapidibus et nummis *Divi filia*, lege.

Aramque adoptionis, &c. prohibuit] Vix puto id debere intelligi tantum de adoptione Liviæ, pridem enim is honor obsoleverat: et longe recentior majorisque momenti adoptio Tiberii. Forte indistincte de utraque adoptione intelligi possit ista hæc ara, vix enim separari potuit adulatio matris ab adulatione in filium. Nec potuit augeri decus unius, quin simul et augeretur alterius. Et utriusque adoptionis aram quæ unica seu utriusque monumentum unum fuisset, prohibuit Tiberius variis de causis: adoptionis Liviæ, ut sic impotentiam muliebrem frangeret, et adoptionis propriæ, ne simul insculperetur adoptio Germanici, ne illius decus augeret, cui infensissimus erat, et cujus exitium jam tum meditabatur. De adoptione propria maxime vitavit Tiberius Tac. c. 7. Nam 'dabat et famæ, ut vocatus electusque potius a Repub. videretur, quam per uxorium ambitum, et senili adoptione irrepsisse;' at agitur tantum ibi de honoribus Liviæ. Sed certe summum decus Liviæ fuit adoptio Tiberii, et ipse ingenio tristis et honorum pridem plenus aut fessus, talia decora facile aspernabatur. Is speciem et inania contemnens vim imperii retinebat.

nico Cæsari proconsulare imperium[p] petivit: missique legati, qui deferrent, simul mœstitiam ejus ob excessum Augusti solarentur. Quo minus idem pro Druso[q] postularetur, ea causa, quod designatus Consul Drusus præsensque erat.[r] Candidatos præturæ duodecim nominavit, numerum ab Augusto traditum: et, hortante Senatu, ut augeret, jurejurando obstrinxit se, non excessurum.

15. Tum primum e Campo comitia ad Patres translata

consularem potestatem Germanico Cæsari postulavit, missique Oratores qui id ei renuntiarent, simulque mœrorem ejus ob mortem Augusti consolarentur. Cur non peteretur eadem potestas pro Druso in causa fuit, *quod destinatus consul Drusus et præsens* in urbe *esset. Duodecim Prætura candidatos elegit, qui numerus ab Augusto usurpatus* fuerat, *et cum suaderent Patres ut* numerum *amplificaret,* interposito *jurejurando affirmavit se non egressurum.*

Tum primum comitia translata sunt e campo Martis in Curiam. Quippe ad id

NOTÆ

[p] *Proconsulare imperium*] Num ante habebat? nam Dio diserte proconsulare imperium illi tribuit anno DCCLXIV. id est triennio ante, l. LX. 'Tiberius et Germanicus proconsul, in Celticam invasiones fecerunt.' Sed intelligit, credo, proconsulare imperium perpetuum: quod inter titulos principatus. In oratione Alexandri apud Lampridium. 'Gratias vobis P. C. de Cæsareo nomine, de Pontificatu max. de Trib. potestate, et proconsulari imperio, quæ omnia novo exemplo, uno die in me contulistis.' Ab eadem mente Nero l. XII. curante Agrippina, 'Proconsulare imperium extra urbem habet, et princeps juventutis appellatur.' Exemplum ab Augusto, cui decretum perpetuum proconsulare imperium Dio tradit l. LIII.

Proconsulare imperium] Perpetuum scilicet, quod primum Augusto datum est, post recitatum in Senatu testamentum Cæsaris, decretumque ne urbis introitu deponeret, neque renovatione indigeret, majorque ei data potestas in Provinciis, quam ceteris Proconsulibus. Dio LIV. At Nero sub Claudio adeptus est proconsulatum, sed ita ut ingressu urbis illum deponeret, quemadmodum et Drusus Tiberii filius et haud dubie Germanicus: at Augustus in urbe, et extra urbem hanc (sic fere Dio LV.) potestatem habuit.

[q] *Pro Druso*] Pro Druso filio suo nec *proconsulare Imperium* petivit, quia Drusus Cos. designatus, atque ita mox ordinariam potestatem habiturus erat, nec *legatos*, quia præsens erat. *Freinsh.*

[r] *Præsensque erat*] Fallitur *Freinshemius*, cum dicit non ideo missos legatos Druso, quia præsens Romæ erat: non sic nugatur Tacitus. Ideo dicit non eadem decora decreta esse Druso, *Proconsulatum* nempe, duabus de causis, et quia *designatus consul Drusus*, et quia præsens aderat; non enim Consuli designato datur proconsulatus, quod est imperium extraordinarium, quia jam jam initurus et habiturus est potestatem ordinariam. Nec datur etiam proconsulatus præsenti in urbe, sed tantum absenti; idcoque Germanico datur, non Druso.

sunt. Nam ad eam diem, etsi potissima arbitrio principis, quædam tamen studiis tribuum fiebant: neque populus ademtum jus questus est, nisi inani rumore: et Senatus, largitionibus ac precibus sordidis exsolutus, libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quam quatuor candidatos commendaret, sine repulsa et ambitu designandos.[s] Inter quæ Tribuni plebei[1] petivere, ut proprio sumtu ederent ludos, qui de nomine Augusti,[t] fastis additi, Augustales vocarentur:[u] sed decreta pecunia ex ærario, utque per Circum[v] triumphali

tempus quamvis præcipuæ res voluntate Imperatoris, nonnullæ tamen favore et suffragiis Tribuum agebantur. Neque Populus ablatum sibi jus doluit, nisi vano murmure; et Patres donis atque indecoro ambitu exemti, sponte id accepere; temperante Tiberio, ne plures commendaret Senatui quam quatuor candidatos, ita eligendos, ut neque repulsam paterentur, neque suffragia ambirent. Interea Tribuni Plebis postulavere, ut propria pecunia celebrarent ludos, qui de vocabulo Augusti fastis ascripti Augustales appellarentur. Sed sumtus constitutus ex pecunia publica, de-

1 *Plebeii* Homer.

NOTÆ

[s] *Ambitu designandos*] Id est, ut nec opus quidem haberent in Senatu ambire: sufficeretque sola Principis commendatio.

[t] *Ludos, qui de nomine Augusti*] Verum est. Nam et in Kalend. veteri hodieque legimus, IV. id. Octob. August. id est *Augustalia*. Eorum ludorum originem reperio, anno DCCXXXV. Cum ex Græciensi et Sicula peregrinatione redux Augustus, passus est inter alios honores, 'Fortunæ reduci aram sacrari, et diem qua redierat in fastis scribi et Augustalia dici.' Dio. Ludique eo die ex decreto Senatus instituti, octennio posterius, Ælio Tuberone, Paullo Fabio Coss. Idem Scriptor: 'Augustalia, quæ et nunc celebrantur, tunc primum ex Senatusconsulto acta sunt.' Scies tamen et alios ludos fuisse, die natali Augusti, qui pariter celebrabantur in Circo, notatos Fastis IX. Kalend. Octob. H. D. AVGVSTI NATALIS LVD. CIRC. Quorum mentio est Dioni in actis anni DCCXLIII. Et Suetonio, nisi fallor, c. 57. 'Equites Romani natalem ejus sponte atque consensu biduo semper celebrarunt.' Sed eos cave cum Augustalibus confundas. *Lipsius.*

[u] *Augustales vocarentur*] Hoc non habet hanc significationem, ut ex eo demum tempore fastis adderentur, et nomen id acciperent; sicuti perperam exponunt omnes, sed pro *vocantur* est positum. Sic igitur Tribunorum fuit petitio: 'rogamus ut liceat nobis edere ludos, qui fastis additi,' (jampridem, quartum nempe atque vigesimum annum: Dionem lib. LIV. vide) 'Augustales vocantur.'

[v] *Utque per Circum*] Tribuni mortuo Augusto, præfecti his ludis, ait Dio, quasi sacri: ut id quoque cederet honori Augusti. Ludi autem ipsi Circenses, id est Curules, si forte venatio. Quod vestem triumphalem petunt Tribuni, faciunt ad exemplum Consulum et Prætorum, quibus in Circo ludos præbentibus jus togæ pictæ. Juvenalis. 'Similisque triumpho Prædo caballorum Prætor sedet.' Quo versu hæsi aliquando, num lege-

veste uterentur;[2] curru vehi[w] haud permissum. Mox celebratio annua[3] ad Prætorem[x] translata, cui inter cives et peregrinos jurisdictio evenisset.

16. Hic rerum urbanarum status erat, cum Pannonicas legiones seditio incessit; nullis novis causis, nisi quod mutatus princeps licentiam turbarum, et ex civili bello spem præmiorum[y] ostendebat. Castris æstivis tres simul legio-

cretumque ut per Circum triumphali toga iudueventur; curru deferri prohibitum est. Dein editio ludorum *annua collata in prætorem est, cui inter cives et inquilinos judicandi potestas obtigisset.*

Sic in urbe se res habebant, cum Pannonicos exercitus intravit discordia: nullis novis incitamentis, nisi quod novus Imperator facultatem turbandi, et ex armis civilibus prædæ spem ostentaret. Erant simul in castris æstivis tres legiones, qui-

2 Existimat Cl. Ernestus transponenda verba, et emendandum: *utque triumphali veste uterentur. Per circum curru vehi haud permissum.* Minime probaverim: scriptor adulteraretur.—3 In Ms. Flor. *annum ad prætorem. Annua* emendarunt plurimi. Ad veterem scripturam propius accedit, *annuum*, Beroaldo, Aldo, Ernesto probatum.

NOTÆ

rem, præda: quia magna scilicet pecuniæ vis effundenda Prætori in aurigas et equos, iisque ipse quasi præda. Idem alibi, 'Et medio sublimem in pulvere Circi In tunica Jovis, et pictæ Sarrana ferentem Ex humeris aulæa togæ.' Nec alius sententiæ illud Cornelii nostri l. XII. 'Ludicro Circensium Britannicus in prætexta, Nero triumphalium veste transvecti sunt.' Ut dicam in loco. Sic Lipsius.

[w] *Curru vehi*] Petebant Tribuni ut ludos *Augustales* suo sumtu celebrarent, et consequenter fruerentur honoribus, qui debentur talia celebrantibus. Permissum est ipsis celebrare hos ludos *Augustales*, sed non suo sumtu; permissum ipsis *veste triumphali uti*, sed non *curru vehi;* sic res media quadam via decisa est. Certe vehebantur curru per Circum consules et Prætores: sed ne idem liceret Tribunis Plebis, vetuit Senatus, vetuit Princeps, ne summæ potestati æquarentur. Nec olim ipsi Prætores curru per Circum vehebantur. *Veste uterentur.* Hæc locutio usitata bonis Auctoribus Latinis. Sic et Dio ipse, qui id sumsit atque invertit ex Tacito de iisdem his Tribunis loquens: Τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐπινικίῳ ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ ἐχρήσαντο, οὐ μέντοι καὶ τοῦ ἅρματος ἐπέβησαν: *Tribuni veste triumphali per Circum usi, non tamen curru vecti sunt.*

[x] *Celebratio annua ad Prætorem*] Puto, vetere Repub. celebratio ludorum pertinuit ad Magistratus tantum, ad Consules, ad Prætorem, ad Ædiles Curules, ad Ædiles plebis, ad Tribunos Plebis, sed sub Principibus, ut sub Augusto, quatuor Collegia Sacerdotum celebravere ludos Actiacos. Dio l. LV. sub Nerone 13. au. 'Cura ludorum Arruntio Stellæ.' Etiam libertinis mandata ea cura Plin. XXXVII. 3. 'Ut Julianus curator Gladiatorii ludi Neronis.' Etiam Vatinii et talia aulæ flagitia id ausi postea. *Aurelius.*

[y] *Ex civili bello spem præmiorum*] Iisdem incitamentis ad arma ibant, miles spe majoris prædæ, quia bello civili plus licebat militi quam duci. Ipsi duces spe majorum præmiorum seu honorum alliciebantur. Et tunc

nes[z] habebantur, præsidente Junio Blæso: qui, fine Augusti et initiis Tiberii auditis, ob justitium[a] aut gaudium[b] intermiserat solita munia. Eo principio lascivire miles, discordare, pessimi cujusque sermonibus præbere aures, denique luxum et otium cupere, disciplinam et laborem aspernari. Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum,[c]

bus præerat Junius Blæsus, qui nuntiato exitu Augusti et novo principatu Tiberii, ob mœrorem aut lætitiam, interruperat consuetas belli curas. Eo initio licenter agere miles, seditionem agitare, deterrimi cujusque verbis aures accommodare, postremo luxuriam et quietem optare, severitatem et belli munia spernere. Versabatur in castris Percennius quidam, princeps olim et signifer fautorum plausorumque

NOTÆ

præda et *præmia* pro eodem sunt: duces tamen occultius, quam caligæ.

[z] *Tres simul legiones*] Octava, nona, et quintadecima.

[a] *Justitium aut gaudium*] Justitium ob mortem Augusti indictum, et publicus dolor et cessatio: gaudium ob initia Tiberii, et tunc quoque feriæ in natali imperii.

[b] *Aut gaudium*] Rem ita habere puto, ob mortem Principis *justitium* indici solitum erat. C. Cæsar indixit etiam in morte sororis. Sueton. c. 24. Ibi igitur publicæ functiones intermittebantur per mœrorem. Rursus ob novum Principem feriæ celebrabantur, tanquam ex publica lætitia: quod hic signatur per vocem *gaudium*, quam qui Blæso accommodant, ut propriam, falluntur. Utraque hæc causa, alia succedens alii, effecit, ut Blæsus intermitteret *solita munia*. Hoc est, ut ab exercitu ea non exigeret, sed ferias otiumque concederet.

[c] *Dux olim theatralium operarum*] In Theatro, sicut in Circo, suæ partes et factiones: distracto videlicet favore plebis in hunc histrionem, et in illum. Eæ non raro in tumultum exibant, immo pugnam, immo et cædem. Dux his factionibus et signifer levissimus quisque e plebe: cui lingua manusque ad injurias et contumelias promtæ. Ab uno exemplo discerem totam, apud Suetonium Nerone, c. 26. ‘ Interdiu quoque clam gestatoria sella delatus in Theatrum, seditionibus Pantomimorum ex parte Proscenii superiore, signifer simul ac spectator aderat. Et cum ad manus ventum esset, lapidibusque et subselliorum fragminibus decerneretur, multa et ipse jecit in populum, atque etiam Prætoris caput consauciavit.’ *Operæ* autem *theatrales* Tacito; ut Ciceroni, *operæ Clodianæ*: et in lapide prisco, OPERÆ VETERES A SCENA.

Operæ theatrales] Sunt in spectationibus, qui plaudebant ipsi primi, et fautores plausoresque histrionibus comparabant. Hi sunt, quos Plautus egregie describit in prologo Amphitruonis: ‘ Conquisitores singuli in subsellia Eant per totam caveam, spectatoribus. Si cui fautores delegatos viderint, Ut his in cavea pignus capiantur togæ. Sive qui ambissent palmam histrionibus, Seu cuiquam artifici, seu per scriptas literas, Seu qui ipsi ambissent, seu per internuntium.’ Habes omnem operam, quam præstabant hæ operæ. Eodem pertinet infra: ‘ Conquisitores fierent histrionibus, Qui sibi mandassent, delegati ut plaudcrent, Quive, quo placeret alter, fecissent minus.’ Ni-

dein gregarius miles, procax lingua, et miscere cœtus histrionali studio[d] doctus. Is imperitos animos,[e] et, quænam post Augustum militiæ conditio, ambigentes, impellere paulatim nocturnis colloquiis, aut flexo in vesperam die, et, dilapsis melioribus, deterrimum quemque congregare. Postremo, promtis jam et aliis seditionis ministris, velut concionabundus interrogabat:

17. ‘Cur paucis centurionibus, paucioribus tribunis, in modum servorum obedirent? quando ausuros exposcere remedia, nisi novum et nutantem adhuc principem precibus vel armis adirent? satis per tot annos ignavia peccatum, quod tricena aut quadragena[f] stipendia senes, et plerique truncato ex vulneribus corpore, tolerent: ne dimissis quidem finem esse militiæ, sed apud vexillum retentos,[g] alio vocabulo[h]

histrionicorum; dein plebeius miles, petulans verbis, et turbare plebem mimico favore peritus. Ille rudes animos, et dubitantes quænam post Augustum sors militantium foret, cœpit concitare sensim nocturnis sermonibus, aut inclinato jam die, et pessimum quemque convocare; cum meliores se in contubernia sua recepissent. Demum paratis jam et aliis discordiæ fautoribus, tanquam pro concione percunctabatur.

Quærebat cur obsequerentur veluti mancipia paucis centurionibus et paucioribus tribunis? quando ausuros efflagitare solatia, nisi recentem et trepidantem adhuc Imperatorem supplices convenirent, vel armati aggrederentur? satis se tanto tempore per socordiam deliquisse, quod per triginta aut quadraginta annos mereant senes, et plerique mulcato ex plagis corpore, ne exauctoratis quidem exitum esse belli, sed sub vexillo haberi, et alio nomine

NOTÆ

mirum ‘operæ theatrales’ sunt ‘fautores delegati.’

[d] *Histrionali studio*] Studio quod solitus erat præstare histrionibus in comparandis, augendis, et incitandis factionibus plausorum.

[e] *Is imperitos animos*] Agric. c. 9. ‘Credunt plerique militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia Castrensis jurisdictio secura et obtusior,’ &c. Sunt imperiti isti non modo quia *milites*, sed quia gregarii illi, e vulgo orti isti caligæ et e fæce plebis.

[f] *Tricena aut quadragena*] Atqui vicena ex lege debebant tantum: et tunc *veterani* dicebantur. Suidas: ‘Veteranus Romanis dicitur, qui solutus est militia: in vigesimum autem annum solent merere.’ Quod verum est: sed sub principibus, ut hic dicitur, parum servatum.

[g] *Apud vexillum retentos*] Apud antiquos simplex et una honesta missio: ab Augusti ævo facta duplex, exauctoratio et missio. Tacitus auctor sic distinguendi, infra: ‘Placitum ut epistolæ nomine principis scriberentur, missionem dari vicena stipendia meritis; exauctorari qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo, ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis.’ Exauctorationis ea vis, ut (exempli causa) legio aliqua sacramento solveretur, signis aquilaque ademtis, non tamen dimitteretur

eosdem labores perferre: ac si quis tot casus vita superaverit, trahi adhuc diversas in terras, ubi, per nomen agrorum, uligines paludum vel inculta[i] montium accipiant. Enimvero militiam ipsam gravem, infructuosam: denis in diem assibus animam et corpus æstimari:[j] hinc vestem, arma,[k] ten-

eadem subire munia; ac si quis diu vivendo evaserit tot discrimina, transferri etiam tum in regiones longinquas, ubi prædiorum vocabulo, assumant eluviem stagnorum, vel aspera montium. Certe bellum ipsum molestum, sterile, et pro denis in singulos dies assibus spiritum vitamque impendi. Hinc comparari

NOTÆ

protinus, sed seorsum in exercitu ageret sub uno aliquo vexillo, donec præmia solverentur et agri. Interea immunis a labore, excubiis, vigiliis, et munere omni castrensi esset: excepta pugna in hostem. At plenæ missionis effectus, ut statim ab exercitu castrisque domum aut in colonias irent præmiis acceptis.' Cui bono hoc inventum? inquies. Bono fisci. Suetonius in Tiberio, c. 48. 'Atque etiam missiones veteranorum rarissimas fecit, ex senio mortem ex morte compendium captans.' Præmia enim, de quibus mox dicam, mortuis non debebantur: sicut nec cum causa missis ante stipendia completa. Ideo Caligula, Suetonio narrante, c. 44. 'in exercitu recensendo plerisque centurionum maturis jam, et nonnullis ante paucissimos, quam consummaturi essent, dies, primos pilos ademit, caussatus senium cujusque et imbecillitatem.' Capis ergo nunc cur hic de tricenis quadragenisque stipendiis querela: et infra totiens mentio retentionis apud vexillum, fons Pannonicæ et Germanicæ seditionis.

[h] *Alio vocabulo*] Quomodo? *veterani* enim proprie dicebantur, non *legionarii*. Ita l. III. 'Vexillum veteranorum, non plus quingenti.' Histor. l. III. 'Ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora, cum ceteris prætoriis cohortibus veterani a prætorio, classicorum ingens numerus.' Nam et prætoriani post XVI. annum habebantur sub vexillo, dicti etiam Emeriti. Glossæ priscæ, *emeritus ἀπολειτουργήσας ἢ ἀποστρατευσάμενος*, vel *ἔντιμος κατὰ τοὺς στρατιωτικοὺς καμάτους*. Significat *immunes* eos fuisse, et operum vacuos. Falsum quod addit hoc loco Lipsius, *veteranos* seu *emeritos* illos dictos fuisse *vexillarios*. Nam *vexillarii* neque *emeriti* neque *immunes* operum, veterani sub *vexillo* habiti, nec tamen *vexillarii* erant proprie. Alia militia fuit ut mox videbimus. Et certe quomodo *veterani* illi forent *vexillarii* talis legionis, qui jam a legione omni separati in perpetuum erant?

[i] *Uligines paludum vel inculta*] Id quidem contra leges militares. Nam in Flacco Siculo lego, 'sylvas et loca aspera in assignationem non venisse, si quid amari vel incerti soli esset, id assignatione non datum: sed militi veteranoque culturam assignatam.' Querela autem consimilis apud Sallustianum Lepidum: 'Egregia scilicet mercede, cum relegati in paludes, ac sylvas, contumeliam atque invidiam suam, præmia penes alios intelligent.' Illudit enim atque imminuit Syllanas agrorum divisiones, quod pleraque palustria assignata militibus aut inculta.

[j] *Denis in diem assibus animam et corpus æstimari*] Et forte fuerunt aliqui primo fervore tumultus, qui cla-

toria, hinc sævitiam centurionum et vacationes munerum[1] redimi. At hercule verbera et vulnera, duram hyemem, ex-

tegmen, arma, tabernacula, hinc centurionum immanitatem et vacationes munerum persolvi: at certe plagas, vulnera, atrocem hyemem, laboriosas

NOTÆ

marent æquari omnes oportere; plures ad spem profici putarunt, si dimidio contenti essent, et sic omnium nomine in postulatis ad principem editum. Hoc secutus est Tacitus ornatius rem narrans; illud Suetonius verbo periculum ex insolentia militum perstringens. Recte vero Ponzani comes: cum decem asses æreos haberent, exposcebant denarium argenteum, qui tunc sedecim assibus permutabatur. Decem illi asses nostræ pecuniæ sunt *quatuor oboli* aut *stuferi*, minus *duobus chalcis* aut *deutis*: sive malis, *tres stuferi* et *albus* vel *blanca*. Hæc Julii Cæsaris largitio. Antea et quidem a bello Punico secundo quinque asses merebant diurnos, id est, nostros quindecim chalcos sive æreolos: nisi ipsos sedecim, hoc est, duos stuferos aut obolos, quos tribuit eis Polybius, et deni asses rotunde dicuntur pro denis assibus duobus trientibus. Sed de his vide, quæ diximus pecuniæ veteris l. III. *Gronov.*

[1] *Hinc vestem, arma*] Vides ergo, aucto a Julio vel ab Augusto stipendio abrogatam illam Gracchi legem, qua militi e publico vestem dari jussit, sine ulla stipendii detractione. Ambigas tamen an secuti principes iterum non reduxerint Gracchi hac parte legem. Lampridius certe in Alexandro, 'donavit,' inquit, 'et ocreas et braccas, et calciamenta inter vestimenta militaria.' Et post in persona principis: 'Qui acceptam a provincialibus annonam, qui vestem, qui stipendia vobis attribuit.'

[1] *Vacationes munerum*] De quibus Tac. hist. I. 46. 'flagitatum, ut vacationes, præstari centurionibus solitæ, remitterentur: namque gregarius miles, ut tributum annuum, pendebat. Quarta pars manipuli sparsa per commeatus, aut in ipsis castris vaga, dum mercedem centurioni exsolveret; neque modum oneris quisquam, neque genus quæstus pensi habebat: per latrocinia et raptus, aut servilibus ministeriis militare otium redimebant,' &c. 'Sed Otho, ne vulgi largitione centurionum animos averteret, ex fisco suo vacationes annuas exsoluturum promisit: rem haud dubie utilem, et a bonis postea principibus perpetuitate disciplinæ firmatam.' Hoc spectat etiam quod habet Vegetius l. II. 19. 'Quotidianas etiam in pace vigilias, item excubitum, sive angarias, de omnibus centuriis et contuberniis, ut vicissim milites faciunt, ne quis contra justitiam pregravetur, aut alicui præstetur immunitas: nomina eorum qui vices suas fecerunt, brevibus inserunntur.' (Nam sic lego.) 'Quando quis commeatum acceperit, vel quot dierum, annotatur in brevibus. Tunc enim difficile commeatus dabatur, nisi causis justissimis approbatis. Nec aliquibus milites instituti deputabantur obsequiis, nec privata iisdem negotia mandabantur.' (Hoc, puto, reprehendit Tacitus, cum dicit, 'servilibus ministeriis militare otium' redemisse, cum nempe talia ministeria Tribunis, Centurionibus, aut etiam aliis exhiberent, sic 'vacationes munerum' castrensium obtinebant vel emebant.) 'Siquidem incongruum videbatur imperatoris militem, qui veste et annona publica pascebatur, utilitatibus vacare privatis. Ad obsequia tamen judicum vel

ercitas æstates, bellum atrox aut sterilem pacem sempiterna: nec aliud levamentum, quam si certis sub legibus militia iniretur: ut singulos denarios mererent; sextusdecimus stipendii annus finem afferret; nec ultra sub vexillis tenerentur, sed iisdem in castris[m] præmium pecunia solveretur.[n] An

æstates, gravem militiam, aut infructuosam pacem æterna esse. Nec aliud remedium, nisi certis conditionibus stipendia facerent, nempe ut quolibet die denarium acciperent, sextus decimus militiæ annus belli finis esset, et ne ultra sub signis retinerentur, sed in iisdem castris pecunia *emeritæ militiæ* præmium numeraretur. An plura adire discrimina prætorianum militem,

NOTÆ

Tribunorum, nec non etiam principalium deputabantur milites, qui vocantur *Accensi*, hoc est postea additi, quam fuisset legio completa, quos nunc supernumerarios vocant.' (*Accensi* sunt qui sequebantur exercitum, ut in locum sauciorum et mortuorum supplerentur substituerenturque.) 'Fascicularia tamen, id est lignum, fœnum, aquam, stramen etiam legitimi milites in castra portabant. Munifices enim ab eo appellantur, quod hæc munia faciant.' Ex quo loco patet vices munerum militarium, ex æquo divisas inter militem, præsertim ex quo *vacationes* centurionibus ex fisco principis persolutæ sunt. Ipsas etiam 'vacationes munerum' fuisse etiam æqualiter distributas, 'ne quis prægravaretur.' Proptereaque *brevibus* etiam inscriptas et vices et vacationes illas. Cur enim potius isti concedatur vacatio munerum, nisi forte aliquando, et raro urgente necessitate, et gravissimis causis approbatis? sic enim vacans et vagus miles iste, socors et ignavus redibit in manipulum, alter vero fessus et exhaustus labore sævitiaque nimia fatigabitur. Patet etiam fuisse aliquod discrimen inter 'vacationes' istas et 'commeatum;' nam qui vacationem habuit miles in 'castris ipsis vagus,' aut certe non procul, at vero qui 'commeatum' obtinuerat, potuit abesse procul a castris et signis, et ad certum numerum dierum. At vacabat miles tantum, ut puto, ad hunc diem, aut forte ad aliquot horas diei, et quamvis *vacatio* illa vocetur etiam Tacito 'commeatus,' tamen aliquod in re discrimen fuit. Patet etiam verum et legionarium militem 'nulla ministeria privata' ulli, neque vel sibimet exhibuisse, neque etiam 'servilia,' nisi in usum publicum et castrorum venirent.

[m] *Iisdem in castris*] Nec præmii loco agros, sed numeratam pecuniam consequamur, quæ solvatur nobis antequam e castris ubi meruerimus, excedamus.

[n] *Præmium pecunia solveretur*] Suetonius id quoque ab Augusto esse ostendit, sed obscurius, c. 49. 'Quicquid ubique militum esset, ad certam stipendiorum præmiorumque formulam astrinxit: definitis pro gradu cujusque, et temporibus militiæ et commodis missionum; ne aut ætate aut inopia post missionem solicitari ad res novas posset.' Nam commoda missionum hanc pecuniam accipit. Sed clarissime Dio l. LV. 'Summa etiam præmii expressa: cum milites præmiorum tenuitatem, ob bella tunc exorta, ægre ferrent, nec facile quisquam extra definitum militiæ tempus arma sumere vellet; decretum est, ut prætorianis quinque millia drach-

prætorias[1] cohortes,[o] quæ binos denarios[p] acciperent,[2] quæ post sedecim[3] annos penatibus suis reddantur, plus periculorum suscipere? Non obtrectari a se urbanas excubias:

cui duo denarii persolvuntur, cui post sexdecim stipendia se recipere ad lares suos licet? non invidere se cohortibus præsidia in urbe agitantibus, *id tamen*

1 Cujacius passim emendabat, *prætorianas*. At in inscriptionibus sæpe memorantur PRÆTORIÆ COHORTES. Vide Gruterum, p. 563. n. 11.—2 Ita Lipsius et recentiores. In veteribus editionibus, *acceperint*.—3 *Sexdecim* vice *sedecim*, et passim Ryckius et Homer.

NOTÆ

marum, postquam sedecim annos; reliquis tria millia darentur, postquam viginti militassent.

[o] *An prætorias cohortes*] Teste Dione l. LIV. Primum prætoriani habuere missionem a XII. annis, ceteri milites a XVI. postea prætoriani missi post XVI. annos, ceteri post XX. Dio l. LV. decreta sunt prætorianis postquam annos XVI. meruissent, viritim vicena millia nummorum, reliquis post militiam XX. annorum duodena. *Aurelius*. Prætoriani delecti eximii statura, robore et militia conspicui, ex maxima parte *evocati* erant, ita ut illa militia urbana esset veluti præmium emeritæ militiæ, nisi forte aliquando gratia seu favor præfectorum in delectu prævaleret.

[p] *Quæ binos denarios*] Bini denarii decreti a Senatu prætorianis, in honorem Augusti; ut scilicet fidelem gererent ejus curam, in salute cujus salus publica nixa. Id accidit in VII. ejus consulatu. Si tamen Dionis verba vera, non binos denarios meriti prætoriani: sed tantum XX. asses. Nam ait, 'effecerunt ut statueretur custodibus' (Augusti nempe) 'stipendium duplum illius, quod aliis militibus persolvebatur.' Si, inquam, duplum quod ceteris militibus, datum prætorianis, constat invidiosam orationem esse nebulonis Percenii de duobus denariis, et augendæ rei. Quantum enim intersit, docui ante. At exemplum hoc stipendii prætorianis augendi, sumtum a militia veteri: apud quos prætoria cohors sesquiplum accipiebat, honoris causa. Vide Festum in *prætoria cohors*.

Vir doctus, in re nummaria nuper emendari censuit, *quæ bis denos acciperent:* nam constat ex Dione, inquit, accepisse eos saltem duplum quam alii milites: nec id plus fecerit, quam vicenos asses. Denarium autem duorum æstimatio amplior. Intelligo: vellem et ipse ea quæ in hanc rem satis scripsi. Quis nostrum exigit ista rigide ad veri lanceum? *Binos denarios?* sic definitus, sed solutus nunquam, nisi æstimatione infima et prisca: eadem igitur fide et pretio duos denarios cepere prætoriani. Quos quod diserte tamen exprimit Percennius, quis miretur? in seditione id facit, et ad animos scilicet vero an falso inflammandos. *Lipsius.*

Quæ binos denarios] Potest defendi binos denarios obtinuisse prætorias cohortes, ut quibus nempe Augusti constitutio binos denarios dederit: quibus Senatus in honorem Augusti binos denarios stipendium statuerit. Fuisse autem hoc prætorianorum stipendium, nec per invidiam, ultra quam erat, augeri, probabili conjectura ex testamentis Augusti et Tiberii eruimus primi dicto c. 2. l. III. pecu-

sibi tamen apud horridas gentes e contuberniis hostem aspici.'

18. Astrepebat vulgus, diversis incitamentis :[q] hi verberum notas, illi canitiem, plurimi detrita tegmina et nudum corpus exprobrantes: postremo eo furoris venere, ut tres legiones miscere in unam agitaverint: depulsi æmulatione, quia suæ quisque legioni eum honorem quærebant, alio vertunt, atque una tres aquilas et signa cohortium locant: simul congerunt cespites,[r] exstruunt tribunal, quo magis conspicua sedes foret. Properantibus[1] Blæsus[s] advenit, increpabatque ac

discriminis esse, quod ipsi inter feroces populos e tentoriis hostem contueantur.

Assentiebat plebeius miles variis de causis. Hi objectantes plagarum, quas centuriones inflixerant, stigmata, illi canos suos, multi discissas vestes et intectum corpus. Demum eo vesaniæ processerunt, ut tres legiones confundere in unam cogitaverint. At absterriti sunt invidia; quia id decus suæ quisque legioni vindicabant, alio flectunt, et simul collocant tres aquilas et vexilla cohortium: eodemque tempore cumulant cespites, ædificant tribunal, quo magis conspicuus suggestus esset. Accelerantibus opus *intervenit Blæsus, objurgabatque, ac coërcebat singulos, sapius*

1 Male tentat Gronovius, *operantibus*.

NOTÆ

niæ veteris. *Gronovius.*

[q] *Vulgus, diversis incitamentis*] Sive causis, quibus quisque intra suum animum stimulabatur, non quibus alios incendebat. *Astrepebant* plus est quam *strepebant*. Continet assensum, quem strepitu vocibusque suis Percennii verbis præbuerunt.

[r] *Simul congerunt cespites*] Nota morem antiquum. Tribunal imperatorium ecce in castris, etiam illa ætate cespititium. Plinius in laudatione Trajani: 'decora facies consulis: multa post sæcula tribunal viridi cespite exstructum, nec fascium tantum, sed pilorum signorumque honore circumdatum.' Xiphilinus de Boudicea Regina Britanniæ, 'Et ascendit,' inquit, 'tribunal e terra palustri more Romano confectum.' Lucanus l. v. de Cæsare, 'stetit aggere fulti Cespitis, intrepidus vultu,' &c. Plutarchus in Pompeio: Βήματος δὲ οὐκ ὄντος, οὐδὲ τοῦ στρατιωτικοῦ γενέσθαι φθάσαντος, ὃ ποιοῦσιν αὐτοὶ τῆς γῆς ἐκτομὰς βαθείας λαμβάνοντες καὶ κατ' ἀλλήλων συντιθέντες: *Cum non esset tribunal, neque statim pro more militari exstrucre possent, quod faciunt e cespite ad certam mensuram præciso et simul composito.*

[s] *Blæsus*] De quo sic Velleius ubi hanc seditionem attingit: 'In illo negotio usus Junio Blæso viro, nescias utiliore in castris, an meliore in toga, qui post paucos annos Proconsul in Africa ornamenta triumphalia cum appellatione imperatoria meruit, ac Hispanias exercitumque virtutibus, celeberrimaque in Illyrico militia, ut prædiximus, cum imperio obtineret, in summa pace et quiete continuit, cum ei pietas rectissima sentiendi, et auctoritas quæ sentiebat obtinendi superesset.' Sed palpat Velleius Sejanum, cujus avunculus erat Blæsus.

retinebat singulos, clamitans: ‘ Mea potius cæde[t] imbuite manus; leviore flagitio legatum interficietis, quam ab imperatore desciscitis. Aut incolumis fidem legionum retinebo, aut jugulatus pœnitentiam[2] accelerabo.’[u] Aggerebatur nihilominus cespes, jamque pectori usque accreverat, cum tandem pervicacia victi[v] incœptum omisere.

19. Blæsus multa dicendi arte, ‘ Non per seditionem[w] et

inclamans: Meo potius eruore fœdate dextras, minori scelere præfectum occidetis, quam a principe deficitis; aut salvus in obsequio continebo legiones, aut interemtus pœnitentiam approperabo. *Nihilominus accumulabatur cespes, jamque pectore tenus erectus erat, cum tandem* Blæsi *constantia superati a proposito destitere.*

Blæsus plurima facundia monebat, Non per discordiam aut tumultus postulata

2 Emendabat Cujacius, *pœnam.* Nihil mutaverim. Plus elegantiæ ac veritatis in *pœnitentia.*

NOTÆ

[t] *Clamitans: Mea potius cæde*] Mirum videri possit, et quid causæ, cur ob tribunal cespititium adeo inclamet Blæsus? nam subjungit: ‘ Leviore flagitio legatum interficietis, quam ab imperatore deseiscitis.’ Capitale ergo adeo facinus illud? capitale prorsus: nam tribunalis exstructio aseensioque signum proprium imperatoris, quod alloeuturus miles conscenderet. Simile apud Vopiscum in Probo. ‘ Undique ab omnibus acclamatum est: probe, Auguste, Dii te servent. Deinde coneursus, et cespititium tribunal, appellatusque Imperator.’ Sed et allocutio ipsa soli imperatori servata postea Ammianus de Juliano nondum principe, l. XVI. ‘ Et eum alloqui pariter omnes, nec longitudo spatiorum extenta, nec in unum coactæ multitudinis permitteret crebritas, (et alioqui vitabat gravioris invidiæ pondus, ne videretur id affectasse quod sibi deberi Augustus existimabat) cautior sui,’ &c.

[u] *Jugulatus pœnitentiam accelerabo*] Aceipiunt quidam, quasi minitabundus hæc dieeret Blæsus: sed eogitare non poterat, mortem legati aliud momentum habituram, quam miserationis, quod nempe virum bene de se meritum occidissent, et exinde pudoris, qui denique pœnitentiam produceret. Neque ratio patitur, ut existimemus imperatorem tanto eitius eos fuisse castigaturum, (nam de eeleritate pœnæ agi putant) si legatum occidissent, alias vero languidius et tardius in vindietam suæ majestatis assurrecturum. *Freinsh.*

[v] *Pervicacia victi*] Ipsius Blæsi, et si qui alii fortiter obsisterent.

[w] *Non per seditionem*] Livius l. XXX. ‘ Consul causam postulandæ missionis probabilem, si modeste peteretur, videri dixit.’ Sallust. Catil. ‘ Ad hæc Quintus Martius respondit, si quid ab Senatu petere vellent, ab armis discedant, Romam suppliees proficiscantur, ea misericordia atque mansuetudine Senatum Populumque Romanum semper fuisse, ut nemo unquam ab eo frustra auxilium petiverit.’ Infra Tac. ‘ Drusus negat se terrore ae minis moveri, si flexos ad modestiam videat, si supplices audiat, scripturum patri.’

turbas desideria militum[x] ad Cæsarem ferenda,' ait: 'neque veteres ab imperatoribus priscis, neque ipsos a Divo Augusto tam nova petivisse: et parum in tempore incipientes[1] principis curas onerari. Si tamen tenderent in pace tentare, quæ ne civilium quidem bellorum victores expostulaverint; cur contra morem obsequii, contra fas disciplinæ, vim meditentur?[2] decernerent legatos,[y] seque coram mandata darent.'[z] Acclamavere, 'ut filius Blæsi tribunus legatione ea fungeretur, peteretque militibus missionem ab sedecim annis cetera mandaturos, ubi prima provenissent.' Profecto juvene, modicum otium: sed superbire miles, quod filius legati, orator publicæ causæ, satis ostenderet, necessitate expressa, quæ per modestiam non obtinuissent.

legionum principi offerenda esse, neque veteres a ducibus antiquis, neque ipsos a Divo Augusto tam insolita et inaudita postulasse: et parum tempestive angeri primas solicitudines Imperatoris. Si tamen vellent florente pace efflagitare, quæ ne civilium quidem armorum victores expetierint; cur præter institutum disciplinæ, cur præter jus militiæ, violentiam agitent? eligerent oratores, et se præsente jussa darent. *Conclamavere universi*, ut filius Blæsi tribunus eam legationem obiret, postularetque exauctorari militem post sexdecim stipendia: cetera præscripturos, postquam prima impetrata essent. *Postquam discessit juvenis pax aliqua fuit, sed cœpit arroganter se ferre miles, quod filius præfecti legatus communis causæ, satis demonstraret per vim* ea *extorta, quæ modeste agentes nequaquam impetrassent.*

1 Frigide Acidalius, *incipientis.*—2 *Vim meditentur.* Mallet Cl. Ernestus, *meditarentur.* Non necessario.

NOTÆ

[x] *Desideria militum*] Sic infra, 'desideria legionum frustrari solitum.' Sueton. Aug. c. 17. 'Donec desideria militum ordinarentur.' Et c. 53. 'tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam joco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem.' *Desideria* ergo aliquando *supplices libelli*, præsertim apud jurisconsultos. Tacitus alibi *preces, postulata* vocat.

[y] *Decernerent legatos*] Livius l. xxx. 'Seditionis nec eam, nec ullam aliam satis justam causam esse; itaque si manere ad signa et edicto parere velint, se de missione eorum ad Senatum scripturum. Modestia facilius, quam pertinacia, id quod velint impetraturos.'

[z] *Seque coram mandata darent*] Legati non mittebantur ab exteris seu sociis vel etiam seditiosis pro ipsorum nutu. Dio l. LII. in consilio Mæcenatis Augusto: 'Neque ad te legationem nisi res cognitionem tuam et discutionem requirat, ullam mittant, sed quæ volnerint præfecto suo indicent, ac per eum tibi postulata sua, quæ quidem ipse probaverit, offerant. Sic enim et sumtus et turpis rei conficiendæ ratio vitabitur, et sincera responsa sine sumtu et difficultate ulla recipient. Reliqua etiam omnia videberis sic optime confecturus, si

20. Interea manipuli, ante cœptam seditionem Nauportum[a] missi ob itinera et pontes et alios usus, postquam turbatum in castris accepere, vexilla convellunt;[b] direptisque proximis vicis, ipsoque Nauporto, quod municipii instar erat, retinentes centuriones irrisu et contumeliis, postremo verberibus insectantur: præcipua in Aufidienum Rufum,[1]

Interea vexillarii harumce legionum *qui, antequam inciperet discordia, Nauportum missi fuerant ob vias pontesque, et alia belli ministeria, ubi seditionem motam in castris audivere, signa abripiunt; raptatisque viciuis pagis, ipsoque Nauporto, quod instar erat oppidi, in coërcentes centuriones ludibrio et convitiis, demum plagis invehuntur: summa in Aufidienum præfectum castrorum rabies, quem abreptum*

1 *Rufum* abest Gronov.

NOTÆ

legatos ab hostibus, aut a confœderatis Regibus populisque missos, primum in Senatum introduxeris, (alioquin enim e dignitate reipub. est, videri omnia esse in potestate Senatus, ac multos esse eorum adversarios, qui se contumaces geraut erga illum,) deinde per Senatum fac omnia quæ decernuntur, nec omnino quicquam adeo ad omnes æque pertineat ac Senatus consulta; sic enim et majestas imperii magis fulcietur.' Itaque ab hostibus vel ab aliis non mittebantur legati in urbem etiam ævo principum, nisi jussu præfecti seu rectoris provinciæ, ad quem nempe postulata legatorum spectabant.

[a] *Nauportum*] Nauportus urbs Norici ad fluvium cognominem, Episcopalis Carniolæ regionis caput.

[b] *Vexilla convellunt*] Mihi placet vexilla ab hastis, quibus affixa erant, derepta esse. Omnino enim rupisse, afflixisse, et fregisse videntur signa sua, tanquam non amplius illo sacramento teneri volentes. Sic *Freinshemius*, qui videtur abreptus ab eo, qui exponit, *fixa solo evellunt et detrahunt, abduntque non visenda militibus:* quasi vexillorum reverentia militi turbato esset pro conscientiæ flagello. At hi soli detrahere vexilla et solo affligere solebant, qui prorsus aut ab imperio aut ab imperatore desciscerent, nec sibi receptum ad pœnitentiam reliquum facerent. Hi vero nec deficiebant, nec sacramenti religione solvi volebant: sed conditionem suam meliorem facere conabantur. Cogitandum eos Nauporti, quo missi erant, aliquamdiu tranquillos et in officio operique intentos fuisse stantibus et fixis vexillis: cum tumultu castrorum comperto abjecerunt opus, injussuque et ingratiis ducum sustulerunt vexilla et festinarunt, ne communi causæ deessent.

Vexilla convellunt] Id est, Revellunt e locis quibus defixa erant, nec alia fere vi aut ratione quam si pacem agitarent, si forte festinationem excipias. Sic Suetonius Claud. 13. 'Casu quodam an divinitus, neque aquilæ ornari, neque signa convelli potuerunt.' Hic indicare videtur Tacitus aliquam festinationem et præcipitem militis profectionem; et qui properat primopilus seu signifer, avellere debuisse videtur vexillum majore aliqua vi quam si pacifice et quiete abiret. Et ipse Suetonius hoc loco etiam indicat vim aliquam adhibitam qua convellerentur signa, postquam tamen miraculo quodam, seu casu, avelli humo non potuerant. At hoc loco Taciti miles non deripit vexilla ab hastis,

præfectum castrorum,[c] ira, quem dereptum vehiculo,[d] sarcinis gravant, aguntque primo in agmine, per ludibrium rogi-

curru, sarcinis onerant, ducuntque in primis ordinibus, per contumeliam interro-

NOTÆ

sed erecta pro more signa sequitur: postquam et ea etiam pro more avulserant signiferi, et solita vi.

[c] *Præfectum castrorum*] Describit Vegetius II. 10. ‘ Erat etiam castrorum præfectus licet inferior dignitate, tamen occupatus non mediocribus causis. Ad quem castrorum positio, valli et fossæ destinatio (nescio an designatio) pertinebat. Tabernacula vel casæ militum cum impedimentis omnibus nutu ipsius curabantur: præterea ægri contubernales, et medici a quibus curabantur. Vehicula, sagmarii, nec non conferramenta, quibus materia secatur, vel cæditur, item ligna vel stramina, arietes, onagri, ballistæ, ceteraque genera tormentorum procurabat aliquando, ne deessent. Is post longam probatamque militiam legebatur, ut certe (potius recte) doceret alios quod ipse cum laude fecisset.’ Cuique autem legioni suus castrorum præfectus fuit, si tamen tenderet seorsum. Colligo ex Tacito l. XIV. ‘ Pœnius Posthumus, præfectus castrorum secundæ legionis:’ et ex Velleio l. II. ‘ At e præfectis castrorum duobus, quam clarum exemplum Lucius Eggius, tam turpe Ceionius prodidit:’ supra Tribunos militum collocare eos visus noster histor. l. II. in pompa Vitelliana: ‘ Ante aquilam præfecti castrorum, Tribunique et primi centurionum candida veste.’ *Lipsius.*

Præfectum castrorum] Fuit præfectus castrorum in qualibet legione, etiamsi non tenderet seorsum legio. Fuit enim officium illud et munus perpetuum; et reperio defuncto vel absente legato legionis, præfectum castrorum imperasse legioni: patet ex Tac. l. XIV. Nam tum Pœnius Posthumus præfectus castrorum retinuit secundam legionem cui imperabat, noluitque pugnare et vincere cum Suetonio Paullino: cujus facti pœnitentia sibi mortem conscivit; an si Pœnius suam legionem aliis Paullini legionibus conjunxisset, statim desiisset esse præfectus castrorum secundæ suæ legionis? Id certe absurdum videtur, sed de his alibi fusius. Ducebat etiam præfectus castrorum *vexillarios* seu *electos* legionum, quotics procul ad ministeria belli mitterentur, ut patet ex hoc loco, illi quippe manipuli Nauportum missi *vexillarii* erant legionum Pannonicarum, ut et infra 38. ‘ In Chaucis captavere seditionem præsidium agitantes vexillarii discordium legionum,’ &c. ‘ jusserat id Mennius castrorum præfectus,’ qui *vexillariis* istis imperabat, ut clare patet. Legionem ipsam repræsentabant *vexillarii*, et pro legione erant. Inde est quod ipsis imperet, qui præcipua post legatum legionis dignitate erat, nempe *præfectus castrorum*. Sicque Tribunos militum præcellebat auctoritateque et dignitate.

[d] *Vehiculo*] Honorati viri militares curru vecti, et ipsi *speculatores* qui e militibus dilecti, ut litteras principis perferrent. Tac. hist. I. ‘ Vehicula cohortis incipiente nocte onerari aperto armamentario.’ Sueton. in Calig. de Britannia. ‘ Quasi universa tradita insula magnificas Romam litteras misit, monitis speculatoribus, vehiculo ad forum usque et curiam pertenderent.’ Et lege unica de honorator. Vehic. ‘ Omnes honorati, seu civilium seu militarium dignitatum,

tantes: ‘ an tam immensa onera, tam longa itinera libenter ferret?’ Quippe Rufus diu manipularis, dein centurio, mox castris præfectus, antiquam duramque militiam revocabat, vetus operis[2] ac laboris,[e] et eo immitior, quia toleraverat.

21. Horum adventu redintegratur seditio, et vagi circumjecta populabantur. Blæsus paucos, maxime præda onustos, ad terrorem ceterorum affici verberibus, claudi carcere[f] jubet; nam etiam tum legato a centurionibus et optimo quoque manipularium parebatur. Illi obniti trahentibus, prensare circumstantium genua, ciere modo nomina singu-

gantes: an ultro toleraret tam gravia pondera, tamque immensa viarum spatia? *Nam* Aufidienus *Rufus diu gregarius* miles, *postea centurio, dein castrorum præfectus, veterem asperamque disciplinam instaurabat, pridem expertus operis ac laboris, et eo severior quia* eadem ipse *tulerat.*

His advenientibus renovatur discordia, et palantes proxima loca diripiebant. Blæsus ut aliis metum incuteret, paucos præcipue præda oneratos cædi mulctarique verberibus et in vincula conjici jubet: quippe adhuc centuriones, et modestissimus quisque caligarum obsequebatur præfecto. Illi resistere cœperunt *ducentibus, ad pedes circumstantium procumbere, et amplecti, modo invocare nomina singulorum,*

2 *Vetus operis.* In Ms. Flor. *intus operis.* Optime Lipsius, *vetus operis,* ut in Silio, IV. 534. ‘ Gnaros belli, veteresque laborum.’ Haud ita feliciter Muretus, *immitis operis.* Heinsius, *intentus.* Gronovius, *tritus.* Alii plurimi, *invictus.* Boxhornius, *intentus operi ac labori.* Quid si *intentus operis? Intentus operi,* qui diligenter laborat ipse: *intentus operis,* severus exactor alieni laboris.

NOTÆ

vehiculis dignitatis suæ, id est carrucis intra urbem sacratissimi nominis semper utantur.’ Vehic. cohortis etiam destinata ferendis impedimentis et utensilibus, *speculatores* vero sic honorati, quod victoriam Cæsaris nunciarent. Attamen Plinius panegyr. de Trajano sic habet. ‘ Per hoc omne spatium cum legiones duceres, seu potius (tanta velocitas erat) raperes, non vehiculum unquam, non equum respexisti. Levis enim hic, non subsidium itineris, sed decus, et cum ceteris subsequebatur, ut cujus nullus tibi usus, nisi cum die stativorum, proximum campum alacritate, discursu, pulvere attolleres.’ Quod mirum in tanto principe, qui vulgo caligarum præire exemplo, et admiratione præesse voluit.

[e] *Vetus operis ac laboris*] Taciti mens Rufum illum, ut qui diu manipularis militaverit, assuetum et expertum fuisse operis ac laboris, quod egregie exprimit vox *vetus* frequens auctori nostro. Lib. VI. ‘ Scientiæ ceremoniarumque vetus.’ Lib. eodem, ‘ vetus regnandi.’ Histor. lib. IV. ‘ Veterem expertumque belli:’ cujus contrarium lib. II. ‘ Legiones operum ac laboris ignaras.’

[f] *Claudi carcere*] In castris stativis ergo carcer, et cum exercitus moveret, eosdem catena trahebant, more militari, ut alibi dicam. Juvenalis Sat. VI. de Mathematicis futura prædicentibus. ‘ Inde fides arti, sonuit si dextera ferro, Lævaque, si longo castrorum in carcere mansit.’

lorum, modo centuriam quisque,[g] cujus manipularis erat, cohortem, legionem, 'eadem omnibus imminere,' clamitantes; simul probra in legatum cumulant, cœlum ac Deos obtestantur; nihil reliqui faciunt, quo minus invidiam, misericordiam, metum, et iras permoverent. Accurritur ab universis, et, carcere effracto, solvunt vincula, desertoresque ac rerum capitalium damnatos sibi jam miscent.[1]

22. Flagrantior inde vis, plures seditioni duces: et Vibulenus quidam, gregarius miles, ante tribunal Blæsi allevatus circumstantium humeris, apud turbatos, et, quid pararet, intentos: 'Vos quidem,' inquit, 'his innocentibus et miserrimis lucem et spiritum reddidistis: sed quis fratri meo vitam,[h] quis fratrem mihi reddit? quem, missum ad vos a Germanico exercitu de communibus commodis, nocte proxima jugulavit per gladiatores suos,[i] quos in exitium militum

modo centuriam quisque, cujus miles erat, cohortem et legionem succlamantes, idem discrimen cunctis impendere; *simul convitia in præfectum congerunt, sidera Deosque contestantur, nihilque omittunt, ut concitarent odium, miserationem, formidinem, et iracundiam. Advolant omnes et perrupta custodia* castrensi *catenas eximunt, desertoresque et capitalis pœnæ reos sibi adjungunt.*

Violentior hinc seditio, plura discordiæ capita, et Vibulenus quidam manipularis miles, ante suggestum Blæsi scapulis circumstantium erectus, sic alloquitur tumultuantes et quid agitaret attendentes: Vos quidem, *ait*, his insontibus et infelicissimis lucem et vitam restituistis: sed quis restituet spiritum fratri meo? quis mihi restituet fratrem, quem interfecit superiori nocte Blæsus? cum eum misissent ad vos Germanicæ legiones publica de causa, quem confecit per gladiatores suos, quos in perniciem militum alit, armatque. Dic age,

1 Mallent Faërnus et Pichena, *sibi immiscent*. At nihil mutandum. Durum videtur, *jam*, ob capitum divisionem. Non displicet, si conjunctim legeris.

NOTÆ

[g] *Centuriam quisque*] In qualibet legione erant decem cohortes, manipuli triginta, centuriæ sexaginta. Itaque non modo nomina singulorum commanipularium, sed etiam centuriam et legionem suam invocabant, ut sibi succurrerent.

[h] *Quis fratri meo vitam*] Habes similis *perfidiæ* exemplum apud Dionysium l. x. 'Sic apud populum Concionator Volcius ipse: Vos quam immani et atroci affectus sim injuria cognoscite: frater mihi fuit Lucius, olim mortalium dilectissimus, is mecum apud amicum cœnabat. Post cœnam cum noctu reverteremur domum, emensi forum incidimus in hunc Cæsonem, cum aliorum ferocium adolescentum turba comissantem,' &c. 'Cæso hic' &c. 'in eum incurrit, pugnis et calcibus impetit, et indignis modis pro libidine tractatum interficit:' quod tamen falsum.

[i] *Per gladiatores suos*] Præsides præfecti provinciarum, familias gladiato-

habet atque armat. Responde, Blæse, ubi cadaver abjeceris? ne hostes quidem sepultura[1] invident: cum osculis, cum lacrymis dolorem meum implevero, me quoque trucidari jube; dum interfectos, nullum ob scelus, sed quia utilitati legionum consulebamus, hi[2] sepeliant.'[j]

23. Incendebat hæc fletu, et pectus atque os manibus verberans: mox disjectis, quorum per humeros sustinebatur, præceps et singulorum pedibus advolutus, tantum consternationis invidiæque concivit, ut pars militum gladiatores, qui e servitio Blæsi erant, pars ceteram ejusdem familiam vincirent, alii ad quærendum corpus effunderentur. Ac ni propere, neque corpus ullum reperiri, et servos, adhibitis cruciatibus, abnuere cædem, neque illi fuisse unquam fratrem, pernotuisset, haud multum ab exitio legati aberant.

Blæse, ubi corpus projeceris? ne hostes quidem tumulum invident. Cum mœrorem meum satiavero basiis fletibusque, me etiam tum interfici præcipe. Dummodo isti hi terræ mandent eos qui nullum ob crimen interemti sunt, sed quia communibus militum commodis inserviebamus.

Incitabat hæc lacrymis, et sinum faciemque palmis percutiens: dein dimotis iis, quorum humeris attollebatur, pronus ruensque et ad singulorum genua procidens, tantum doloris iræque et odii concitavit, ut alii manipularium in vincula raperent gladiatores, qui e familia Blæsi erant: alii ceteros ejusdem servos vinculis coërcerent, alii ad investigandum cadaver excurrerent; ac ni protinus compertum esset, neque ullum corpus inveniri, et famulos adhibitis tormentis negare cædem, neque Vibuleno ullum *unquam fratrem extitisse, haud longe a cæde legati aberant.*

1 Sic Ms. Flor. Multi emendant *sepulturam*. Melius et ex usu Taciti, *sepulturæ*. Brotier.—2 Sic optime Muretus et Lipsius. Perperam in Ms. Flor. et editionibus veteribus, *ii*, Librariorum errore. *Hos* enim manu monstrabat.

NOTÆ

rum alebant, ad spectaeula exhibenda: non enim inter milites lecti. His stipabantur illi proceres, et his aliquando uti etiam potuerunt ad coërcendos et puniendos caligas obsequii parum memores, præsertim inter seditiones. Inter bella civilia his usi sunt, etiam veluti justo milite.

Per gladiatores] A quibus stipabantur in itinere et forte etiam in castris, quos et alebant exercebantque in spectaeula. Florus III. 12. 'Unde gladiatorii adversus dominos suos exercitus, nisi ad conciliandum plebis favorem effusa largitio cum spectaculis indulget, supplicia quondam hostium artem facit.' Puto et in castris spectacula exhibebantur interdum. Non usi gladiatoribus in bello, nisi in summa necessitate, et inter bella civilia.

[j] *Hi sepeliant*] Quasi diceret; 'nos etiam interfici jube, dummodo hi commilitones nos sepeliant.'

Tribunos tamen ac præfectum castrorum extrusere: sarcinæ fugientium direptæ: et centurio Lucillius interficitur, cui, militaribus facetiis, vocabulum *Cedo alteram* indiderant; quia, fracta vite[k] in tergo militis, alteram clara voce ac rursus aliam poscebat. Ceteros latebræ texere, uno retento Clemente Julio, qui perferendis militum mandatis habebatur idoneus, ob promtum ingenium. Quin ipsæ inter se legiones octava et quintadecima ferrum parabant: dum centurionem, cognomento Sirpicum, illa mòrti deposcit, quintadecimani tuentur: ni miles nonanus preces, et, adversum aspernantes, minas interjecisset.

24. Hæc audita quanquam abstrusum et tristissima quæque maxime occultantem Tiberium perpulere, ut Drusum filium cum primoribus civitatis duabusque prætoriis cohortibus mitteret, nullis satis certis mandatis; ex re consulturum. Et cohortes delecto milite supra solitum firmatæ. Additur magna pars prætoriani equitis et robora Germanorum,[l] qui tum custodes[m] imperatori aderant: simul prætorii

Attamen ejecere Tribunos et præfectum castrorum, impedimenta fugientium rapta; et Centurio Lucilius occiditur, cui castrensibus jocis nomen cedo alteram *imposuerant, quia rupta virga in dorso militis, alteram voce conspicua, ac rursus aliam postulabat: alii latendo saluti consuluere, unum retinuerunt Clementem Julium, qui militum jussa renuntiandi capax existimabatur; quippe qui acer ingenio esset: quin ipsæ legiones octava et quintadecima ferro congredi parabant, dum octava ad exitium flagitat Centurionem cognomine Sirpicum, quem quintadecima defendebat, nisi nona legio preces, et abnuentibus minas interposuisset.*

Hæc in urbem perlata impulere Tiberium, quamvis abditum et mæstissima quæque maxime recondentem, ut mitteret Drusum filium cum proceribus urbis et duabus cohortibus prætorianis, nullis præceptis satis fixis, ex tempore consilia capturum; et cohortes militari robore supra consuetum auctæ. Adjicitur magna pars equitum prætorianorum, lectissima corpora Germanorum, qui tum excubias agebant apud

NOTÆ

[k] *Fracta vite*] Teste Livio Epit. 57. de Scipione ad Numantiam: 'quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset vitibus, si extraneus fustibus cecidit.' Plin. XIV. 1. 'Vitis in delictis pœnam ipsam honorat.' Erat vero militari lege cautum, ut si miles qui a duce cæditur ob crimen, vitem frangeret, aut centurionis vel Tribuni manum teneret, de gradu dejectus militia amoveretur: si autem violentas manus inferret, capite lueret. Intellige hoc loco Taciti fractam esse vitem a Centurione, cum in tergum militis sæviret, non ab ipso milite, qui vim repelleret.

[l] *Robora Germanorum*] Ex Germanis validissimos: sic hist. IV. 'cum robore Batavorum,' hoc est, cum optimis et selectis.

[m] *Qui tum custodes*] Igitur receperat iterum Germanos custodes Tibe-

præfectus, Ælius Sejanus, collega Straboni, patri suo, datus, magna apud Tiberium auctoritate, rector juveni,[n] et ceteris periculorum[o] præmiorumque ostentator. Druso propinquanti, quasi per officium, obviæ fuere legiones, non lætæ, ut assolet, neque insignibus fulgentes,[p] sed illuvie deformi, et vultu, quanquam mœstitiam imitarentur, contumaciæ propiores.

25. Postquam vallum introiit, portas stationibus firmant: globos armatorum certis castrorum locis opperiri jubent; ceteri tribunal ingenti agmine circumveniunt. Stabat Drusus, silentium manu poscens. Illi, quotiens oculos[q] ad

principem: additus etiam Ælius Sejanus prætorii præfectus, collega datus Straboni parenti suo, flagranti apud Tiberium gratia, qui regeret adolescentem, et ceteris discrimina præmiaque ostentaret. Druso advenienti obviam venere legiones, quasi per honorem, non alacres, ut fieri consuevit, neque vexillis splendentes, sed squalore fœdo et facie tetra, quamvis tristitiam præferrent, in pervicaciam proniores.

Postquam Drusus castra ingressus est, militem in portis disponunt: manipulos armatorum certis munimentorum locis stare jubent; reliqui magno numero circumstant Tribunal. Stabat Drusus silentium sublata *dextra postulans: illi quoties*

NOTÆ

rius, nam illos reliquerat Augustus post cladem Varianam, teste Suet. Aug. 49. *Lipsius.*

[n] *Rector juveni*] Sic lib. III. de Quirinio: 'Datusque Rector C. Cæsari Armeniam obtinenti.' Plin. l. III. Epist. 'Cui in hoc lubrico ætatis non præceptor modo, sed custos etiam rectorque quærendus.' Suet. Aug. 48. 'Rectorem quoque solitus est apponere ætate parvis.'

[o] *Et ceteris periculorum*] Nempe ut ceteros omnes pœnis et præmiis quæ a principe quisque expectaret, propositis, officii admoneret, quod intelligi potest de omnibus; nempe et de iis quos secum ducebat, et de seditiosis legionibus, quas adibat.

[p] *Neque insignibus fulgentes*] Rebus lætis et militia prospera, ornari signa mos fuit, lauru, floribus, unguentis. Claudianus: 'Lætaturque tamen: Mavortia signa rubescunt Floribus, et subitis animantur frondibus hastæ.' Suetonius Claud. c. 13. 'Verum intra quintum diem oppressus est, legionibus in pœnitentiam religione conversis: postquam denuntiato ad novum Imperatorem itinere, casu quodam, an divinitus, neque aquilæ ornari, neque signa convelli potuerunt.' Signa ergo in ejusmodi lætitiis obviamque itionibus ornabantur, cui rei adhibita etiam unguenta. Plin. XIII. 14. 'Aquilæ certe ac signa pulverulenta illa, ac custodiis horrida, junguntur etiam festis diebus. Utinamque dicere possemus, quis primus instituisset. Ita est hac mercede corruptæ terrarum orbem devicere aquilæ.' Nec aliud est, quod noster hic appellat insignium fulgorem. Ita lib. XV. 'Hinc agmina legionum stetere fulgentibus aquilis signisque et simulacris in modum templi.'

[q] *Illi quotiens oculos*] Is quidem mos et affectus vulgi, in turba sua audacis. Lucanus pariter in seditione: 'quip-

multitudinem retulerant, vocibus truculentis strepere; rursum, viso Cæsare, trepidare: murmur incertum: atrox clamor, et repente[1] quies: diversis animorum motibus, pavebant terrebantque. Tandem, interrupto tumultu, literas patris recitat, in quis perscriptum erat: ‘ Præcipuam ipsi fortissimarum legionum curam, quibuscum plurima bella toleravisset: ubi primum a luctu requiesset animus, acturum apud Patres de postulatis eorum: misisse interim filium, ut sine cunctatione concederet, quæ statim tribui possent: cetera Senatui servanda, quem neque gratiæ neque severitatis expertem haberi par esset.’

26. Responsum est a concione, ‘ mandata Clementi centurioni, quæ perferret.’[1] Is orditur ‘ de missione a sedecim annis: de præmiis finitæ militiæ: ut denarius diurnum stipendium foret:[r] ne veterani sub vexillo ha-

oculos converterant ad militum numerum horridos clamores emittere: iterum conspecto Cæsare formidare: rumor ambiguus, truculenta vociferatio, et subito silentium: variis animorum affectibus, metuebant, metuebanturque. Demum intermisso murmure legit epistolas parentis, quarum ea fuit sententia, Maximum ipsi studium strenuissimarum legionum, quibuscum multa bella sustinuisset: statim atque mœrorem animi sedasset, relaturum ad patres de desideriis illorum: interea præmisisse filium, ut sine mora indulgeret, quæ confestim concedi possint: reliqua ad Senatum deferenda, quem justum esset consuli, cum de præmiis aut pœnis agitur.

Respondit miles pro concione, præscripta *esse* Clementi Centurioni quæ renuntiaret. *Ille incipit*, de exauctoratione post sexdecim stipendia: de commodis emeritæ militiæ, ut denarius singulis diebus persolveretur: ne veterani apud vexillum retinerentur. *Ad ea Drusus cum judicium patrum et prin-*

---

1 Conjectat Lipsius, *repens quies*. Nihil novandum.

1 In Ms. Flor. et editionibus veteribus ac recentioribus, *perferret*. Quidam emendarunt, *præferret*. Omnino emendandum, *proferret*. Hac in re sæpe errarunt librarii. Sic apud Juvenalem, v. 390. legitur, *protulit;* apud Plinium, XVIII. 3. *proferam:* ubi olim scriptum, *pertulit*, et

NOTÆ

pe ipsa metus exsolverat audax Turba suos, quicquid multis peccatur inultum.’ Et Velleius: ‘ Subita deinde exercitus seditio, qui plerumque contemplatus frequentiam suam a disciplina desciscit.’ *Lipsius.* Spiritus effert miles seditiosus conspecto numero suo, simul et aufert ducibus; at contra spiritus attollunt Reges seu Imperatores visis eximiis et in obsequium promtis copiis. Livius de Syphace, lib. XXVIII. ‘ Ita viris equisque abundabat, ut subjectæ oculis regni per multos florentis annos vires, etiam minus barbaro atque impotenti animo spiritus possent facere.’

[r] *Denarius diurnum stipendium foret*] Primo denarius valebat, seu æquabat

berentur.' Ad ea Drusus cum arbitrium Senatus et patris obtenderet, clamore turbatur: 'Cur venisset, neque augendis militum stipendiis, neque allevandis laboribus, denique nulla benefaciendi licentia? at hercule verbera et necem cunctis permitti. Tiberium olim nomine Augusti desideria legionum frustrari solitum: easdem artes Drusum retulisse. Nunquamne ad se nisi filios[2] familiarum venturos? novum id plane, quod imperator sola militis commoda ad Senatum rejiciat: eundem ergo Senatum consulendum, quotiens supplicia aut prælia indicantur. An præmia sub dominis, pœnas sine arbitro esse?'

27. Postremo deserunt tribunal; ut quis prætorianorum mi-

cipis prætexeret, vociferatione interrumpitur: Cur missus esset, neque majus militi stipendium daturus, neque labores levaturus, demum nulla benemerendi facultate? at certe plagas, mortemque *militum* omnium arbitrio concedi. Tiberium quondam verbis Augusti vota legionum eludere consuevisse, eademque consilia Drusum renovasse: nunquamne ad ipsos mittendos esse, nisi filios familiarum? mirum id certe et inauditum, quod princeps sola legionum præmia remittat ad patres: ad eosdem ergo patres referendum esse, quoties pœnæ aut pugnæ denuntientur: an commoda militum penes dominos, supplicia sine judice et *in potestate omnium* esse?

Tandem relinquunt tribunal, manus intendentes, ut prætoriani milites, aut

---

perferam. Brotier. *proferret* Homer.—2 In Ms. Flor. et editionibus veteribus, *nisi ad se filios.* Lipsius et recentiores merito verba trajecere, *ad se nisi filios.*

NOTÆ

pretio decem asses. Sed postea auctus est ad duodecim asses sub Augusto, et etiam usque ad sexdecim, forte ob bella civilia, dein tamen reductus est ad duodecim, et eo pretio fixus stetit etiam sub sequentibus principibus. Assis autem valebat seu æquabat septem denarios nostræ monetæ paulo plus, ita ut denarius Rom. duodecim assium æquaret *septem asses* et duos aut tres denarios nostræ monetæ Gallicæ, plus, minus; at in diem accipiebat miles tantum denos asses, qui sunt nostræ monetæ *sex asses.* Nam licet augeretur denarius, non tamen augebatur stipendium militis. Id lucrifaciebat ærarium, seu Respubl. ut sæpe nunc etiam fit apud nos. Igitur *aureus* fuit stipendium menstruum militis, duodecim aurei stipendium annuum. *Aureus* par erat quinque et viginti denariis, *denarius* duodecim assibus Romanis; itaque *aureus*, seu *viginti quinque denarii* erant trecenti asses, quos si distribuas triginta diebus, quibus durat mensis, reperies accepisse militem in diem denos asses tantum, qui sunt nostræ monetæ *sex asses;* nunc igitur petunt denarium solidum, nempe duodecim assium, ut tum valebat, qui sunt nostræ monetæ *septem asses*, et paullo plus, sicque lucrati fuissent in diem duos asses Roman. in mensem quinque denarios Rom. Sed hæc male consulta et per seditionem expressa cito in irritum abiere *sub lentis maxillis* Tiberii.

litum amicorumve Cæsaris occurreret, manus intentantes,[s] causam discordiæ et initium armorum: maxime infensi Cn. Lentulo,[t] quod is, ante alios ætate et gloria belli, firmare Drusum credebatur, et illa militiæ flagitia primus aspernari. Nec multo post, digredientem cum Cæsare,[u] ac, provisu periculi, hyberna castra repetentem, circumsistunt, rogitantes, ‘ quo pergeret? ad Imperatorem an ad Patres? ut illic quoque commodis legionum adversaretur?’ Simul

amici Drusi ipsis *occurrebant; occasionem* inde *seditionis et principium cædis captantes. Præcipue infesti* erant *Cn. Lentulo, quod ille ætate et fama belli alios præcellens, putaretur hortari Drusum, et illa militiæ probra primus contemnere. Et paulo post illum circumdant, cum discederet una cum Druso, ac præviso discrimine in hyberna munimenta se reciperet, et interrogant* quo se conferret? an ad principem, an ad Senatum, ut ibi etiam præmiis militum obsisteret? *Simul*

NOTÆ

[s] *Manus intentantes*] Certe si cui intentantur manus, is strenue repellit, aut ultro quod ira dictat, occupat. Eam enim, qui rixam quærunt, ut suam occasionem rapiunt, et quasi essent provocati, nil non sibi licere in auctores injuriæ interpretantur. Dein tumultu cœpto advolant et aggregantur utrimque socii, et a manibus ad ferrum et ad cædes transitur.

[t] *Cneo Lentulo*] De quo lib. IV. ‘ Obiere eo anno viri nobiles Cn. Lentulus et L. Domitius: Lentulo super consulatum, et triumphalia de Getulis, gloriæ fuerat bene tolerata paupertas, dein magnæ opes innocenter partæ et modeste habitæ.’ Et Juven. ‘ Agnosco procerem, salve Getulice, seu tu Silanus,’ &c.

[u] *Digredientem cum Cæsare*] Nonnulli legunt et intelligunt *a Cæsare*, quia constat ex hoc loco Taciti, non digressum esse Cæsarem in alia castra, sed in iisdem castris æstivis pernoctasse, et occasione hujusce noctis defectusque lunæ, et hac superstitione militum feliciter prudenterque usum. Itaque non discedebat Cæsar, et cum digrediebatur Lentulus in hyberna castra, ut vim seditiosorum effugeret, non digrediebatur cum Cæsare, immo a Cæsare, qui permansit in illis æstivis castris, ut clare patet. Certe non digressus est Cæsar; sed, quantum conjicere licet, ipse provisu periculi in castra hyberna digredi parabat; et illud periculum spectabat etiam ad Cæsarem, licet illum ipsum nondum lacessserent, sed tantum ipsius comites (ut fieri solet): et id videtur innuere Tacitus hic, quemadmodum et infra de Germanico c. XL. ‘ Eo in metu arguere Germanicum omnes, quod non ad superiorem exercitum pergeret, ubi obsequia, et contra rebelles auxilium.’ Sic igitur Drusus abire destinabat in hyberna castra, nisi eum retinuisset occasio, metus nempe et superstitionis seditiosorum, qua prudenter usus est; et cum dicit Tacitus lacessitum a seditiosis Lentulum, ‘ Digredientem cum Cæsare ac provisu periculi hyberna castra repetentem,’ satis innuit etiam discedere simul paratum ipsum Drusum fuisse, neque enim a se dissociasset virum tantæ auctoritatis, qui ‘ ante alios ætate et gloria belli firmare Drusum credebatur.’ Dio etiam tradit nocte custodias appositas, ne aufugere Drusus posset. l. LVII. ‘ Druso ad eos cum prætoriis militi-

ingruunt, saxa jaciunt: jamque lapidis ictu cruentus, et exitii certus, accursu multitudinis, quæ cum Druso advenerat, protectus est.

28. Noctem minacem et in scelus erupturam fors lenivit: nam Luna claro repente cœlo[1] visa languescere.[v] Id miles, rationis ignarus, omen præsentium accepit, ac suis laboribus[2] defectionem sideris assimulans, 'prospereque cessura, quæ pergerent,[3] si fulgor et claritudo Dea redderetur.' Igitur

incurrunt et lapidibus impetunt; jamque ictu saxi saucius, et haud dubie periturus, defensus est, accurrente milite, qui Druso adjunctus fuerat.

Noctem truculentam et in facinus aliquod *pronam casus mitigavit. Quippe Luna illustri cœlo repente visa hebescere, causam* defectionis *ignorans miles, tanquam omen præsentium* turbarum *interpretatus est; et deliquium Lunæ suis laboribus comparans: credebat* feliciter eventura, quæ continuarent, si splendor et claritas Deæ restitueretur. *Igitur æris crepitu tubarumque et buccinarum cantu*

1 Corrupte Ms. Flor. *clamore pena cœlo.* Edidit Beroaldus, *clariore pene cœlo.* Optime emendavit Lipsius, *claro repente cœlo.* Miror Jac. Gronovium adhuc tentantem, *luna clarore plena, cœlo visa languescere.*—2 Opinor, *hanc suis laboribus defectionem sideris assimulans;* tum mox, *prospereque cessura quo pergerent,* non *quæ:* cessura prospere ea, ad quæ pergerent patranda. Aliter Gronovius. *Brotier.*—3 Eleganter dictum. Male Gronovius, *quæ urgerent.*

NOTÆ

bus profecto, quia nihil ipsis confirmaret, rursus tumultu concitato, quosdam qui cum eo erant consauciaverunt, et ipsum ea nocte, ne effugere posset, armati circumsederunt.' Sic cum Germanicus etiam in seditione 'præceps tribunali desiluit, opposuerunt abeunti arma minitantes, ni regrederetur.' Unde conjicere licet sub vesperam, vi seditiosorum retentum esse Drusum, nempe tum cum in Lentulum invecti sunt; dein procedente nocte, cum luna defecisset, metueretque miles, etiam occasione retentum, in his castris æstivis pernoctasse, cum tamen alioquin abire pararet in hyberna castra *provisu pericali,* ni retentus fuisset partim vi, partim occasione. Igitur simul *cum Cæsare* digrediebatur Lentulus, non *a Cæsare.* Et certe *æstiva* illa castra in quibus tum seditiosus miles agitabat; nam mense Augusto extinctus Augustus, et quieta erant hyberna castra, ubi in obsequio miles. Haud dubie Drusus vel in castra hyberna ipse simul cum Lentulo digredi parabat, vel saltem comitabatur Lentulum extra castra, forte ad aliquot milliaria, cum amicis, et simul cum cohortibus prætorianis: ut præsidio esset Lentulo in tanto discrimine, sicque ille tutus in hyberna castra abscedere posset. Et certe post ea non comparet Lentulus in tota illa scena, seu seditione, licet multa consilia habita atque agitata sint apud Drusum, etiam severissima adversus illa militiæ flagitia, quæ præcipue Lentulus aspernabatur. Unde inferre licet abiisse e castris seditiosis Lentulum, vel simul abeunte, vel stipante illum Cæsare et Cæsaris amicorum cohorte.

v *Visa languescere*] Ne intelligas speciem tantummodo languescentis

æris sono,[w] tubarum cornuumque concentu strepere: prout splendidior obscuriorve, lætari aut mœrere; et postquam ortæ nubes[x] offecere visui, creditumque conditam tenebris, ut sunt mobiles ad superstitionem[y] perculsæ semel mentes, 'sibi æternum laborem portendi, sua facinora aversari Deos,' lamentantur. Utendum inclinatione ea Cæsar, et, quæ casus obtulerat, in sapientiam vertenda ratus, circumiri tentoria jubet. Accitur centurio Clemens, et si alii[4] bonis

sonorem edere: gaudere aut lamentari, prout clarior aut pallidior esset; et cum exorta nubila obstitere aspectui, et putarunt caligine immersum, ut sunt faciles pronique ad superstitionem attoniti semel mortalium *animi, sibi* perpetuos labores ostendi, suaque flagitia numen abhorrere *queruntur. Captandam eam occasionem Cæsar ratus, et quæ sors exhibuerat, in prudentiam flectenda; circum contubernia iri præcipit. Accersitur Centurio Clemens, et si qui alii præclaris animi*

Rhenanus, *quæ gererent.* Heinsius, *quo pergerent.* Davisius, *quæ agerent.* Si quid tentandum potius, *quæ peragerent:* et in Ms. Flor. *a* margini additum. Sed inutile et frigidum.—4 *Si qui alii* Homer.: at omittunt *qui* Ryckius et

NOTÆ

habuisse lunam: vere namque languescens et deficiens cernebatur a militibus, non tantum apparebat luna deficiens; non fallebant oculi, sed vere conspiciebatur sidus carens lumine solito.

[w] *Igitur æris sono*] Clarum exemplum vanæ religionis, ad levandos Lunæ labores. Ita enim opinio erat. Juvenalis, nimis facete de sexu tinniente, 'Una laboranti poterit succurrere Lunæ.' Livius l. XXVI. 'Disposita in muris Campanorum imbellis multitudo, cum æris crepitu, qualis in defectu Lunæ silenti nocte cieri solet.'

Sono] Plin. II. 12. 'Viri ingentes supraque mortalium naturam, tantorum numinum lege deprehensa, et misera hominum mente absoluta, in defectibus stellarum scelera, aut mortem aliquam siderum pavente: quo in metu fuisse Stesichori, et Pindari vatum sublimia ora palam est deliquio Solis, et in Luna veneficia arguente mortalitate, et ob id crepitu dissono auxiliante. Quo pavore ignarus causæ Nicias Atheniensium Imperator, veritus classem portu educere, opes eorum afflixit.'

[x] *Postquam ortæ nubes*] Præter defectum ipsius sideris: cum ortæ eodem tempore nubes novam caliginem invexissent, visuique obstarent, tum perpetuis mersam tenebris Lunam, sicque sibi æternum laborem portendi existimarunt.

[y] *Ut sunt mobiles ad superstitionem*] Curt. l. IV. 'Nulla res multitudinem efficacius regit, quam superstitio: alioquin impotens, sæva, mutabilis, ubi semel religione capta est, melius vatibus, quam ducibus paret.' Lactantius l. I. Divin. Institut. 'Hoc philtro (superstitionis) dementarunt subjectos sibi populos Numa Pompilius, Scipio Africanus, L. Sylla, Q. Sertorius, Minos, Pisistratus, Lycurgus, qui cum Diis Deabusque colloquium, consortiumque fingebant:' et Polybius l. X. 'Non putandum est Lycurgum adeo fuisse religiosum, ut

artibus[z] grati in vulgus; ii[5] vigiliis, stationibus, custodiis[a] portarum se inserunt, spem offerunt, metum intendunt. 'Quousque filium Imperatoris obsidebimus? quis certaminum finis? Percennione et Vibuleno sacramentum dicturi sumus? Perçennius et Vibulenus stipendia militibus, agros emeritis largientur? denique, pro Neronibus et Drusis,[b] imperium populi Rom. capessent? quin potius, ut novissimi in culpam,[c] ita primi ad pœnitentiam sumus! Tarda sunt,[d]

dotibus in vulgus accepti probatique: excubiis, globis, et cohortibus ad portas stantibus se immiscent, spem ostentant, formidinem augent. Quousque filium principis *armati* circumsidebimus? quis discordiarum exitus? an in Percennii et Vibuleni verba juraturi sumus? an Percennius et Vibulenus pecuniam legionibus, terras finitæ militiæ præmia donabunt? an tandem pro Tiberiis et Drusis populi Romani principatum accipient? quin potius ut postremi in

Gronovius.—5 Sic optime emendavit Lipsius. Pessime in Ms. Flor. et veteribus editionibus, *in vigiliis*. Gronovius habet *in*.

NOTÆ

in omnibus Apollinis consilio uteretur, neque Scipionem somniis et Deorum colloquiis instructum fuisse; sed hæc illi finxerunt, quod sine Deorum auspiciis populum periculosa ausurum, et paradoxis fidem adhibiturum, non credebant.'

[z] *Et si alii bonis artibus*] Utrumque spectabatur, ut vulgo grati essent, et *bonis artibus*, neque per flagitia, sicut seditiosi isti, sed quacumque ex causa, modo honesta et tolerabili. Neque enim hoc loco *bonas artes* interpretari possumus, nempe de severo virtutis studio, fide, constantia, gestis egregiis: hæc enim atque talia præcipuis odiis insectatur motum vulgus: sed de aliis minoribus; ut si forte ideo grati fuissent manipularibus, quod vacationes gratuitas concessissent, aut ipsis aliis in rebus affuissent, opisque aut consilii egenos promte atque amice juvissent. *Freinsh.*

Et si alii] Indistincte quascumque bonas artes intelligit, per quas poterant esse grati in vulgus, et hosce contradistinguit ab illis qui etiam grati in vulgus essent, scelere, audacia, lascivia, turbido seditiososque ingenio, et ceteris malis artibus quæ castra sequuntur.

[a] *Ii vigiliis, stationibus, custodiis*] Scies *vigilias*, semper esse nocturnas; *stationes* sive *excubias*, et nocturnas et diurnas. Tac. l. II. 'stationes, vigiliæ, nocturna diurnaque munia in armis agitabantur.' Isidorus l. IX. 'Excubiæ diurnæ sunt, vigiliæ nocturnæ.'

[b] *Pro Neronibus et Drusis*] Intelligit Tiberium, et filium Tiberii Drusum, et etiam Drusum patrem Germanici et Germanicum ipsum, et vel ceteros qui ejusdem familiæ Claudiæ succedere, et habere imperium poterant. Hic oratorem agit centurio ille.

[c] *Ut novissimi in culpam*] Hoc accipiendum, quasi ad meliores militum dictum. Etsi enim omnes rebellaverant, non tamen æque promte; et quidam secuti magis, quam ducentes. Hos nunc excitat.

Ut novissimi in culpam] Trium legionum milites, et omnes ad seditionem promtissimos, nec ullam eorum partem cunctatam constat. Qui igitur novissimi in culpam? an originem ab universis amovent, et in paucos auc-

quæ in commune expostulantur: privatam gratiam statim mereare, statim recipias.' Commotis per hæc mentibus, et inter se suspectis, tironem[e] a veterano, legionem a legione dissociant. Tum redire paulatim amor obsequii: omittunt portas; signa, unum in locum principio seditionis congregata, suas in sedes referunt.

flagitium; ita et primi ad meliorem frugem nos recipimus? sero proveniunt quæ in publicum efflagitantur: privatum beneficium statim occupes, statim obtineas. *Concitis per hæc animis et se invicem suspectantibus, novum militem a vetusto, legionem a legione dividunt. Tum redire sensim officii et* disciplinæ *cupido: deserunt portas, vexilla simul collocata initio discordiæ propria in loca reportant.*

tores conferunt? Potius censeo Clementem ceterosque arte quadam, ut quosque alloquebantur, dicere postremos eos ac fere coactos descendisse in culpam, atque id credere simulavisse; quo facilius in pœnitentiam et spem veniæ perducerent. *Pichena.*

Ut novissimi] Dicit vir doctus præcipue turbasse veteranos, ut qui commoda militiæ propius expectarent, tirones tantum secutos, quos ideo aggreditur Clemens, ut faciliores ad pœnitentiam. Dicit etiam Veteranos non fuisse in stationibus et custodiis, quibus se inserit Clemens, sed tantum tirones, quos sic dissociavit a Veteranis. Sed certe Veterani illi etiam in præsidiis, stationibus, et custodiis non modo tum assidere, sed etiam præsidere debuerunt, quia de ipsorum commodis præcipue agebatur in ea seditione. Nam etiam si missi sub vexillo agerent illi Veterani, attamen præsidia agitare debuerunt in castris turbidis, et aliis locis. Igitur a quibuscumque cœperit illa seditio, vel a veteranis vel a tironibus, vel ab utrisque, (nam tirones etiam majus stipendium flagitabant) certum tamen est, non omnes legionarios simul erupisse aut exarsisse, quemadmodum nec ignis totus repente in immensum incendium erumpit, sed per partes sensim exardescit; ita certe milites, alii aliis citius erupere in flagitia et scelus. Itaque hoc loco, vel vere et serio alloquitur Clemens, aliique *qui grati in vulgus*, eos qui de facto ultimi exarserant, vel ficte et simulate quoscumque adeunt, ut sic eos concilient et facilius ad meliorem frugem reducant. Et cum dicit infra Tacitus XXXII. ubi de seditione Germanicarum legionum, quod ' pariter ardescerent, pariter silerent;' id intelligendum de seditione jam penitus excita et adulta.

[d] *Tarda sunt*] Nam ita fieri consuevit, ut quæ pro communi causa expostulantur, quia magni momenti esse solent, difficile persolvantur, et tarde proveniant, privata autem merita facile et proinde cito compensentur.

[e] *Tironem*] *Tirones* dicuntur qui nondum militiam incœpere, qui nondum centuriæ, cohorti aut legioni ascripti, sed tantum delecti, seu conscripti sunt. Alii *tirones* sunt, qui jam aliquot stipendia confecerunt, sed nondum sunt exauctorati aut emeriti; quo sensu hic intelligi debent, in quo distinguuntur a veteranis, qui jam sua stipendia expleverunt, et tamen adhuc sub vexillo retinentur, ' ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis,' ut ait Tacitus.

29. Drusus, orto die et vocata concione, quanquam rudis dicendi, nobilitate ingenita,[f] incusat priora, probat præsentia: negat ‘se terrore et minis vinci: flexos ad modestiam si videat, si supplices audiat,’ scripturum patri, ut placatus legionum preces exciperet.’ Orantibus, rursum idem Blæsus, et L. Apronius,[g] eques Romanus e cohorte Drusi,[h] Justusque Catonius,[i] primi ordinis centurio,[j] ad Tiberium mittuntur. Certatum inde sententiis, cum alii, ‘opperiendos legatos atque interim comitate permulcendum militem,’ censerent:

Drusus cœpta luce et congregato milite, quamvis dicendi imperitus, nobilitate innata, increpat, quæ ante acta essent, laudat præsentia, affirmat se neque pavore neque minis flecti: si pronos ad obsequium cernat milites, si supplices animadvertat, renuntiaturum parenti, ut lenitus et ad clementiam flexus desideria legionum audiret: *rogantibus legionibus*, ut Tiberio scriberet, *iterum Blæsus et L. Apronius eques Romanus e cohorte Cæsaris, et Justus Catonius primipili Centurio mittuntur ad principem. Postea variæ sententiæ fuerunt amicorum Drusi, cum alii putarent* expectandos oratores, atque interea blandi-

NOTÆ

[f] *Drusus, nobilitate ingenita*] Alii aliis animi vel corporis dotibus commendabiles, audent pro concione multitudinem alloqui. Alii eximia specie corporis insignes, quemadmodum Corbulo apud Tacitum. Alii dignitate oris, ut Pompeius apud Plutarchum. Alii ingenita nobilitate elati quemadmodum hic Drusus. Alii virtute, seu constantia militari, quemadmodum Vespasianus in lib. hist. dicitur ‘militariter locutus.’ Alii nativa facundia, quemadmodum Germanicus, et alii Imperatores qui eloquentia floruere. Qui virtute vel nobilitate pollent, offusum oculis ex ingenti multitudine splendorem facilius discutiunt. Et sunt nonnulli admodum felices, quorum vultus aut facies prius ipsis, et pro ipsis ultro, concionetur, quemadmodum habet Plutarchus de Pompeio Magno. At hoc loco Drusus non specie, non facundia, attamen ‘nobilitate ingenita’ fretus, alloqui pro concione militem quamvis turbidum ausus est.

[g] *L. Apronius*] Velleius ait fuisse participem operum Q. Julii Posthumi viri consularis, et Dalmatiæ præpositi: et in illa militia eos quos mox consecutus est honores excellenti virtute meruisse.

[h] *E cohorte Drusi*] Habebant proceres illi cohortem amicorum, sed isti amici in plures classes distributi. Qui mos distinguendi cœpit a M. Livio salinatore olim. Suet. de Tiberio XLVI. ‘Pecuniæ parcus ac tenax comites peregrinationum expeditionumque nunquam salario, cibariis tantum sustentavit, una modo liberalitate, ex indulgentia vitrici, prosecutus, cum tribus classibus factis, pro dignitate cujusque, primæ sexcenta sestertia, secundæ quadringenta distribuit, ducenta tertiæ, quam non amicorum sed Græcorum appellabat.’

[i] *Justusque Catonius, primi ordinis centurio*] Credo eum esse, qui postea Prætorii præfectus imperante Claudio, et Messalinæ fraude interfectus. Suadeo legas Dionem l. LX.

[j] *Primi ordinis centurio*] Vocabatur etiam *Centurio primipili*, et *primipilus* et *primopilus*. Erat caput et ductor

alii, ‘fortioribus remediis agendum: nihil in vulgo modicum: terrere, ni paveant: ubi pertimuerint, impune contemni: dum superstitio urgeat, adjiciendos ex duce metus, sublatis seditionis auctoribus.’ Promtum ad asperiora ingenium Druso erat: vocatos Vibulenum et Percennium interfici jubet. Tradunt plerique, intra tabernaculum ducis obrutos:[k] alii, corpora extra vallum[l] abjecta ostentui.

30. Tum, ut quisque præcipuus turbator, conquisiti; et pars, extra castra palantes, a centurionibus aut prætoriarum cohortium militibus cæsi: quosdam ipsi manipuli, docu-

tiis illiciendum militem: *alii* vehementioribus remediis utendum, nihil moderatum apud plebem, metum inferre, nisi metuant: ubi formidaverint, facile sperni: dum superstitio et metus ingruit animis, addendum ex Cæsare terrorem, oppressis discordiæ ducibus. *Pronus ad acerbiora Druso animus erat; accitos Vibulenum et Percennium interimi jubet. Scribunt plerique sepultos esse intra tentorium Drusi, alii cadavera projecta* esse *extra castra* exemplo, et *spectaculo.*

Tum, ut quisque maxime seditiosus investigati, et alii extra vallum palabundi interfecti sunt a centurionibus, aut a prætorianis militibus, nonnullos ipsæ centuriæ in

NOTÆ

omnium centurionum, etiam in collegam suum sinistrum primopilum jus aliquod habuit. Imperabat quidem tantum suæ centuriæ, sed quia mandata imperatoris, aut Tribunorum, sæpe per illum edebantur in vulgus, etiam in acie, in agmine illum aspectabant; et ad ejus nutum sistebant, aut procedebant; quia Aquilam ipse regebat, et sub iter ipse illam refixam evellebat, et signifero suo in manum dabat, et in ipsa acie assistebat ad Aquilam, et ipsam tuebatur. Pro equitibus erant, seu dignitate equestri, qui primopilatu functi fuerant, et tantus ille honor fuit, ut tribuni postquam defuncti essent, illud munus ambirent.

[k] *Intra tabernaculum ducis obrutos*] Plerique tradunt *intra tabernaculum ducis obrutos.* At si fuerunt hic obruti, seu sepulti, igitur et hic interfecti sunt, in ea sententia, nam metu augendæ et exasperandæ seditionis id sic transactum fuerit. Itaque *obrutos* utrumque importat, nempe hic interfectos esse et sepultos. At ne putes sepultos intra tabernaculum Cæsaris, in quo ipse resideret, daretve se somno, sed intra ambitum, seu spatium illius tabernaculi: ingens enim spatium agri suo tabernaculo complectebantur imperatores, et vocabatur per excellentiam *prætorium*, quo nempe amicos, comites, seu contubernales nobiles exciperent, quo clientes diverterent, quo ministri, liberti, servi, equi, sarcinæ et cetera ejusmodi reciperentur.

[l] *Corpora extra vallum*] Ut in oppidis animadversiones extra muros; sic et in castris extra vallum. Ideo corpora hic abjecta in eum locum, qui fuit extra portam decumanam, a castrorum tergo, uti ex Vegetio discas I. 23. Seneca de ira I. 16. ‘Damnatus extra vallum deductus est, et jam cervicem porrigebat, cum subito apparuit commilito ille.’ Hirtius de bello Africano: ‘Sic extra vallum deducti sunt, et cruciabiliter interfecti.’

mentum fidei, tradidere. Auxerat militum curas præmatura hyems, imbribus continuis, adeoque sævis, ut non egredi tentoria, congregari inter se, vix tutari signa[m] possent, quæ turbine atque unda raptabantur: durabat et formido cœlestis iræ, 'nec frustra adversus impios hebescere sidera, ruere tempestates: non aliud malorum levamentum, quam, si linquerent castra infausta[n] temerataque, et soluti piaculo,[o] suis quisque hybernis redderentur.' Primum octava, dein quintadecima legio rediere. Nonanus, 'opperiendas Tiberii epistolas,' clamitaverat, mox desolatus aliorum discessione imminentem necessitatem sponte prævenit: et Drusus, non expectato legatorum regressu, quia præsentia satis consederant,[1] in urbem rediit.

31. Iisdem ferme diebus, iisdem causis Germanicæ legiones turbatæ, quanto plures, tanto violentius: et magna spe, fore ut Germanicus Cæsar imperium alterius pati nequiret, daretque se legionibus, vi sua cuncta tracturis.[1] Duo

argumentum sui obsequii dedidere. Legionum anxietatem solicitudinemque intenderat hyems præpropera, pluviis assiduis, adeoque violentis, ut e contuberniis efferre pedem non possent, neque convenire invicem, nec nisi agre retinere signa possent, quæ procellis et aquis rapiebantur: manebat et metus ultionis Deorum, nec sine causa pallescere astra, ingruere procellas, non aliud ærumnarum remedium, quam si desercrent castra infelicia pollutaque: et nisi se piaculo facinoris absolventes in sua quisque hyberna revcrterentur. *Primum octava legio*, mox quintadecima remeavere. Nona legio *exclamarat* expectandas Tiberii literas, *sed destituta aliarum* legionum *discessu, instantem necessitatem occupavit ultro, et Drusus haud expectato oratorum reditu, quia tum satis quietæ res erant, Romam reversus est.*

Eodem fere tempore et iisdem incitamentis Germanicæ legiones discordiis agitatæ sunt, quo plures, eo vehementius exarscre, *et maxima spe, futurum ut Germanicus Cæsar dominationem alterius ferre non posset, permitteretque se legionibus, opibus*

1 Editio princeps aliæque veteres, *considerant*.

1 Vulgo *Vi sua cuncta tracturus*. Male tentat Freinshemius, *tracturis*. Elegantissime vero Illustr. Pellicerius, *in sua cuncta tracturus*. Minime tamen absurdum, *vi sua*. Ideo nihil mutavi, licet Pelliccrianam emendationem

NOTÆ

[m] *Vix tutari signa*] Id est, recta habere et servare in principiis, ubi defixa.

[n] *Linquerent castra infausta*] Virg. Æneid. 'Linquere pollutum hospitium, dare classibus Austros.' Plaut. Mostell. 'Hospes me necavit, isque me defodit insepultum clam ibidem in hisce ædibus scelestus, auri causa: nunc tu hinc emigra: scelestæ hæ sunt ædes, impia est habitatio.'

[o] *Et soluti piaculo*] *Piaculum* hic capio non pro ipsa modo culpa, sed pro omni eo, quod culpæ quoquo modo cohærct. Ita hi non rebantur se satis purgari posse, nisi etiam locum, in

apud ripam Rheni exercitus erant: cui nomen superiori, sub C. Silio legato; inferiorem A. Cæcina curabat. Regimen summæ rei penes Germanicum, agendo Galliarum censui[p] tum intentum. Sed quibus Silius moderabatur, mente ambigua fortunam seditionis alienæ speculabantur: inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto ab unaetvicesimanis[2] quintanisque initio, et tractis prima quoque

suis cuncta rapturus. Duo exercitus excubabant apud Rhenum: qui vocabatur superior C. Silio legato parebat, inferiori A. Cecinna præerat. Imperium utriusque exercitus penes Germanicum, qui tum agendo censui Galliarum, seu tributis exigendis operam dabat. Sed legiones, quas Silius regebat, animis incertæ, discordiæ alienæ eventum respiciebant: inferioris Germaniæ legiones in vesaniam prorupere, cœpta primum discordia a legionibus una et vicesima et quinta, eodem abreptis prima

plurimum probem. *Brotier.*—2 In Ms. Flor. *unetvicesimanis.* Perperam Beroaldus edidit, *undevicesimanis.* Nusquam enim legionis XIX. passim vero XXI. mentio in Germania occurrit, ut recte animadvertit Lipsius. Edidi, *unaetvicesimanis*, non *unetvicesimanis*, quod in Historiarum libris, quorum plurimi extant Mss. codices, *unaetvicesima*, *unaetvicesimani* sæpe appellentur. *Brotier.*

NOTÆ

quo peccavissent, tanquam infaustum pollutumque relinquerent. *Freinsh.*

[p] *Agendo Galliarum censui*] Julius Cæsar omnem Galliam in provinciæ formam redegit, eique in singulos annos stipendii nomen imposuit, quod ex forma censuali juxta professionem tot capitum, liberorum et servorum, tot animalium, tot jugerum, &c. Romani, quibus jus erat, singulis mensibus, teste Dione, exigebant a vicis, municipiis, coloniis, civitatibus, et provinciis, præter eas quæ aut sociæ, aut benemeritæ, aut juris Italici factæ fuissent. Neque enim jus civitatis Romanæ habere necesse fuit, in quo mirum, ut eruditissimus Alciatus prævaricatus sit. Ad rem. Germanicus *agendo censui Galliarum* intentus erat, id est, tributo exigendo, et accipiendo: qua de re Claudii ejus filii legenda oratio est, quam ex ære exscripsi l. XI. *Vertranius.*

Agendo Galliarum censui] Res initium habuit non ab Julio Cæsare, sed ab Augusto. Nam Cæsar quidem tributi nomine H. S quadringenties imposuit Galliæ victæ, teste Suetonio: at censendi provincialem rationem, non ipse, non priores, instituerunt ante Augustum. Hujus autem census duplex modus. Videntur enim tributum et in capita contulisse: et in agros, lacus, pecudes, aliasque facultates. Prius illud eleganter ab Ammiano suggestum, l. XVI. ubi de Juliano Cæsare verba: ‘Quam primum profuerit anhelantibus extrema penuria Galliis, hinc maxime claret, quod primitus partes eas ingressus, pro capitibus singulis, tributi nomine vicenosquinos aureos repperit flagitari, discedens vero septenos tantum munera universa complentes.’ Panegyricus scriptor in laudibus Constantini, ‘Septem millia capitum remisisti, quartam amplius partem nostrorum censuum.’ Et statim: ‘remissione ista septem millium capitum, viginti quinque millibus dedisti vires, dedisti opes, dedisti salutem.’ Iterumque: ‘certe et tum liberi parentes suos carioros

ac vicesima legionibus: nam iisdem æstivis in finibus Ubiorum habebantur per otium aut levia munia. Igitur, audito fine Augusti, vernacula multitudo[q] nuper acto in urbe delectu, lasciviæ sueta, laborum intolerans, impellere ceterorum rudes animos: 'Venisse tempus, quo veterani maturam missionem, juvenes largiora stipendia,[r] cuncti modum mi-

atque vicesima. Quippe illæ versabantur in iisdem castris *æstivis apud fines Ubiorum,* seu Agrippinensium, ibi agitabant *per quietem aut modicos* militiæ *labores. Itaque nuntiata morte Augusti, servorum seu libertinorum turba ingens, nuper conscripto Romæ milite, licentiæ* urbanæ *assueta, laborum impatiens, imbuere ceterorum imperitas mentes,* Adesse tempus quo vetustus miles festinatam missionem efflagitaret, tirones majora stipendia, omnes ærumnarum modum

NOTÆ

habent, et mariti conjuges non gravate tuentur, et parentes adultorum non pœnitet filiorum, quorum onera sibi remissa lætantur.' Etiam tributum quod pro modo agrorum penderent, capitatio dicta a jurisconsultis, et Salviano Massill. v. 'Plerique paupereulorum atque miserorum spoliati resculis suis et exterminati agellis suis, eum rem amiserint, amissarum tamen rerum tributa patiuntur: eum possessio ab his recesserit, capitatio non receedit.' Scilicet a numero jugorum et capitum quibus agri coluntur. Sed persevero, ut Galli in capita contulerint etiam humana. De *agris* autem, *lacubus*, aliisque, quæ obnoxia tributo, habes apud jurisconsultos de censibus. *Lipsius.*

[q] *Vernacula multitudo*] Ante quinque circiter annos, nuntiata in urbe clade Variana, cum quidem Romæ subitum militem Augustus conscripsit ad tutelam ripæ Rheni; et plerosque e libertinis. Suetonius c. 25. et Dio l. LVI.

[r] *Largiora stipendia*] Quæ tamen non concessa sunt militi, nam solummodo 'placitum, missionem dari vicena stipendia meritis; exauctorari, qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo, ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis: legata (nempe Augusti) quæ petiverant, exsolvi dupliarique.' Attamen docti viri existimant auctum esse stipendium militi; sed quando et a quo principe dissentiunt inter se: alii auctum putant a Caligula, alii ab Othone, vel a Vitellio, alii etiam a Vespasiano; sed non probant. Certe profusi et prodigi Caligula, Otho et alii similes, non in stipendium tamen, sed in donativum, qua largitione emebant, aut corrumpebant militem, et quidem facile est uti donativo, quia semel transigitur: sed stipendium, quod singulis diebus, mensibus et annis recurrit, augere non perinde facile est. Otho solvit vacationes militum Centurionibus e fisco suo. Id usurparunt etiam sequentes principes, quia id utile Reipub. sed non auxit stipendium militare Otho; neque enim id præteriisset Tacitus, aut Suetonius, qui id prodidit de Domitiano, et vere. Et certe inter bella civilia Othonis et Vitellii multa reperias de præda, de præmiis belli et spoliis civium, et de donativo seu largitione in militem: at de stipendio aucto altum silentium. Quantum autem pecuniæ pareus fecrit Vespasianus, etiam post victoriam compertum est. Suet. 8. 'Participibus autem victoriæ adeo nihil extra ordinem indulsit, ut etiam legi-

seriarum exposcerent, sævitiamque centurionum ulciscerenpeterent, immanitatemque centurionum vindicarent. *Non unus hæc, ut in*

NOTÆ

tima præmia, non nisi sero, persolverit.' Adverte Suetonium dicere *præmia*, non *stipendia*. Adverte etiam denarium Romanum valuisse 12. asses, et tamen recipiebat miles tantum decem asses in diem, sicque in mensem 25. denarios tantum, non triginta, quod nunc petunt. Afferunt locum ex Suet. Domit. 8. quem tamen nemo hactenus intellexit. Sic habet Suetonius de Domitiano: 'Addidit quartum stipendium militi, ternos aureos.' Ibi legunt *ad ternos aureos* vel *in ternos aureos*, eodem sensu utrumque. Unde inferunt militem jam ante Domitianum habuisse *ternos aureos* in mensem, quibus ille *quartum* addidit. Sicque inde colligunt auctum fuisse stipendium militi a prioribus principibus, sed falluntur, et imponunt Suetonio, quem male corrigunt, nec intelligunt. Auctorem unum afferunt, quo maxime nituntur, Zonaram, qui tradit militem jam ante Domitiani tempora accepisse in mensem *quinque et septuaginta drachmas*, seu *denarios* Roman. quod idem est, ac *ternos aureos*. Et addidisse Domitianum *quinque et viginti drachmas* seu *denarios*, ita ut miles jam haberet in mensem centum drachmas, seu *centum denarios* Roman. id est *quatuor aureos*. Nam quilibet *aureus* pro viginti quinque denariis est, sicque ex Zonara intelligunt Suetonii locum hoc sensu. Jam aceipiebat miles in mensem *ternos aureos, quibus addidit quartum stipendium*, seu *quartum aureum* Domitianus, et sie recipiebat miles eo tempore et ex liberalitate Domitiani *quatuor aureos*, seu *centum denarios*. Itaque antea recipiebant *ternos aureos*, unde infertur necessario jam antea fuisse auctum militi stipendium a prioribus principibus. Sed falluntur cum Zonara; nam fallit et fallitur Græculus ille in rebus Romanis, nec intellexit Latinitatem Suetonii (quemadmodum nec Critici recentiores) ex quo hausit illud, aut non satis attendit; sic et sæpe fallitur Dio, cum aliquid invertit ex Tacito aut Suetonio, ut notavimus multis locis; itaque Zonaras hunc locum Suetonii capit eo sensu, quasi scriptum esset, *ternis aureis*, seu *ad ternos aureos* (utraque lectio eundem sensum faceret), sed parum peritus Latini sermonis nobis suum commentum pro vero Suetonii sensu intrudit.

Vera mens Suetonii fuit, stetisse fixum et immotum stipendium militare hactenus usque ad Domitianum, eo statu et modo, quo reliquerat Augustus, quo nempe miles habuit *unum aureum in mensem*, seu *quinque et viginti denarios*, sicque *duodecim aureos in annum*. Quibus aureis duodecim addidit Domitianus *quartum stipendium*, nempe *ternos aureos*, seu *quartum stipendii* (ut etiam legere volebat *Salmasius*); nimirum auxit Domit. stipendium annuum et cum proportione *menstruum diurnumque;* nempe quarta parte fecit amplius illud stipendium. Jam habebat miles *duodecim aureos* in annum, *ternos* addit Domitianus, qui sunt quarta pars duodecim aureorum, itaque lege Suetonii locum ut habemus, nulla mutatione facta, et sic intellige: *Addidit quartum stipendium militi*, nempe *ternos aureos*.

Possit etiam intelligi Suetonius isto sensu, *primum* nempe *stipendium* fuisse veteris Reipub. nimirum *tres asses*, quos duplicavit Dictator Cæsar, et dati *sex asses*, quod fuerit *secundum stipendium;* dein Augustus auxit ad

tur.' Non unus hæc, ut Pannonicas inter legiones Percen-

Pannonico exercitu Percennius, dictitabat, *nec apud pavidas incertasque militum*

NOTÆ

decem asses, quod fuerit *tertium stipendium*. At *quartum stipendium* nunc addit Domitianus. Antea recipiebat miles *duodecim aureos* in annum, nunc *ternis* additis, *quindecim* habent; in mensem antea habebant *viginti quinque denarios*, nunc habent *unum* et triginta, et insuper quartam partem denarii seu tres asses Rom. sic in mensem ipsis addebat Domitianus sex denarios et paullo plus, quod magni momenti gregario militi fuit, et majoris principi, si stipendium tot legionum in universum æstimes, quo et superavit vesana desideria legionum seditiosarum. Sic igitur antea recipiebat miles in mensem *novem libras* nostro more, ab ævo nempe Augusti, at nunc ex Domitiano recipit *undecim libras*, plus, minus; itaque recipiebat miles ab Augusto *denos asses* in diem, unde illud supra, cap. 17. 'denis in diem assibus animam et corpus æstimari.' At nunc a Domitiano recipit in diem duodenos asses, qui fuit verus valor denarii Romani; fuerint uostro more *septem asses* et insuper tres aut quatuor denarii: nam hactenus licet *denarius* Rom. valeret 12. asses, tamen teste Plinio XXXIII. 3. in necessitatibus Reipublicæ, 'Placuit denarium 16. assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis, ita Resp. dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus.'

Nunc igitur miles a Domitiano 12. asses, qui fuit denarius Romanus solidus, et amplius etiam accipit, et hoc *stipendium* majus est, quam quod tanto molimine efflagitarant in istis seditionibus, *ut singulos denarios mererent*, nempe, ut *denarius diurnum stipendium foret*. Hoc nunc obtinent absque ulla vi et ex mera liberalitate Domitiani, in quo auctu nihil mirum aut extremum. Et quis putet Domitianum quamvis insanum auxisse stipendium uno impetu et una eademque largitione 25. denariis in mensem? potius est et verisimilius, solummodo id auxisse in annum *ternis aureis*. At certe mira et extrema prodigentia foret, si augeretur stipendium usque ad 100. *denarios*, seu 4. aureos in mensem, usque ad 48. aureos seu 1200. denarios in annum. Quis non miretur inertes principes dedisse stipendium quater amplius, quam Augustum? quis non exhorrescat summam illam et extremam prodigentiam, quæ non modo imp. Romanum, sed etiam majora et opulentiora regna intra annum subvertere funditus potuit? Supputa tot caligas, reputa tot legatos et præpositos quibus et adaugeri debuit stipendium cum proportione; reputa igitur legatos legionum, præfectos castrorum, præfectos fabrorum, præfectos equitum, qui duplum, quam centuriones habuere, decem Tribunos, 60. centuriones in qualibet legione, totidemque optiones qui duplum recipiebant, præter *vacationes* ex fisco principis iis exsolutas; his adde, tesserarios vocatos, sesquiplares primipilos, aquiliferos, signiferos, imaginiferos; adde et equites 300. cujuslibet legionis, qui triplum gregarii militis recipiebant. Adde medicos ægris vel sauciis curandis destinatos, his adde duces regendis vehiculis, onagris et ballistis cujusque cohortis aut legionis impositos, et sexcenta alia ministeria. Jam supputa centum denarios in mensem tot caligis distributos, et cum proportione

nius, nec apud trepidas militum aures, alios validiores exercitus respicientium, sed multa seditionis ora vocesque: ‘ Sua in manu sitam rem Romanam; suis victoriis augeri

aures, alios potentiores exercitus speculantium, sed plurimæ *discordiarum voces, multa ora:* Sua in potestate positum imperium Romanum, suis victoriis

NOTÆ

tribunis, quorum *immensa salaria* in proverbium abierant, et ceteris præfectis, jam ipse videbis an possibile fuerit, vel per somnium, quod afferunt affirmantque Zonaræ Græculi auctoritate nixi.

Stipendia] Denos asses recipiebat legionarius miles, seu denarium æstimationis antiquæ. Pari modo prætorianus miles, qui duplum quam alii stipendium recipiebat, habuit in diem bis denos, seu 20. asses, sive duos denarios, quos denarios binos recepit, vel pro valore prisco, quo10. asses valebat; vel pro more novo, quo valebat denarius 12. asses, sicque recepisset prætorianus 24. asses in diem. Probant autem recepisse prætorianos duos denarios novi valoris, nempe 24. assium, comparatione facta largitionum Augusti et Tiberii supremis tabulis in prætorianos et legionarios; sed hoc adhuc incertum, quia talibus donativis semel transfigitur, non item in stipendio militari, quod singulis boris et diebus recurrit.

Interea diserte affirmat Dio patres effecisse *ut statuerentur custodibus* Augusti, prætorianis nempe, *stipendium duplum illius, quod aliis militibus persolveretur.* At aliis militibus persolvebatur, tantum denarius unus valoris prisci, seu deni asses. Itaque et prætorianus recipiebat etiam eodem modo duos denarios valoris prisci, seu vicenos asses. Etiam vides prætorianis post sedena stipendia missis decreta vicena millia nummum, aliis vero militibus post 20. stipendia missis duodena millia nummorum. Sicque præmia, seu commoda, emeritæ militiæ prætorianorum non fuerunt dupla, quam legionariorum. Unde colligere seu conjicere possimus prætorianos non habuisse stipendium duplo majus, quam legionarios. Attamen propter assentationes continuas in principem semper crescentes, forte nulla satis certa regnla fuit. Itaque res in medio sit.

Ut rem intelligas comparate ad nostrum morem. Apud Roman. denarius seu decem asses valebant quatuor nummos seu quatuor sestertios, quod idem est, qui 4. nummi faciunt sex asses nostræ monetæ. Itaque denarius Rom. prisci valoris, seu decem assium, valebat idem quod apud nos *sex asses*, et bini denarii prætorianorum seu 20. asses valerent id quod apud nos 12. *asses*. At nunc petunt legionarii denarium duodecim assium, ut valebat sub Augusto, qui foret idem quod apud nos septem asses et dimidius, paulo minus. Et si prætoriani habuerunt duos denarios duodecim assium, valerent idem quod apud nos quindecim asses, paulo minus. Itaque legionarii cum pro solito more reciperent in diem 10. asses, et nostro more 6. asses, recipiebant diebus decem coronatum nostrum, seu 60. asses nostri moris, et in mensem tres coronatos, seu 9. libras nostræ monetæ. Prætoriani decem diebus duos coronatos, seu sex libras, et in mensem 30. dierum, sex coronatos, seu libras octodecim.

rempublicam ; in suum cognomentum[s] ascisci Imperatores.'

crescere Rempub. in suum cognomen assumi principes.

NOTÆ

[s] *In suum cognomentum*] Si ad sua tempora Tacitus respexit, clara res : omnes enim post Tiberium fere imperatores cognomen sumserunt a pugnacissima gente. At quid est, quod hic milites in eo glorientur, nisi si divini et præscii futurorum ? nam ad hoc ævi solus Drusus et Germanicus cognomine illo usi, ex decreto, quod apud Dionem habes l. LV. Et si quisquam ex imperatoribus, solus certe Tiberius. Sed correctione explico me, et omnino scribendum censeo, *ascisci imperaturos*. Idque verum, cognomento illo insignitos eos, qui in spe principatus. Præter dictos, ecce Vitellius imperator : ' filium sinu retinens Germanicum appellavit, cinxitque cunctis fortunæ principalis insignibus.' *Lipsius.*

In suum cognomentum ascisci] Forte alludunt ad id quod habet Dio l. XLIV. de Julio Cæsare : ' Imperatoris quoque nomen, non antiqua tantum pro consuetudine,' &c. ' sed eo modo, quo nunc iis qui summum imperium obtinent, tum primo Cæsari primum imposuerunt, tanquam ipsi proprium. Eo etiam adulationis progressi sunt, ut filios quoque ejus, nepotesque ita nominari juberent, cum neque filium ipse ullum haberet, et jam senex esset.' Forte etiam quia Caligæ dicti, et ipse Caius Germanici filius jam Caligula appellabatur.

Dio lib. LV. asserit cognomentum Germanici datum Druso et filiis ipsius, nempe Germanico, Claudio, et Caligulæ, qui postea princeps. Sic jure dicebant Germaniciani illi milites ' ascisci imperatores in suum cognomentum.' Nondum tamen principes in id nomen tum temporis asciti. Itaque hic *Imperatores* intellige solummodo, qui sic appellarentur pro more veteris Reipub. Nam primo soli filii seu nepotes Drusi Germanici dicti, sic Britannicus Claudii filius antea dictus *Germanicus*, nec quia filius principis esset, sic dictus ; sed quia filius Claudii et nepos Drusi, qui primus hoc vocabulum habuit : et cui etiam mortuo delatum est illud decus, qui tamen Cæsar non fuit. Sed postea filius Vitellii principis dictus *Germanicus*, nec tamen præcise, ut puto, quia filius principis et Cæsar, sed per decus, aut potius per adulationem, quia in Germania imperator appellatus Vitellius, et filio ipsius obviam factus est victor ille Germanicianus exercitus non sine magno honore. Postea principes ipsi *Germanici* cognominati, non tamen ante Domitianum. Itaque vel pro more prisco locutus Tacitus, vel pro more sui ævi, quo nempe omnes principes *Germanici* appellabantur. Certe filii Drusi Germanicus et Claudius et nepotes ipsius *Germanici* dicti ob patrem, et filii ipsius Germanici, ut et ipse Germanicus, qui adoptatus a Tiberio fuerat, *Cæsares* fuerunt, non tamen præcise dicti *Germanici* quia *Cæsares*, sed quia orti erant ex Druso, cui delatum erat tale vocabulum a Senatu. Attamen quia *Cæsares* illi præcipue imperabant legionibus Germanicis, possit τὸ *Imperatores* hic intelligi indistincte et de ducibus et de principibus, quia ipsi duces *Cæsares* erant origine, et ita nati erant, ut ad Rempub. pertinerent, et imperium adipisci possent, ita ut miles hic per *imperatores* intelligeret indistincte et Cæsares qui jam legionibus imperabant, et eos qui toti Reip. præerant, aut etiam præesse pote-

32. Nec legatus obviam ibat: quippe plurium vecordia constantiam exemerat. Repente lymphati destrictis[1] gladiis in centuriones invadunt, (ea vetustissima militaribus odiis materies, et sæviendi principium,) prostratos verberibus mulcant,[2 t] sexageni singulos,[u] ut numerum centurionum adæquarent. Tum convulsos laniatosque et partim exanimos ante vallum aut in amnem Rhenum projiciunt. Septimius cum perfugisset ad tribunal, pedibusque Cæcinæ advolveretur, eo usque flagitatus est, donec ad exitium

Neque legatus obnitebatur: quippe multorum insunia fortitudinem abstulerat. Repente vesani nudatis ensibus in centuriones irruunt. Ea veterrima militaris iræ causa et furendi initium: humi afflictos plugis mutilant, sexageni milites quemque centurionem invadunt, ut sic numero centurionum pares essent. Tum direptos laceratosque et partim exsangues extra castra aut in fluvium Rhenum præcipitant. Septimius cum fuga perrupisset ad tribunal, et ad genua Cæcinæ procumberet, tumdiu expostulutus est, donec ad necem traderetur. Cassius Chærea, qui postea

1 Beroaldus, *districtis*. In melioribus libris, *destrictis*. Horat. Od. III. 1. 17. ‘ Destrictus ensis.’—2 Ita Ms. Flor. et editiones optimæ. Perperam Beroaldus, *mulctant*. Frequens librariorum error in vocibus *mulco*, *mulcto* vel

NOTÆ

rant, in id nati, nempe ex *domo regnatrice*. Neque satis distinguit rudis miles inter *Imperatores* actu, et Cæsares seu duces, qui *Imperatores* fieri poterant. Adverte etiam concionatorio more hic loqui milites, quo nempe res in majus augentur.

In cognomentum suum ascisci Imperatores] Filii Imperatorum *Cæsares* eodem modo dici potuerunt, eodemque sensu *Imperatores*, quo filii Regum *Reges* appellabantur. Et eo sensu *exacti Reges* Pomponio sunt *exactus Tarquinius et liberi illius:* nam *Regum liberi* et ipsi *Reges*. Sic interpres Virg. ad Eclog. I. et Æneid. II. Tullius Cæsariana 3. ‘ propone tibi duos Reges,’ nempe *Dejotarum* et *filium*. Sic Pacorus Regis Regum filius et dux Parthorum qui a Ventidio cæsus est in oriente, passim ab auctoribus *Rex* appellatur, quamvis etiam tum floreret imperaretque *Orodes* ipsius pater, cum bellum gessit, atque interfectus est Pacorus ille a Romanis. *Cæsar* tum nomen, mox dignitas filiorum principis. Itaque vel Cæsares illi sic dicti *Imperutores*, ut filii Regum *Reges*, vel intellige τὸ *Imperatores* indistincte, ut dixi supra: nec audienda *Criticu* Lipsii hoc loco.

[t] *Prostratos verberibus mulcant*] Hic notandus mos prosternendi verberibus afficiendos. Suet. in Tib. c. 11. ‘ Stratum humi pene ad necem verberavit.’

[u] *Sexageni singulos*] In legione 60. centuriones erant, duo in quolibet manipulo, et 30. manipuli erant. *Manipuli* ex centum et viginti militibus constabant. Dividebatur *manipulus* in duas partes, quas *ordines* vocabant. Cuilibet *ordini*, id est, sexaginta militibus unus præerat centurio.

dederetur. Cassius Chærea,[v] mox cæde C. Cæsaris memoriam apud posteros adeptus, tum adolescens et animi ferox, inter obstantes et armatos ferro viam patefecit. Non tribunus ultra, non castrorum præfectus jus obtinuit: vigilias, stationes, et si qua alia præsens usus indixerat, ipsi partiebantur. Id, militares animos altius conjectantibus, præcipuum indicium magni atque implacabilis motus, quod neque disjecti,[3] nec[4] paucorum instinctu, sed pariter ardescerent, pariter silerent: tanta æqualitate et constantia, ut regi crederes.

33. Interea Germanico, per Gallias, ut diximus, census accipienti, excessisse Augustum, affertur. Neptem ejus, Agrippinam, in matrimonio, pluresque ex ea liberos habebat. Ipse Druso, fratre Tiberii, genitus, Augustæ nepos: sed anxius occultis in se patrui aviæque odiis, quorum

interfecto C. Cæsare famam in posteros meruit, tum juvenis et mente impavidus, inter adversantes et armatos stricto gladio iter sibi aperuit. Non jam *Tribunus, non castrorum præfectus, auctoritatem aut vim imperii habuit: excubias, custodias, et si qua alia munia præsens necessitas admonuerat, ipsi vicissim obibant. Id militaria ingenia penitus introspicientibus, maximum argumentum* erat *magnæ atque indomitæ seditionis, quod neque inordinati aut inconditi, nihil paucis instigantibus, sed simul quiescerent, tanto consensu et æqualitate, ut ducibus parere ipsos existimares.*

Interea nuntiatur Germanico apud Gallias, ut memoravimus, census agenti, Augustum fato concessisse. Duxerat uxorem Agrippinam neptem illius, pluresque ex ea filios susceperat. Ipse filius Drusi, qui frater Tiberii, Liviæ *Augustæ nepos: sed animi æger ob secretas inimicitias patrui atque aviæ, quarum causæ*

multo.—3 *Distracti* corrigunt viri summi. Sed id tantundem est: *disjecti* ponuntur pro separatis et dispersis.—4 *Vel* optime Rhenanus. Corrupte in Ms. Flor. et editionibus veteribus, *nil paucorum instinctu.* Male a quibusdam emendatum, *nec.* Ipsa vetus scriptura innuit, *vel.* Sicque Tacitus infra Annal. III. 54. 'neque mihi aut vobis:' et Horatius, Epod. XVI. 5. 'Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer, Novisve rebus infidelis Allobrox.' *Brotier.* Homer. et Ryckius habent *vel* vice *nec.* Gronovius *nil.*

NOTÆ

[v] *Chærea*] De quo Seneca cap. 18. 'Huic Cajus signum petenti, modo Veneris modo Priapi dabat: aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam. Hæc ipse perlucidus, crepidatus, armillatus: coëgit itaque uti ferro, ne sæpius signum peteret. Ille primus inter conjuratos manum sustulit, ille cervicem mediam uno ictu decidit; plurimum deinde undique publicas, ac privatas injurias ulciscentium gladiorum ingestum est: sed primus vir fuit, qui minime visus est.'

causæ acriores, quia iniquæ :[w] quippe Drusi magna apud populum Rom. memoria, credebaturque, si rerum[x] potitus foret, libertatem redditurus ; unde in Germanicum favor, et spes eadem. Nam juveni civile ingenium, mira comitas, et diversa a Tiberii sermone, vultu, arrogantibus[y] et obscuris. Accedebant muliebres offensiones, novercalibus Liviæ in Agrippinam stimulis ; atque ipsa Agrippina paulo commotior, nisi quod castitate et mariti amore quamvis indomitum animum[1] in bonum vertebat.

eo violentiores, quia injustæ erant. *Nam Drusi ingens apud cives Romanos gloria, existimabaturque, si principatum adeptus foret, libertatem populo Romano restituturus ; unde in Germanicum amor et expectatio eadem. Quippe adolescenti popularе ingenium, maxima humanitas, et longe dissentiebat a moribus Tiberii, qui vultu arrogans et verbis obscurus atque ambiguus erat. His addebantur muliebres iræ, propter inimicitias novercæ Liviæ adversus Agrippinam : et ipsa Agrippina paulo violentior, nisi quod pudicitia et viri charitate quanquam ferocem animum in laudem flectebat.*

1 Puto *indomita animi ;* ut ' erectus et fidens animi.' Annal. IV. 59. ' lætus animi.' II. 26. ' incertus animi.' VI. 46.

NOTÆ

[w] *Causæ acriores, quia iniquæ*] Principes nunquam videri volunt errasse. Itaque quos semel injuste odisse cœperunt, urgent ad extremum, ne principio injustum in eos odium suscepisse videantur. Facilius cum principibus in gratiam redeunt, qui jure eorum iram in se provocarunt, quam si quos ipsi principes sine ulla justa causa odisse cœperunt. Nam si illis ignoscant, vident se mansuetos, ac misericordes visum iri. Hos si omittant, verentur ne hoc ipso præteriti temporis injustitiam et iniquitatem agnoscere videantur. *Muretus.*

Causæ acriores, quia iniquæ] Odium quo injustius, eo acerbius, ut fieri solet. Nam ubi justis de causis irascimur, iis sublatis cessat odium, quod implacabile est, præsertim apud potentes, quoties virtutibus alicujus gloriæque infensi sunt, sibique sua vitia velut exprobrari atque apud vulgum traduci creduut. *Freinshem.* Qui juste irascuntur, conscientia recti bonique sæpe contenti injuriam sibi illatam levius vindicant, nec alieno sceleri admodum invident. At qui iniquas iras concipiunt, cum adversus virtutem irascantur, acrius insurgunt, et conscientia invidiæ, et flagitiorum impotentius sæviunt, altius et vehementius virtuti invident ; præsertim cum invidia illa non solum virtutis, sed et imperii æmulationem accendit, tum illi acrius irascuntur in virtutem, quam boni justique viri adversus scelera et flagitia.

[x] *Credebaturque, si rerum*] Immo prodita a Tiberio ejus epistola est, qua de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat. Quæ una causa necis pio in patriam juveni, sed infelici. Suet. in Tib. c. 50.

[y] *A Tiberii sermone, vultu, arrogantibus*] Intelligendum quasi Tacitus scripsisset : *a Tiberii sermone vultuque arrogantibus et obscuris.* Nam spernit et omittit conjunctiones. Unde gravitas orationis, et simul obscuritas.

34. Sed Germanicus, quanto summæ spei propior, tanto impensius pro Tiberio niti. Sequanos[z] proximos et Belgarum civitates in verba ejus adigit. Dehinc, audito legionum tumultu, raptim profectus, obvias extra castra habuit, dejectis in terram oculis, velut pœnitentia. Postquam vallum iniit, dissoni questus audiri cœpere: et quidam, prensa manu[a] ejus, per speciem exosculandi,[1] inseruerunt digitos, ut vacua dentibus ora contingeret: alii curvata senio membra ostendebant. Assistentem concionem, quia permixta videbatur, 'discedere in manipulos' jubet; 'sic melius audituros responsum: vexilla præferri,[b] ut id saltem dis-

At Germanicus, quo summo fastigio propius admovebatur, eo acrius pro Tiberio tendere. In nomen ejus jurare compellit vicinos Sequanos et Belgarum civitates. Post hæc nuntiata legionum seditione, propere advenienti occurrerunt ipsæ extra vallum, demisso in terram vultu, quasi anteactorum *dolorem seu mœstitiam præferrent. Ubi castra ingressus est, diversos questus effundere miles cœpit: et nonnulli prensantes manum illius, osculandi prætextu, intulerunt digitos labellis, ut inania dentibus ora contrectaret: alii fatiscentes senio artus ostentabant. Circumstantem multitudinem, quia confusa videbatur,* abscedere in manipulos *jubet,* sic facilius responsum excepturos: et signa præferri, ut sic saltem cohortes distingue-

1 Ita Ms. Flor. et editiones veteres. Sine auctoritate recentiores, *osculandi*. Sic infra Hist. I. 45. 'exosculari Othonis manum,' ut recte observat Jac. Gronov.

NOTÆ

[z] *Sequanos*] Sequani populi Galliæ Belgicæ ab Æduis Arare fluvio divisi, vulgo: *la Franche Comté*.

[a] *Prensa manu*] Ad instar venerantium, gratantiumque. Sic Annal. XIV. 10. de Nerone: 'Adulatio ad spem firmavit: prensantes manus.' Ibidem: 'Centurionum Tribunorumque prehensantium gratantiumque.'

[b] *Vexilla præferri*] Quia disjecti, inordinati, et permixti inter se manipuli, quia confusæ inter se centuriæ et cohortes erant, quia nulla disciplina, nec pro more militiæ ordinabatur in concione miles, tanquam turbidus adhuc et tumultu plenus. Idcirco Germanicus discedere quemque in manipulos jubet, utque id facilius fieret, vexilla præferri imperat, ut cohærerent invicem manipuli, sicque distinguerentur cohortes. Tum aquilæ non prælatæ in majora illa principia, quibus alloquebatur militem Cæsar, quia seditione pulsi aut interfecti primipili qui regebant aquilam. Attamen jubet Germanicus, ut pro concione quælibet cohors vexillum suum præferat ordine et loco solito, ut si non distinguerentur legiones suis aquilis, saltem cohortes suis quæque vexillis discernerentur. Et cum illa vexilla seu cohortes suo loco starent pro more belli, sic idem ordo fuit, ac si aquilæ legionum astarent (si splendorem ac pompam excipias), quod magis decuit in tanto animorum motu, et præsente præsidenteque Cæsare.

cerneret cohortes :'[c] tarde obtemperavere.[d] Tunc 'a veneratione Augusti' orsus,[e] flexit ad 'victorias triumphosque

rentur: *ægre et lente obedivere. Tunc cum ab adoratione et* supplicatione Augusti *orationem incœpisset, vertit* ad victorias et triumphos Tiberii, *summis*

NOTÆ

[c] *Ut id saltem discerneret cohortes*] Id ne intelligas de solis veteranis, qui post exauctorationem adhuc habebantur sub vexillo, aut de cohortibus auxiliarium; sed de exercitu Romano, seu legionariis. Debucrunt vexilla præferri a signiferis, ut sub signis suis miles aggregaretur, et sic cohortes saltem distinguerentur; si nondum manipuli et centuriæ discerni poterant, quia nempe tum nulli centuriones militem regebant, qui occisi aut ejecti erant.

[d] *Tarde obtemperavere*] Vel contumaciæ retinentes, vel quia aberant centuriones, qui ducerent manipulos, aut ordiuarent sub signis.

[e] *A veneratione Augusti orsus*] Ita capio hæc verba, ut Germanicus initio orationis oculos conjecerit in imaginem Augusti signis affixam, quam sit veneratus genu flexo, et manu ori admota, mox orsus sit proloqui. *Aurelius.* Sic possunt accipere, qui nesciunt, quid Tacito et aliis sit *veneratio:* et certe id non omnes sciunt. Usurpant autem eam vocem pro ea, quam voluerunt dicere *venerabilitatem:* ut *veneratio Augusti* non sit actio aliorum circa eum, sed ipsi insita dignitas vel majestas. Sic lib. XII. 'Qui mos sacerdotibus et sacris antiquitus concessus, augebat venerationem fœminæ.' De Agrippina loquitur. Seneca ad Polybium cap. 21. 'Qui munere fortunæ tantam veneratiouem receperat, ut felicitas ejus effugeret invidiam.' Justinus de cohorte Alexandri l. XIII. 'Ejus virtutis ac venerationis erant, ut Reges putares.' Ergo 'a veneratione Augusti orsus,' id est, orsus est dicere de magnitudine ac majestate illius principis. *Gronov.*

A veneratione Augusti orsus] Puto, non amplius veneratur humanam Augusti majestatem, sed potius divinitatem ipsius colit. Nam tum inter Divos ascriptus erat Augustus: hinc incipit Germanicus ab ipsius veneratione, seu precatione, quod idem est. Illum veluti Deum in principio orationis precatur et adorat. Sic infra l. II. 8. 'Fossam cui Drusianæ nomen ingressus, precatusque Drusum patrem, ut se eadem ausum, libens placatusque exemplo ac memoria consiliorum atque operum juvaret.' Statim initio precatur Drusum patrem, a fortiori, Divum Augustum avum suum. Sic enim et infra 43. idem Germanicus precatur: 'Tua, Dive Auguste, cœlo recepta mens, tua, pater Druse, imago, tui memoria, &c. eluant hanc maculam.' Sic et apud Curtium Alexander invocat patrem Philippum: etiam Tac. XIV. 61. 'Læti Capitolium scandunt, Deosque tandem venerantur,' id est, precantur.

A veneratione Augusti orsus] Turnebus ad hunc locum Virgilii, 'Præfatus Divos solio Rex infit ab alto,' sic habet: Morem antiquorum expressit, qui antequam verba in Senatu vel concione facerent, Deos precari solebant, ut et qui apud Christianos religiosissimi sunt, facere solent. Nec hoc de antiquis illis exordiis interpretandum censeo, quibus orationem auspicari solebant veteres oratores, 'Deos immortales, judices, precor, Deasque omnes;' sed de precatione, quam facere antequam concionaren-

Tiberii,' præcipuis laudibus celebrans, 'quæ apud Germanias illis cum legionibus pulcherrima fecisset.' 'Italiæ' inde 'consensum, Galliarum fidem' extollit; 'nil usquam turbidum, aut discors.' Silentio hæc vel murmure modico audita sunt.

35. Ut seditionem attigit, 'ubi modestia militaris? ubi veteris disciplinæ decus? quonam tribunos, quo centuriones exegissent?' rogitans: nudant universi[1] corpora, 'cicatrices ex vulneribus, verberum notas' exprobrant: mox indiscretis vocibus 'pretia vacationum, angustias stipendii, duritiam

laudibus extollens, quæ in utraque Germania præclarissima gessisset cum istis legionibus. *Dein celebrat universæ* Italiæ favorem et Galliarum obsequium, nullam usquam seditionem aut discordiam. *Per quietem hæc, vel levi rumore excepta sunt.*

Postquam ad discordiam flexit, interrogans ubi obsequium militum? ubi priscæ militiæ gloria? quonam abegissent tribunos? quo centuriones ejecissent? *exuunt universi membra, objectant* cicatrices ex plagis, et verberum stigmata, *dein promiscuo clamore* pretia vacationum, modicum

1 Ms. Flor. et editiones veteres, *universa corpora.* Recentiores edidere, *universi.* Et merito. *Universa,* librariorum incuriam, aut scioli alicujus ar-

NOTÆ

tur, aut in Senatu loquerentur, solebant. Id ex ea concione intelligi potest, in qua Gracchus occisus est; de qua sic Cornificius scribit, 'cum Gracchus Deos inciperet precari, cursim isti impetum fecimt.' Id est, cum, antequam populum alloqueretur et concionaretur, Deos precaretur. Hæc Turnebus. Sic apud Curtium l. III. 'Victor ad hæc Atheniensium Philippus pater invocabatur: domitæque nuper Bœotiæ, et urbis in ea nobilissimæ ad solum dirutæ species repræsentabatur. Sic et pinxere Græci artifices Periclem Olympium.' Pausania teste, 'Forma Periclis fuit e suggestu populum alloquentis, manibus junctis, quoniam concionaturus semper Deos precabatur.' Sic et Livius l. XIX. 'Cum post solenne carmen precationis quod præfari prius quam populum alloquantur, magistratus solent.' Puto tamen illam precationem Deorum fuisse primam partem exordii, nec preces illas præcessisse orationem, nisi tanquam initium orationis. Sic quippe Deos bis precarentur, primo nempe, antequam alloqueretur, dein principio allocutionis et hoc loco innuere aperte videtur Tacitus Germanicum incœpisse orationem, seu allocutionem *a veneratione Augusti*, dein flexisse *ad victorias triumphosque Tiberii.* Puto, simul precabantur Deos et simul alloquebantur plebem, seu militem. Pericles e *suggestu populum alloquitur manibus junctis*, quia simul et precationem ad Deos, et vocem ad populum dirigebat initio suæ orationis: sic Demosthenes et alii prisci Oratores precationem Deorum ab oratione sua non discurrunt, et Gracchus cum *inciperet Deos precari* simul incipiebat concionari, idque exordium fuit.

operum,' ac propriis nominibus incusant 'vallum, fossas, pabuli, materiæ, lignorum[2] aggestus,'[f] et si qua alia ex necessitate aut adversus otium castrorum[g] quæruntur.[3] Atrocissimus veteranorum clamor oriebatur: qui tricena aut supra stipendia numerantes, 'mederetur fessis,[h] neu mortem[4] in iisdem laboribus, sed finem tam exercitæ militiæ,[i] neque inopem requiem,' orabant. Fuere etiam, qui

stipendium, asperitatem laborum, *ac propriis vocabulis increpant* munimenta, aggeres, cibaria jumentorum, sylvæ et lignorum acervos; *et si qua alia* opera, *vel ex necessitudine, vel contra desidiam castrorum parantur. Truculentissimus veteranorum clamor audiebatur, qui triginta annos militiæ aut ultra reputantes, rogabant* ut succurreret lassis, et ne vitæ finem in iisdem ærumnis invenirent; sed exitum tamen laboriosæ militiæ, neque egenam quietem postulabant. *Extitere*

gutiolam redolent.—2 Heinsius existimat, *lignorum*, redundare. Nihil tamen mutandum.—3 Pellicerius et Heinsius mallent, *queruntur:* et distinguunt post, *Castrorum*. Retineri potest vulgata scriptura.—4 Hæc mutila esse opinatur Heinsius. Ernestus suspicatur emendandum, *ne morerentur*. Nihil mutaverim. Hæc enim antiquitatem, non errorem

NOTÆ

[f] *Materiæ, lignorum aggestus*] Putant nonnulli vocem *lignorum* superfluam, et esse glossema, seu interpretationem vocis *materiæ;* sed certe longe differunt *materia* et *ligna: materia* paratur ad naves, turres, machinas, et alia hujusmodi exstruenda; at *ligna* longe ad alios usus, ad vallum, ad fossam implendam, ad limites struendos, ad ignem, et alios castrorum usus.

[g] *Adversus otium castrorum*] Hic intelligit longioris moræ, æstiva videlicet, aut hyberna: hic enim otio locus est, non in expeditionibus aut frequenti mutatione castrorum. Ita Corbulo, II. 20. in castra consueta reducere exercitum jussus, 'ne miles otium exueret, inter Mosam Rhenumque fossam produxit.' Sic XIII. 53. 'Ne segnem militem attinerent,' Pompeius Vetusque nonnulla opera moliti legiuntur. Seneca epist. 18. 'Miles in media pace decurrit sine ullo hoste, vallum jacit, et supervacuo labore lassatur, ut sufficere necessariis possit.' Livius lib. XXXIX. 'Et quia a bello quieta ut esset provincia effecerat, ne in otio militem haberet, viam a Bonnia perduxit Aretium.'

[h] *Mederetur fessis*] Similia milites Julii Cæsaris in seditione apud Lucanum, 'jam respice canos, Invalidasque manus, et inanes cerne lacertos. Usus abit vitæ; bellis consumsimus ævum; Ad mortem dimitte senes.' Sic apud Livium IV. 58. 'Prensantesque veteranos stipendia cujusque et vulnera ac cicatrices numerabant, quid jam integri esse in corpore loci ad nova vulnera accipienda, quid superesse sanguinis, qui dari pro Repub. posset? rogitantes.'

[i] *Tam exercitæ militiæ*] Præter pondus armorum et valli, præter labores, prælia, plagas et verba centurionum, præter vulnera hostium, præter spatia longa itinerum, etiam grave pondus perpetuo ferebat miles.

legatam a Divo Augusto pecuniam reposcerent, faustis in Germanicum ominibus;[5 a] et, si vellet imperium, promtos[6] ostentavere. Tum vero, quasi scelere contaminaretur, præceps tribunali desiluit: opposuerunt abeunti arma, mini-

etiam qui relictam supremis tabulis Divi Augusti liberalitate repeterent, lætis in Germanicum ominibus, et, si cuperet principatum, sese paratos ultro monstravere. Tum vero Germanicus, *quasi crimine pollueretur, e suggestu se confestim proripuit.*

sapiunt.—5 Frustra tentat Lipsius, *nominibus*.—6 Ms. Flor. editiones veteres, et inter recentiores Jac. Gronovius, *promtas*. Melius, *promtos*, ut patet ex superioribus, *atrocissimus veteranorum—fuere etiam qui*. Male Heinsius, *promta*. Illustr. Pellicerius, *se ostentavere*. *Se* omitti potest.

NOTÆ

Veget. I. 9. ‘ militari ergo gradu viginti millia passuum, horis quinque duntaxat æstivis, conficienda sunt. Pleno autem gradu, qui citatior est, totidem horis viginti quatuor millia peragenda sunt:’ et ibidem cap. 19. ‘ pondus quoque bajulare usque ad 60. libras et iter facere gradu militari frequentissime cogendi sunt juniores, quibus in arduis expeditionibus necessitas imminet annonam pariter et arma portandi.’ Et cum sero advenerant, castra munienda fuerunt, pabula, cibaria, agger quærendus, excubiæ per vices agendæ in ipsis castris. Exercitiis etiam perpetuis fatigati in hybernis et stativis castris. Livius XXVI. 51. de Scipione: ‘ Primo die legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt: secundo die arma curare et tergere ante tentoria jussit: tertio die rudibus inter se, in modum justæ pugnæ concurrerunt, præpilatisque missilibus jaculati sunt: quarto die quies data: quinto iterum in armis decursum est. Hunc ordinem laboris quietisque, quoad Carthagine morati sunt, servarunt.’ Intelligit Livius *Carthaginem novam* in Hispania. *Præpilata missilia* sunt, quorum mucro pila obtectus est, ne noceat. Sic etiam boni principes militem exercebant. Plinius paneg. ‘ Hæc tibi apud hostes veneratio, quid apud milites? quam admirationem quemadmodum comparasti, cum tecum inediam, tecum ferrent sitim: cum in illa meditatione campestri militaribus turmis imperatorium pulverem sudoremque misceres? nihil a ceteris, nisi robore ac præstantia differens, cum libero Marte nunc cominus tela vibrares, nunc vibrata susciperes, alacer virtute militum, et lætus, quoties aut cassidi tuæ, aut clypeo gravior ictus incideret?’ Multa etiam alia quæsita adversus otium castrorum, metalla investigata, et fossæ factæ, quibus flumina derivarentur, viæ stratæ lapidibus, pontes structi, &c.

[a] *Faustis in Germanicum ominibus*] Omina hoc loco sunt acclamationes propria significatione. *Omen* enim dictum quasi *osmen* aut *oremen*, quod ore et verbis fiat. Sic infra v. 4. ‘ Festis in Cæsarem ominibus.’ Plinius XXVIII. 2. ‘ Primum anni incipientis diem lætis precationibus invicem faustum ominamur.’ Alter Plinius: ‘ Optamus tibi et ominamur proximum in annum consulatum.’ Ita hic milites Germanico imperium.

tantes, ni regrederetur. At ille, ‘ moriturum potius, quam fidem exueret,’ clamitans, ferrum a latere deripuit, elatumque deferebat in pectus, ni proximi prensam dextram vi attinuissent. Extrema et conglobata inter se pars concionis, ac, vix credibile dictu, quidam singuli,[j] propius incedentes,[k] ‘ feriret,’ hortabantur: et miles, nomine Calusidius, strictum obtulit gladium, addito, ‘ acutiorem esse.’ Sævum id malique moris etiam furentibus visum: ac spatium fuit, quo Cæsar ab amicis in tabernaculum raperetur.

36. Consultatum ibi de remedio: etenim nuntiabatur, ‘ parari legatos, qui superiorem exercitum ad causam eandem traherent: destinatum excidio Ubiorum oppidum: imbutasque præda manus,[1] in direptionem Galliarum erupturas.’ Augebat metum gnarus Romanæ seditionis, et, si omitteretur ripa, invasurus hostis: at,[1] si auxilia et socii adversum abscedentes[2] legiones armarentur, civile bellum suscipi: periculosa severitas;[3] flagitiosa largitio; seu nihil militi,

Discedenti opposuere tela, minas intentantes, ni reverteretur. At ille exclamans se peritum potius, quam sacramentum detrectaret, *ensem a latere abripuit, sublatumque pectori infigebat, nisi prope astantes manum occupassent, et vi cohibuissent. Remotior et conferta inter se pars multitudinis, et quod vix fidem inveniat, nonnulli singuli, propius* tribunal *accedentes, incitabant ut* feriret; *et manipularis vocabulo Calusidius nudum ensem ei porrexit, subdens* acriorem esse mucronem. *Violentum id, malique exempli etiam insanientibus visum est, atque* interim *tempus datum, quo Cæsar ab amicis in tentorium deferretur.*

Agitatum ibi de modo sedandæ discordiæ, quippe afferebatur destinari oratores, qui illicerent legiones superioris Germaniæ in easdem partes: delectam prædæ et exitio civitatem Ubiorum: illectas avidasque prædæ legiones in populationem Galliarum irrupturas. *Intendebat pavorem conscius discordiæ Romanæ hostis, et si ripa desereretur irrupturus: at si auxiliares sociique adversum deficientes legiones immitterentur, ad arma civilia iri: anceps asperitas et plena probri largitio, seu nihil legionibus, seu*

1 Ita veteres editiones; et quidem optime. Male recentiores, *ac si.*—2 *Abscedentis* Gronov.—3 Accusativos frustra obtrudit Heinsius. Nomina-

NOTÆ

j *Quidam singuli*] Sic supra Tacit. ‘ Singulæ quædam cohortes.’ Non simul, non confertus miles accedebat ad tribunal Cæsaris, sed unus, dein alter succedebat propius, et ut feriret hortabantur.

k *Propius incedentes*] Legunt *accedentes;* sed sic intellige, non tamen lege.

l *Imbutasque præda manus*] *Imbutæ* hic sunt condocefactæ et quasi initiatæ. Sic. l. III. hist. ‘ ut civili præda miles imbueretur.’ Id est, ut sensim paulatimque assuesceret atque erudiretur.

sive omnia concederentur, in ancipiti respublica.[4] Igitur, volutatis inter se rationibus, placitum, ut epistolæ, nomine principis, scriberentur: ‘ missionem dari vicena stipendia meritis; exauctorari,[m] qui senadena fecissent, ac retineri

cuncta tribuerentur, in discrimine esse rempublicam. Itaque ponderatis inter se momentis censuere, ut literæ nomine Imperatoris componerentur: missionem concedi militibus, qui viginti annis meruissent, solvi sacramento qui sexdecim

tivi eleganter hic usurpantur.—4 Ita Ms. Flor. et recentiores. Male emendatum a Beroaldo, *republica. Rempublicam*, scil. fore: quare et præcedentia castiganda forsan, *periculosam severitatem, flagitiosam largitionem*, ut ad superiora referatur, ‘ augebat metum.’ *Brotier.*

NOTÆ

[m] *Exauctorari*] Exauctorationis ea vis, ut legio aliqua sacramento solveretur, signis aquilaque ademtis, non tamen dimitteretur protinus, sed seorsum in exercitu ageret, sub uno aliquo vexillo, donec præmia solverentur et agri. Interea immunis a labore, excubiis, et muniis, excepta pugna. Hæc *Lipsius*. Ex instituto Augusti, et nova fuit illa *exauctoratio* post 20. stipendia. Nec, puto, tota legio unquam exauctorata simul; nec id fieri potuit, quia semper in legione plures tirones, seu novi milites, qui exauctorari simul cum veteranis non potuerunt, et haud dubie numero plures quam veterani, nec unquam aquila, aut signa ademta legioni universæ, nisi cum plene dimitteretur; et tamen tum etiam sub vexillo et signis cohortium in colonias ducebantur totæ legiones, nec etiam universa legio sub uno aliquo vexillo agebat. Quis putet unum vexillum suffecisse toti legioni exauctoratæ? Potius exanctorati veterani, et a sua legione, quæ nomen et aquilam conservabat, separati, pro numero suo, vel sub uno vexillo merebant, vel sub pluribus, si multitudo ita postularet. Saltem omnes veterani cujuslibet legionis sub uno vexillo merebant.

Attamen *veterani* qui exauctorati ex pluribus legionibus in seditione Germaniciana repetant *vexillum* in domo Germanici situm. Sicque veterani illi multarum legionum videntur locati et meruisse sub uno et eodem vexillo, forte ut sic corpus militare validius et fere instar legionis constituerent. Posset tamen intelligi sensum Taciti esse, ut *veterani* illi nuper exauctorati suum quisque vexillum e domo Germanici repeterent, et forte hactenus satis fuerit, divisos illos veteranos turbidos sub suo quemque vexillo agitasse, quam simul permixtos. Nihil tamen audeo affirmare: sufficit mihi nunc legionem totam non esse simul sacramento solutam, nec ipsi aquilam et signa simul toti ademta esse, sed tantum veteranos delectos ex ætate et stipendiis exauctoratos esse, ceteros nomini legionis et sub aquila relictos. An autem illi veterani, sic missi, essent immunes ab excubiis, valde ambiguum, puto; id locum habuit tantum, cum essent in iisdem castris cum novo milite; sed cum in castellis, limite, aut præsidiis dispositi essent, certe tum ipsi excubias et cetera munia belli exequi debuerunt, sed uno loco tantum, nullis viarum aut exercitationum laboribus fatigati.

sub vexillo, ceterorum immunes,[n] nisi propulsandi hostis: legata, quæ petiverant, exsolvi, duplicarique.'[o]

37. Sensit miles, in tempus conficta, statimque flagitavit: missio per tribunos maturatur: largitio differebatur in hyberna cujusque.[1 p] Non abscessere[2] quintani unaëtvicesi-

stipendia fecissent, et illos retineri apud vexillum, ceterorum exemtos nisi repellendi hostis, legatam *ab Augusto pecuniam* quam poposcerant, persolvi et duplicari.

Cognovit miles simulata hæc ad tempus, statimque hæc *postulavit, exauctoratio festinatur per tribunos: pecunia differebatur,* solvenda *in hybernis cujuslibet* legio-

1 Sic optime Ms. Flor. et editiones recentiores. Pessime Beroaldus,

NOTÆ

[n] *Ceterorum immunes*] Immunes ceterorum onerum atque laborum, nisi, ut in hostem pugnarent. *Freinshem.* quod falsum. Nam et præsidia agitabant in castellis et limitibus imperii, unde propellebant hostem, si lacesseret. Igitur custodias et excubias agebant, quamvis nec ad longinqua bella præliaque, nec forte in diversas provincias traherentur, nec cetera belli munia obirent, veluti tirones, utpote qui senes jam et fessi laboribus erant; quamvis forte, cum in iisdem castris erant, una cum cetero exercitu tum custodias et vigilias et cetera belli non obibant, sed tantum propellebant hostem, et pugnabant.

[o] *Duplicarique*] Sicque recipiebat miles veteranus emeritæ militiæ præmium; qui ritus ut plene intelligatur: Primo prætorianus miles (quia nobilior illa militia) exauctoratus post sedecim annos recipiebat vicena millia nummorum sestertiorum (ejusdem valoris sestertius et nummus). Itaque suppono ut verum, sestertium valere unum assem et dimidium nostri moris. Itaque 100. nummi valent nostro more duos coronatos et dimidium, 1000. nummi 25. coronatos, seu 75. libras nostras. Sic viginti millia nummum seu sestertiorum sunt, nostro more 500. coronati, seu 1500. libræ, et hoc præmium emeritæ militiæ, seu commodum, recipiebat miles prætorianus missus post 16. annos. At legionarius miles post 20. stipendia missus præmium militiæ recipiebat duodecim millia nummorum, qui valent nostro more 300. coronatos, seu 900. libras: et tamen retinebantur adhuc sub vexillo, veteranorum nomine, 'ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis.'

Nihil dico de missione seu exauctoratione militis legionarii post 16. annos; quippe ea expressa per seditionem non duravit, tum præmium idem fuisset, nempe 12. millia nummum. An vero prætoriani exauctorati retinerentur adhuc sub vexillo quemadmodum legionarii, non perinde liquet: quasi verisimile sit post 16. stipendia non plene dimissos esse cum tantis commodis, neque illi ultro abesse a militia tam quæstuosa voluissent, duplum enim stipendium recipiebant, præter donativa Cæsarum et delicias urbanas. Video fuisse *veteranos,* fuisse *vexillarios* legionum, fuisse etiam *vexillarios* cohortium, et haud dubie *veteranos,* quia cohortes civium Rom. (has tantum intelligo, non sociorum) ejusdem conditionis, ac legiones. At de prætorianis nihil tale reperio. Sed de his alibi fusius.

[p] *In hyberna cujusque*] Æstiva

manique,[q] donec iisdem in æstivis contracta ex viatico

nis. *Noluere proficisci legiones quinta atque una et vicesima, donec* ipsis *numeraretur pecunia in his ipsis castris collecta ex fisco amicorum ipsiusque Germanici.*

largitio differebatur. In hyberna cujusquam non abscessere, &c. Scripturam codicis Florentini feliciter divinaverat Josias Mercerus, merita laude non defraudandus.—2 Frustra tentat Heinsius, *non assensere.* Assenserant quidem Primani ac Vicesimani: at cum Quintani et Unaëtvicesimani nollent in hyberna abscedere, donec largitio persolveretur, contracta est pecunia, et omnibus largitio persoluta.

NOTÆ

castra plures legiones habuerunt intra idem vallum, paratas hosti: ubi hyems ingruebat, abibant in hyberna, quæ sæpius intra urbes, aut proxime eas: et abibant discretæ ac separatæ legiones, ut sæpius tot civitates hybernis tenerent, quot legiones essent, aut si quando duæ tenerentur iisdem hybernis, castra tamen separatim metarentur. Exempla ubique apud Cæsarem, Tacitum, alios; et nostra militia idem tenet, quæ singulas catervas hybernatum mittit, præsidio singulis civitatibns. In exercitu Pannonico supra c. 30. ubi vides iisdem æstivis attentas simnl tres legiones; separatas, cum itum in hyberna. Itaque *nonani* illi manendum simul in æstivis clamabant, dum pollicitornm fides appareret, ne separati spernerentur. Idem prorsus in hoc exercitu Germanico fuit. Quatuor legiones in iisdem æstivis erant; prima, quinta, vicesima, unetvicesima. Earum seditionem periculosissimam summæ rerum veritus Germanicus, literas Tiberii fingit, quis promissa missio et pecunia: spe fore, ut pollicitis deliniti placarentur, quæ deinde separatis in hyberna repræsentarentur, uti e re et commodo reipub. visum esset. Sensit miles et promissorum fidem præsentem flagitavit. Itaque missio festinatur et pecunia differtur, donec in hyberna discretis legiouibus solveretur. Itaque levissima mutatione scribendum: *Largitio differebatur in hyberna cujusque. Non abscessere quintani.* Rursus, ut in illo superiori loco: ‘ et soluti piaculo suis quisque hybernis redderentur.’ Nam mox vides quintam et nnetvicesimam legiones hyemare in veteribns; primam et vicesinam apnd Aram Ubiorum, et ibi discreta primæ legionis castra. Hæc *Mercerus.*

[q] *Non abscessere quintani unaëtvicesimanique*] Cum acquiescerent primani et vicesimani, tardum fuit quintanis unaëtvicesimanisque expectare, donec in hyberna veniretur; ideoque acclamitaverunt minitabundi, non se vestigium moturos, non in officio futuros, nisi et nummi repræsentarentur: nec destiterunt tumultuari, donec concederet Germanicus. Hoc cum extorsissent duæ legiones improbæ; si non necessario; at prudenter placuit, ut modestioribus et moram passis ultro par honor haberetur; ne illi videntes, contumaciam furoris sociis profuisse, rursus exasperarentur, et male obrutum incendium resurgeret.

Non abscessere] Sensus hujus loci est: cum ‘ largitio differretur in hyberna,’ ceteri quidem acquiescebant; at *nonani* et *unetvicesimani* dissidentes, proficisci noluerunt, quin prius persolveretur ipsis pecunia promissa. Quorum exemplo aliæ legiones adhuc motum seu exitum discordiæ speculantes, pecuniam suam

amicorum ipsiusque Cæsaris, pecunia persolveretur. Primam ac vicesimam[r] legiones Cæcina legatus in civitatem Ubiorum reduxit, turpi agmine, cum fisci[s] de Imperatore

Cæcina præfectus reduxit primanos ac vicesimanos in oppidum Ubiorum fœdo agmine, cum pecunia ex duce rapta traheretur inter vexilla et aquilas. Germanicus

NOTÆ

etiam recepere: hinc dicit Tacitus ipsas reductas *turpi agmine*, cum pecuniam Imperatoris inter ipsa signa miles aveheret. Sicque se gessit Germanicus, ne diligere et potius præmiis afficere seditiosas ac turbidas legiones, quam quietas et pacem agitantes, et etiam ne vi ad id compelli putaretur. Par decus et par præmium modesto militi tribuit, etiam ne præferendo legiones alias aliis, exasperaret, quasi illas contemneret.

[r] *Primam ac vicesimam*] 'Largitio differebatur in hyberna cujusque.' Sed nolunt abscedere quintani et vicesimani, donec in iisdem æstivis contracta undecumque pecunia sibi solveretur. Sicque causam communem legionum ipsi sustinent. Itaque quatuor istis legionibus soluta est pecunia eodem loco, contracta ex viatico ipsius Cæsaris et amicorum. Et cum dicit Tacitus primam ac vicesimam legiones *turpi agmine* reductas cum *fisci ex imperatore rapti essent*: &c. id intelligendum pariter et a fortiori de aliis duabus legionibus, nempe de *quinta* et *unetvicesima*, quæ et ipsæ pervicaces fuerant, idque efflagitarant expresserantque a Cæsare.

[s] *Fisci*] Adverte ex donativo quod milites consequebantur, dimidiam partem sequestrari debuisse apud signa, ne nempe per luxum pecunia illa absumeretur. Addit Vegetius: 'Sepositio autem ista pecuniæ primum ipsis contubernalibus docetur accommoda: (nam cum publica sustententur annona, ex omnibus donativis augetur eorum pro medietate castrense peculium) miles deinde qui sumtus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat, magis diligit signa, pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam videt positam esse substantiam. Denique decem folles, hoc est, decem sacci per cohortes singulas ponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur etiam saccus undecimus in quem tota legio particulam aliquam conferebat sepulturæ scilicet causa, ut si quis ex contubernalibus defecisset de illo undecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa,' &c. Igitur præter vestem et annonam publicam, seu stipendium suum, miles recipiebat donativa, et ex illis donativis tantum, non ex stipendiis medietas sequestrabatur in castrense peculium, et apud signa deponebatur: et ut erant in qualibet legione decem cohortes, et quælibet cohors habebat suum signum seu vexillum, ita apud quodlibet signum, cujusque cohortis deponebatur unus follis, seu saccus, in quo pecunia illa militum asservabatur.

Fisci] Duo fiscorum genera erant apud signa, ut duo genera pecuniarum, principis Rom. et privatorum: signa apud Romanos sacra, quemadmodum templa: Tac. XVI. 'Fulgentibus aquilis in modum templi:' et quemadmodum Romæ pecunia reponebatur apud templa et ædes Deorum, sic et apud signa. Suet. Domit. VII. 'Geminari legionum castra prohibuit; nec plusquam mille nummos a quoquam ad signa deponi; quod L. Antonius apud duarum legionum hyberna,

rapti, inter signa interque aquilas veherentur. Germanicus, superiorem ad exercitum profectus, secundam et tertiamdecimam et sextamdecimam legiones, nihil cunctatas, sacramento adigit. Quartadecimani paulum dubitaverant. Pecunia et missio quamvis non flagitantibus oblata est.

38. At in Chaucis cœptavere seditionem præsidium agitantes vexillarii discordium legionum,[t] et[1] præsenti duorum militum

ad superioris Germaniæ exercitum se conferens, legiones secundam, tertiam decimam, et sextam decimam nihil moratas in verba Tiberii adigit. Quartadecimani paulisper cunctati erant, largitio et exauctoratio ipsis quanquam non postulantibus repræsentata est.

Sed apud Chaucos initium discordiæ fecerunt seditiosarum legionum vexillarii, qui ibi præsidium agebant, et hi præsenti duorum militum nece tantisper coërciti

---

1 Abest *et* in Gronov.—2 Forte corrupte, ut Hist. III. 12. Suspicari pos-

NOTÆ

res novas moliens, fiduciam recepisse, etiam ex depositorum summa videbatur.'

[t] *Præsidium agitantes vexillarii discordium legionum*] Frequens auctori nostro vexillariorum mentio. At quod militum genus esset, haud satis liquet. Lipsius de militia Romana l. I. dial. 8. et l. V. dial. 19. fuisse tradit exauctoratos milites, et nondum plene missos, qui dum præmia et agros expectant, velut veterani et evocati quidam a legionibus discreti, ad vexillum retinebantur, ideoque *vexillarii* dicti: ac de his capienda esse verba Taciti, de exauctoratis, paulo supra: 'missionem dari vicena stipendia meritis, exauctorari qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo, ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis.' Ipsum et alii sequuntur. Tamen multa sunt, quæ me dissentire cogunt. Nunquam enim eos Tacitus *veteranos* appellavit, aut aliquid dixit, unde id suspicari possis.

Immo contrarium arguitur l. II. hist. 'Nec tres prætorias cohortes, et mille vexillarios, cum paucis equitibus, veterano exercitui objicere;' et inferius: 'quippe Bedriacensi acie, vexillariis tantum pulsis, vires legionis non affuisse.' Secundo, cum aliquando maximus *Vexillariorum* numerus esset in exercitibus, sicuti eodem lib. secundo hist. Muciano tribuuntur 'tredecim vexillariorum millia;' si veterani omnes, quæ vires illis resistere potuissent? ac tot simul sub vexillo retenti, dum agros et præmia expectarent, quas turbas et seditiones suscitavissent, ea efflagitando, corruptissima præsertim disciplina? cum de legionariis ipsis, qui nondum veterani, id sæpius audiatur. Tertio, quod hic Tac. loquitur de agitantibus præsidium in Chaucis verisimile est, eos aliquamdiu ibi mansisse, at missio et exauctoratio a Germanico paulo antea, ac forsan illis ipsis diebus data fuit, ut supra patet: ergo *vexillarii* isti ex eodem numero exauctoratorum esse non poterant. Quarto, exauctorati tunc apud aram Ubiorum sub vexillo hyemabant, ut paulo infra Tacitus ait: ergo non iidem qui in Chaucis.

supplicio paulum repressi sunt. Jusserat id Mennius,[2] cas-

sunt. Præceperat id Mennius, castrorum præfectus, laudabili magis instituto, quam

---

sis *M.* vel *M. Ennius*, (ut III. 49. *Clutorius* pro *C. Lutorius*, XIII. 22. *Pantellus* et *Panteius* pro *P. Anteius*, et XII. 7. *Talledius* pro *T. Alledius*, vulgo male legitur) vel *Memmius* vel *Menenius*. Brotier.

NOTÆ

Quinto et ultimo, veterani ab sexdecim annis ceterorum erant immunes, nisi propulsandi hostis: ergo et præsidii agitandi, et tamen id præcipue muneris ab istis curabatur. Censeo igitur eos fuisse partem legionariorum militum, qui a sua legione abessent: ac *vexillarios* appellatos, quia sub aquilis legionum separati, sub vexillis propriis militarent. Observabis enim eos plerumque alicujus *legionis vexillarios* dici, et tamen eam ipsam legionem, non esse inter præsentes. Firmatur hæc opinio l. II. histor. 'Præcipua quartadecimanorum ferocia, qui se victos abnuebant: quippe Bedriacensi acie, vexillariis tantum pulsis, vires legionis non affuisse.' At superius eodem lib. dixit, e Dalmatia præmissa Othoni bina millia militum e quatuor legionibus, quarum præcipua quartadecima; ergo inter præmissos illi, quos postea, suos *vexillarios* legio vocat.

Clarius eodem lib. in ipsa pugna: 'circumventi plurium accursu Quartadecimani.' Nempe iidem, quos deinde dixit, *vexillarios pulsos*. Nam legio ipsa prælio non adfuit, ut patet. Juvat etiam locus Annal. l. XIV. 'Jam Suetonio quartadecima legio, cum vexillariis, vicesimariis, et e proximis auxiliares, decem ferme millia armatorum erant.' Paulo post dum eosdem in aciem componit, ait 'legionarius frequens ordinibus, levi circum armatura conglobatus, pro cornibus eques astitit:' ubi *legionariorum* appellatione videtur simul comprehendere quartamdecimam legionem, ac *vexillarios* vicesimæ. Nam pro levi armatura capiendi sunt *auxiliares*, ut docet Lipsius de militia Romana l. II. dial. 2.

Item *vexillarios* non fuisse equites, alibi Tacitus probat, qui separatim, *vexillarios* et *equites* appellat. Aliquando Tacitus pro *vexillariis*, dicere solet, *vexillum*. Annal. l. XV. 'vexilla delectorum ex Illyrico et Ægypto.' Hist. l. II. 'Tertiædecimæ legionis vexillum:' l. III. 'Cum vexillis nonæ, secundæque et vicesimæ Britannicarum legionum.' Nam de his ipsis in fine l. II. dixit: 'cum vexillariis trium Britannicarum legionum.' Habemus etiam *vexillarios cohortium* histor. l. III. 'Antonio vexillarios e cohortibus et partem equitum, ad invadendam Italiam rapienti.' Quos eadem ratione interpretor milites a cohortibus suis, nempe auxiliariis, separatos. *Pichena*.

Præsidium agitantes vexillarii] Recte et vere disserit Florentinus interpres adversus Lipsium. Unum tantum annotabo, in quo videtur errasse, nempe cum dicit, hoc fuisse discrimen, inter veteranos et vexillarios, quod veterani 'ceterorum immunes essent, nisi propulsandi hostis.' Sicque et præsidium agitandi fuisse immunes, non autem *vexillarios*, qui præcipue ad id destinabantur. Certe *veterani* etiam præsidia agitabant sub vexillo suo; tenebantur enim propulsare hostem, at quomodo propulsarent hostem, nisi in stativis castris et per castella et

trorum præfectus, bono magis exemplo, quam concesso

pro legitima potestate. Mox ingravescente seditione fugit, inventusque est, et post-

NOTÆ

colonias dispositi mererent: an in præliis tantum? quasi vero singulis diebus acie ordinata prælia committantur? et τὸ *propulsandi hostis* magis et sæpius intelligendum de præsidiis in quibus disponebantur, et a quibus arcebant hostem, quam de præliis; et haud dubie potius stabant aliquo certo loco illi veterani senio fessi, quam in diversas terras ad prælia traherentur.

Præsidium agitasse *veteranos* illos patet ex Tacito infra hoc l. XLIV. 'Secuti exemplum veterani, haud multo post in Rhætiam mittuntur specie defendendæ provinciæ ob imminentes Suevos.' At quomodo defendunt Rhætiam veterani, nisi præsidium ibi agitatent? Certe separati in perpetuum a sua legione militant, quemadmodum et vexillarii ad tempus tantum. Igitur potius limitem tuebantur in castellis et præsidiis, quam prælia committerent; erant enim soli et desolati, ut ita dicam, et procul a robore legionum amoti. Et eo consilio veterani deducebantur in colonias, etiam inter Barbaros nuper victos, ut custodirent, præsidiumque agitarent. Audi Tacitum l. XIV. 31. ubi de Britannis rebellantibus: 'Acerrimo in veteranos odio: quippe in coloniam Camalodunum recens deducti, pellebant domibus, exturbabant agris,' &c. 'Nec arduum videbatur exscindere Coloniam, nullis munimentis septam,' &c. Igitur Camaloduni præsidium agitabant veterani; certe ibi impetu Barbarorum circumventi sunt, et de illis ea iutelligenda: , Templum quo se miles conglobaverat, biduo obsessum, expugnatumque.'

Fallitur etiam *Pichena*, cum dicit ex cohortibus *auxiliarium*, selectos et missos fuisse *vexillarios*. Nam tantum e legionario, seu subsignano milite vexillarii mittebantur, ut ipsum nomen *vexillariorum* indicat. Mittebantur igitur *vexillarii* e legionibus tantum et ex cohortibus civium Romanorum, quæ separatæ ab omni legione militabant, et quæ ejusdem conditionis erant ac legiones, ut et alæ equitum, quæ etiam separatæ merebant tum temporis. Et cohortes auxiliarium contradistinctæ ab istis cohortibus, quæ e civibus Romanis delectæ, legionariæ, aut quasi legionariæ erant.

Auxiliares in locum *sociorum*, seu levium successerant, sicque haberi non debent inter *subsignanos:* neque *vexillarios* dare potuerunt, qui legionarii, subsignani, gravis armaturæ milites, et cives Romani erant. Quemadmodum olim in vetere militia socii, licet eadem cum Romanis disciplina instituti militarent, tamen non constituebant legionem, sed ad latera legionum Romanarum, quæ mediam aciem firmabant, disponebantur, neque proprie subsignani seu legionarii erant, licet etiam sua signa haberent, ita neque auxiliares isti, nova militia sub Cæsaribus, in subsignano milite censebantur, licet etiam forte sui moris vexilla præferrent, et sic illi subsignanum militem, seu *vexillarios* mittere non poterant.

Præterea *vexillarii* nostri soli et seorsim ad diversa ministeria belli procul mittebantur. At quis sanæ mentis, dicat auxiliares solos, et seorsim agmen constituisse, et sic incessisse ad præsidia præliaque? quis Romanus sanæ mentis provincias et bella externæ fidei committat? Nullum discrimen inter subsignanum et

jure.[u] Deinde, intumescente motu, profugus repertusque, postquam intutæ latebræ, præsidium ab audacia mutuatur:

quam sibi male tutum effugium esse cognovit, auxilium ex constantia petit: non

NOTÆ

legionarium militem, nisi quod legionarius sub aquila mereret; subsignanus sub vexillo et sub signis, cetera paria. Subsignani illi sunt *vexillarii* proprie qui separati ab aquila et legione sua ad tempus erant.

Vexillarii] Prolixe de *vexillariis* agit Salmasius in lib. de re militari Roman. sed in eo errat, quod *vexillarios* legionum comparet cum velitibus, seu levibus et antesignanis veteris militiæ Romanæ; erant enim vexillarii vere legionarii, vere subsignani et gravis armaturæ milites; erant robusti, *electi* et expediti: ideoque seligebantur ex cohortibus et legionibus, mittebanturque procul a sua legione ad diversa ministeria belli, quo ire tota legio non potuit, utpote machinis, impedimentis et sarcinis gravis et minus expedita; auxiliares vero cohortes et alæ loco velitum et levium erant in militia sub Cæsaribus.

Erravit etiam Salmasius in eo, quod certum numerum *vexillariorum* præfiniat in qualibet legione, nempe sexcentos *vexillarios* vult semper fuisse eo nomine, et officio perpetuo ad id destinatos. Sed Mucianus ex Syria secum trahit tredecim millia *vexillariorum*. At in toto Oriente erant forte sex legiones ad summum; unde igitur exorti tot vexillarii Muciani? certe vacua nomina legionum reliquerat Mucianus in Oriente, sub vexillis robur omne legionum Syriacarum ducebat, hos autem expeditos et electos vocabant vexillarios. At juxta sententiam Salmasii, Mucianus adduxisset tantum ex Oriente 3600. vexillarios; et quid hoc ad tantam belli molem, qua nempe de fortuna imperii et orbis decidi debuit?

Errat igitur etiam Salmasius in eo quod vexillariis istis affingat officium illud nomenque perpetuum, et cum essent in legione, et extra legionem. Nam certe *vexillarii* a legione sua separati nomen habuerunt, et *vexillarii* talis legionis vocabantur; at revocati semel et restituti suæ legioni nomen illud et officium statim amittebant, nihilque distinctum habuere a legionariis, qui sub aquila et in corpore legionis merebant, nisi quod separati ab aquila et corpore suæ legionis militabant, fere veluti cohortes Romanæ, aut alæ quæ separate et seorsim merebant; et maxime fallor, nisi sæpe ex qualibet legione duo, tria, vel quatuor millia hominum sæpe seligerent, ita ut desolatam fere aquilam relinquerent et vacuum nomen legionis, ut ex Tacito multis locis colligere est; præsertim ubi agit de Vitellio Britannicas et Germanicas legiones, seu vexilla illarum, secum in Italiam rapiente.

[u] *Quam concesso jure*] Soli enim illi jus plectendi militis, qui exercitus rector. Et Augusti quidem instituto (quod apud Dionem lib. LIII.) solis proprætoribus, sive legatis Augusti, quos gladio succinxerat, id jus fuit: postea enim proconsulibus, universisque provinciarum rectoribus, ex lege VI. de off. præsid. Saltem ut punirent milites gregarios leg. IX. de custod. reorum qui, exercitum accipit, jus animadvertendi in milites caligatos habet.

Bono magis exemplo, quam concesso jure] Ego accipio: magis opportune atque utiliter, quam legitime et ex disciplina. Nam ad imitationem, si cogites, *exemplum malum* erat, præsertim militiæ, gladio quenquam uti, cui jus utendi non est, vel in usum publi-

'non præfectum ab iis, sed Germanicum ducem, sed Tiberium Imperatorem violari.' Simul exterritis, qui obstiterant, raptum vexillum ad ripam vertit, et, 'si quis agmine decessisset, pro desertore fore,' clamitans, reduxit in hyberna turbidos et nihil ausos.

39. Interea legati ab Senatu,[v] regressum[1] jam apud aram Ubiorum[w] Germanicum adeunt. Duæ ibi legiones, prima

præfectum ab illis, sed Germanicum imperatorem, sed Tiberium principem lædi minuique: *simulque perterrefactis, qui adversati fuerant, rapit vexillum, et ad* Rheni *ripam iter flectit, et* si quis ordine abcessisset, quasi desertorem habitum iri *clamitans, reduxit in castra turbulentos, sed nullum scelus ausos.*

Interea missi a patribus legati conveniunt Germanicum, jam ad aram seu oppidum *Ubiorum reversum. Ibi in hybernis erant duæ legiones,*

1 Ita Ms. Flor. Lipsius, et recentiores. Pessime Beroaldus, *ab senatu re-*

NOTÆ

cum. Unde illud Galbæ: 'Commilito quis jussit.' Et inde ausus L. Otho Imperatoris pater: 'Milites quosdam, quod motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores occiderant, capite punire, et quidem ante principia se coram, quamvis ob idipsum promotos in ampliorem gradum a Claudio sciret:' quo facto gloriam eum auxisse testis Suetonius. Eodem pertinet Velleii, cum Clodium a Milone jugulatum ait, 'exemplo inutili, sed facto salutari Reipublicæ.' Hic respexit ad imitationem. At Tacitus *bono exemplo* non dixit pro re imitanda, sed simpliciter pro *bene;* quemadmodum Juvenalis, 'exemplo quodcumque malo committitur.' Hoc est, *male*, aut *perperam*. Bene autem factum interpretatur ob utilitatem præsentem.

Bonum et utile factum pro re et occasione, et ex quo etiam forte utile sumi exemplum posset in simili casu: at absolute et simpliciter inconcessum, et præter disciplinam, præterque leges Imperii commissum; ut puto L. Otho apud Suetonium animadvertit in milites, non tantum quia inconcesso jure occiderant præpositos suos, quasi defectionis auctores, sed etiam quia ipsi milites ejusdem criminis rei occiderant præpositos, jam ad meliorem mentem reversos; et quia vindicabant ipsi crimen quod commiserant; et quia fraude id agebant, nempe ut sic se absolverent, cædeque, sic ducum præmia a principe obtinerent.

[v] *Legati ab Senatu*] Deligebantur legati a senatu et e senatu. Cic. in Vatinium 'Ne hæc quidem senatui relinquebat, quæ nemo unquam ademit, ut legati ex ejus ordinis auctoritate legerentur. Adeo ne tibi sordidum consilium publicum visum est, adeo afflictus senatus, ut non nuncios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici consilii auctores, non ministros muneris provincialis, senatus, more majorum deligere possit.'

[w] *Aram Ubiorum*] Hæc ara fuit forte exstructa in honorem Augusti, quemadmodum Ara Lugduni structa erat, de qua Suet. Claud. II. 'Claudius natus est Julio Antonio, Fabio Africano Coss. Cal. Augustis, Lugduni; eo ipso die, quo primum ara

atque vicesima, veteranique, nuper missi sub vexillo, hyemabant.[x] Pavidos et conscientia vecordes intrat metus, venisse Patrum jussu, qui irrita facerent, quæ per seditionem expresserant: utque mos vulgo, quamvis falsis reum subdere,[z] Munatium Plancum, consulatu functum,[y] princi-

prima atque vicesima, simul et veterani nuper exauctorati apud vexillum habebantur. Trepidos veteranos *et scelere vesanos incessit formido, venisse legatos decreto patrum, qui abolerent ea, quæ per vim et discordiam extorserant, et ut vulgus solet, quanquam fictis* criminationibus *reum aliquem supponere, increpant Munatium Plancum virum consularem, legationis du-*

gressi jam.—2 Emendabat Illustr. Pellicerius, *reum subdidere.* At nihil mutandum.

NOTÆ

ibi Augusto dedicata est,' &c. De qua ara Strabo l. IV. ubi de Lugdunensi oppido: 'Ibi templum ab universis Gallis communi impensa in honorem Augusti Cæsaris exstructum fuit. Aderat et ara dignitatis eximiæ cum titulo gentium sexaginta, quæ singulæ singulas statuas ibidem erexerant.' Eo exemplo puto et nationes Germanicæ, præcipue Cisrhenanæ, aram illam Ubiorum exstruxerant. Et ejusdem Dei sacerdotes erant primores istius gentis.

Id genus aræ multas partes habuerunt, et magnifice summoque splendore exornatæ erant, qualem describit, ut puto, Pausanias in Atticis. 'Apud Oropios templum Amphiarao, et eidem e candido lapide signum. Ara quidem ejus in partes distributa est quinque, earum una Herculi, Jovi, Apollini Pæonio: altera heroibus eorumque uxoribus; Vestæ tertia, Mercurio, Amphiarao, et Amphilochi filiis,' &c. 'Quarta aræ pars Veneri Panaceæ, Jasoni, Hygiæ, Minervæ Pæoniæ: quinta Nymphis, Pani, Acheloo, et Cephiso omnibus sacra est.'

[x] *Veteranique, nuper missi sub vexillo, hyemabant*] Erant illi *veterani* missi nuper ex quatuor legionibus, nempe ex *una et vicesima, quinta, prima, et vicesima:* et omnes simul *veterani* illi, quamvis e multis et diversis legionibus selecti, *sub uno vexillo hyemabant.* In quo distingui debent a veris et proprie dictis *vexillariis;* nam isti ex una certa legione selecti, sub suo quisque vexillo merebant; et dicebantur *vexillarii* talis legionis: ita ut, cum simul essent vexillarii plurium legionum in iisdem castris, plura etiam habuerint vexilla. *Veterani* vero semel missi jam nullius legionis erant, et ex pluribus legionibus exauctorati et segregati in unum corpus componebantur, ordinabanturque sub uno eodemque vexillo, vel forte sub pluribus, pro numero suo. *Veterani* quippe potuerunt sub pluribus vexillis ordinari; nam, verbi gratia, *veterani* inferioris Germaniæ legionum, non erant ordinati sub eodem vexillo, quo *veterani* legionum superioris Germaniæ, attamen non ordinabantur sub vexillo, quod nomen ferret legionis ex qua extracti erant, quemadmodum *vexillarii;* quod notavi, ne *veteranos* confundas cum *vexillariis.* Forte et veterani ejusdem legionis, ex qua missi erant sub uno vexillo compositi, si numerus sufficeret; quod melius utiliusque et ipsis et Reipublicæ foret, quam si ex pluribus legionibus mixti essent.

[y] *Consulatu functum*] Et quidem nuper. Consul enim fuit anno ante,

pem legationis, auctorem Senatusconsulti incusant: et nocte concubia vexillum, in domo[z] Germanici situm, flagitare

cem, tanquam decreti auctor esset; et nocte intempesta, postulare incipiunt vexillum suum, in ædibus Germanici collocatum; et agmine facto ad fores, valvas effringunt,

NOTÆ

cum C. Silio. Munatium illum esse, qui censor fuit anno DCCXXXII. fuge credere. Non facile ætas fert; non Taciti verba. Dixisset enim potius a præcipuo honore, *censura functum:* filius, credo ejus. *Lipsius.*

[z] *Vexillum, in domo*] Signum futuræ pugnæ vexillum purpureum fuit; quod asservabatur merito in tabernaculo ducis, quia illi soli jus et arbitrium proponendi. Hoc illud vexillum est, quod lymphati milites postulant, et cum eo jus scilicet cædis et armorum. *Lipsius.*

Vexillum, in domo Germanici] Non possum subscribere viris doctissimis, quibus libenter assurgo. Quorsum enim signum pugnæ, ubi nemo hostis? postquam in hyberna jam concesserant? Sed jus cædis, inquit, postulant, et armorum. Itane armorum, adversus quos? legatos? At hi inermes. Cædis tamen, quorum? eorundem? At etiam sacrosancti. An Germanicus, cum tandem, invitus licet, vexillum tradidit, simul jus dedit cædendi legatos? Dii meliora. Ego vero, *vexillum* intelligo, de quo legis hoc ipso capite: 'veteranique nuper missi sub vexillo hyemabant:' quod nacti erant, cum exauctorarentur. Hoc suspicabantur venisse, qui sibi ereptum atque suppressum irent ab senatu, legatos: ideo illud in sua potestate esse optimum rebantur. Etsi enim tot erant caligæ, tot millia clavorum, ut, quamvis hoc suppressum esset, quod acceperant, aliud renovato tumultu extorquere possent; tamen ipsum omen verebantur, si, modo, quod accepissent, fieret irritum. Et facile subserviebant veteranis, qui sub signis manebant, quippe metuentes, ne, si veteranis auferretur vexillum, ab sese repeterentur nummi, eadem vi expressi.

Vexillum, in domo] Petebant nempe vexillum, quod ipsis nuper concessum erat, velut auctoramentum missionis suæ; et quia per vim illud expresserant, metuebant, etiam, ne illud severitate legatorum a senatu advenientium ipsis auferretur: 'Vecordes intrat metus, venisse patrum jussu, qui irrita facerent, quæ per seditionem expresserant.' Et quia noctu in domo Germanici collocatum vexillum erat, non sine aliquo consilio et prudentia ducis, id sibi raptum senatusconsulto existimant, et cum eo missionem ablatam sibi fingunt. Hinc exardent veterani, quorum audaciæ legiones favebant, spe quondam paris licentiæ, et pariter in seditionem prorumpebant.

Vexillum, in domo Germanici situm, flagitare occipiunt] Sensus est: veterani nuper missi sub vexillo hyemabant: qui statim atque viderunt legatos a senatu missos, subit metus, illos legatos fuisse, ut irrita facerent, 'quæ per seditionem expresserant.' Itaque nocte concubia, quo tempore major offunditur animis pavor, repetunt vexillum, quod perlatum fuerat in prætorium Germanici. Cur autem repetunt suum vexillum? nc nempe senatusconsulto ipsis adimatur missio seu exauctoratio, quæ antea ipsis concessa fuerat a Germanico, cujus missionis, velut auctoramentum fuit, seu signum publicum tale vexillum, sub quo jam merere et hyemare cœperant. Cur autem perlatum fuerat

occipiunt: concursuque ad januam facto, moliuntur fores; extractum cubili Cæsarem, tradere vexillum, intento mortis metu subigunt: mox, vagi per vias, obvios habuere legatos, audita consternatione, ad Germanicum tendentes: ingerunt contumelias: cædem parant: Planco maxime, quem dignitas fuga impediverat: neque aliud periclitanti subsidium, quam castra primæ legionis.[a] Illic signa et aquilam amplexus, religione sese tutabatur: ac, ni aquilifer Calpurnius

coguntque abreptum e strato Cæsarem, necem intentantes, sibi vexillum præbere. Dein per vias palantes, inciderunt in legatos, qui audita seditione ad Cæsarem contendebant. Hos probris et convitiis incessunt, his necem destinant, præcipue Planco, quem dignitas sua fugere prohibuerat. Neque aliud in tali discrimine suffugium fuit, quam stativa primæ legionis. Illic vexilla et aquilam complexus sanctitate loci *sese tuebatur; ac nisi aquilifer Calpurnius vim ultimam prohibuisset,*

NOTÆ

tale vexillum in domum Germanici? Puto id factum tunc temporis, præter ordinem, ne noctu congregarentur sub vexillo suo veterani, et ne rursus exarderent seditiosi illi, et ne ceteros milites in eadem traherent. Quod vexillum ipsis reddebatur interdiu, cum nempe magis compositi in modestiam animi, et cum rabies eorum seu mala consilia explorari et prohiberi facilius poterant: et præcipue metui hosce veteranos, hinc patet, quod statim separantur, et procul ablegantur a castris illis. Tacitus I. 1. 44. 'Veterani haud multo post in Rhætiam mittuntur, specie defendendæ proviuciæ ob imminentes Suevos. Ceterum ut avellerentur castris,' &c. Veteranis ceteri caligæ favebant spe paris licentiæ, spe ejusdem præmii aliquando et missionis, etiam post sedena stipendia.

Vexillum, in domo Germanici] Id explicui de veteranis, qui repetebant vexillum illud per seditionem expressum, sub quo merebant 'immunes omnium nisi propulsandi hostis.' Idque firmat sententiam illam, quia metuebantur illi veterani, veluti capita discordiæ; et in illis causa omnium agebatur, nempe an emeriti forent post 16. stipendia. Itaque ceteros caligas facile trahebant: metuebatur igitur, ne nocte cum suo vexillo sævirent, ideoque per noctem situm erat illorum vexillum in domo Germanici. At vix congregari et coalescere poterant, nisi sub tali vexillo, ut simul exardescerent erumperentque; quod vexillum haud dubie ipsis reddebatur de die, cum magis compositi in modestiam animi, et cum facilius eorum consilia explorari et prohiberi poterant. Et certe re composita, non sine cruore tamen, statim ablegantur e castris teste Tacito 1. 44. 'Ceterum ut avellerentur castris, trucibus adhuc non minus asperitate remedii, quam sceleris memoria.'

[a] *Quam castra primæ legionis*] Si fuerunt in iisdem castris duæ legiones, per *castra* hic intellige principia, in quibus erant aquilæ et signa primæ legionis; ut quælibet legio seorsim habuit sua principia ita et partem castrorum separatam, quæ castra talis legionis seu principia dici potuerunt, quia separata, licet intra eun-

vim extremam arcuisset, (rarum etiam inter hostes,) legatus populi Romani, Romanis in castris, sanguine suo altaria Deum[b] commaculavisset. Luce demum, postquam dux et miles et facta noscebantur, ingressus castra Germanicus, perduci ad se Plancum imperat, recipitque[3] in tribunal. Tum 'fatalem,' increpans 'rabiem, neque militum, sed Deum ira resurgere,' cur venerint legati, aperit: 'jus legationis, atque ipsius Planci gravem et immeritum casum,' simul, 'quantum dedecoris adierit legio,' facunde miseratur; attonitaque magis, quam quieta concione, legatos, præsidio auxiliarium equitum, dimittit.

40. Eo in metu[1] arguere Germanicum omnes, 'quod non ad superiorem exercitum pergeret,[c] ubi obsequia, et contra rebelles auxilium. Satis superque missione et pecunia et mollibus consultis peccatum: vel, si vilis ipsi salus,[2] cur filium parvulum, cur gravidam conjugem, inter furentes, et

quod raro contingit etiam inter hostes, orator populi Romani, Romanas inter legiones, deorum aras cruore suo contaminavisset. Orta die tandem cum dux milesque et ea quæ agebantur dignosci possent, vallum intrat Germanicus, et deduci ad se Munatium jubet, assumitque in tribunal. Tum fatalem *incusans* vecordiam, neque sponte legionum, sed cœlestium ira, malum recrudescere; *exponit, cur missi sint oratores; et mira facundia deplorat* jus legationis, quod sacrosanctum et inviolatum esse debuit; atque ipsius Planci discrimen ingens, et absque ulla sua culpa, *simul* quantæ ignominiæ quantoque flagitio sese exposuerit legio prima; *et stupente magis quam sedata multitudine, legatos abscedere jubet, alarium equitum præsidio stipatos.*

Ea consternatione increpabant Cæsarem, quod non se conferret ad superioris Germaniæ legiones, ubi obedientia et adversus rebellantes præsidium. Satis superque exauctoratione et largitione et mitibus consiliis peccatum esse: vel si salutem suam ipse aspernaretur, cur retineret apud se tenellum filium? cur prægnantem uxorem

3 Male Ms. Flor. et Beroaldus, *recepit.*

1 Frustra tentat Lipsius, *eo in motu.* — 2 Malim, *si vilis ipsi sa-*

NOTÆ

dem valli ambitum continerentur.

[b] *Altaria Deum*] Sunt aræ, ut opinor, quæ in principiis honori aquilarum et castrensium Deorum statutæ erant: itemque principum, quorum effigies in signis. *Lipsius.* Puto, non fuerunt imagines Deorum aut principum in ipsis signis, sed inter signa ferebantur; distinguit enim Vegetius *imaginiferos* et *signiferos.*

[c] *Quod non ad superiorem exercitum pergeret*] Sic enim seditiosi vel metu vel invidia mutati essent; metu, ne ab aliis in obsequio manentibus oppugnarentur; invidia, si alios ipsis anteposuisset Germanicus. Sic cum Treveros uxorem et filium amoveret, flexit animos militum. Tacitus, 'nihil æque flexit, quam invidia in Treveros.'

omnis humani juris violatores haberet? illos saltem avo et reipublicæ redderet.' Diu cunctatus, aspernantem uxorem,[3] cum 'se Divo Augusto ortam, neque degenerem ad pericula' testaretur, postremo uterum ejus et communem filium, multo cum fletu, complexus, ut abiret perpulit. Incedebat muliebre et miserabile agmen,[d] profuga ducis uxor, parvulum sinu filium gerens: lamentantes circum amicorum conjuges, quæ simul trahebantur; nec minus tristes,[e] qui[4] manebant.

41. Non florentis Cæsaris, neque suis in castris, sed velut in urbe victa, facies, gemitusque[f] ac planctus, etiam militum aures oraque advertere. Progrediuntur contuberniis: 'quis

haberet inter vesanos, et qui omne jus humanum polluissent? illos saltem principi et Reipublicæ servaret. *Cum diu dubitasset, tandem proficisci jussit uxorem, licet renuentem, ut quæ* se Divi Augusti sanguinem, neque in periculis *pavidam aut* degenerem *profiteretur; cum sinum ejus et communem prolem multis cum lacrymis osculatus esset, eam dimisit, ingrediebatur fœmineum et flebile agmen, fugiens imperatoris conjux, et tenerum gremio puerum gestans; ejulantes circum amicorum uxores quæ simul rapiebantur, nec minus mœsti qui remanebant.*

Non imperantis Cæsaris, neque tanquam suas inter legiones, sed velut in capta civitate species, fletusque, et ejulatus, convertere etiam militum aures atque oculos. Prodeunt e tentoriis, rogitant, quis ille miserabilis planctus? quid tam mœstum?

---

lus sua. Brotier.—3 *Aspernantem uxorem* Brotier habet. Minime probabiliter Lipsius, *aspernante uxore.* Germanicus uxorem, pericula aspernantem, ut abiret perpulit. *Brotier.*—4 Mariti illarum fœminarum, qui manebant. Nec emendandum cum Lipsio, *quæ*, ut ad mulieres referatur.

NOTÆ

[d] *Miserabile agmen*] Cum Agrippina Germanici se reciperet ad Treveros, ne putes adeo desolatam. Haud dubie stipabat illam cohors fidorum militum, et sociorum et amicorum illustrium: sic olim data *prætoria* cohors Octaviæ Augusti sorori ad Antonium proficiscenti, insignibus suis armisque fulgens. Si concessa est matri et uxori principis statio et custodia prætorianorum et Germanorum, quid ni et uxori Cæsaris aliquantum decus concedatur? quid ni et Agrippinam prætoria cohors comitetur? præcipue cum tunc ad se redierint seditiosi, seque ei ministerio haud dubie obtulerint. Dicit Tacitus *Flebile agmen*, quia mulieres in fletum effusæ abibant, quia in metu, pavore, et in extremis angustiis versabantur, quorsum insania et rabies seditiosorum evaderet, incertæ.

[e] *Nec minus tristes*] Germanicus nimirum ejusque amici, quorum conjuges abscedebant. Nec enim *quæ* legendum esse arbitror, nec referendum ad conjuges amicorum, cum verisimile sit in re tam trepida, et abeunte ducis uxore, earum paucas in castris mansuras fuisse.

[f] *Velut in urbe victa, facies, gemitusque*] Hoc est, Discessus hic muliebris agminis trepidus atque inhonorus, gemitusque ac planctus, etiam militum animos visu audituque percussit.

ille flebilis sonus? quod[1] tam triste?[g] fœminas illustres—non centurionem ad tutelam, non militem, nihil imperatoriæ uxoris, aut comitatus soliti—pergere ad Treveros, et externæ[2] fidei.'[h] Pudor inde et miseratio, et patris Agrippæ, Augusti avi, memoria: socer Drusus; ipsa insigni fœcunditate, præclara pudicitia: jam infans in castris genitus,[i]

nobiles fœminas, non centurionem ad præsidium, non militem, nihil imperatoriæ conjugis, aut consueti apparatus, ire ad Treveros et barbaræ fidei *gentes. Hinc verecundia, et commiseratio, hinc et* subit *memoria parentis Agrippæ, et avi Augusti, Drusus socer, ipsa* Agrippina *eximia fœcunditate et castitate insig-*

1 *Quid* scribendum. *Brotier.*—2 Heinsius, *et externa fidei.* Durius quam ut probetur.

NOTÆ

[g] *Quod tam triste*] Virgilius: 'Triste lupus stabulis.' Ovidius: 'Qui cum triste aliquid statuit, sic tristis et ipse.' Sic intelligo *quod* genus hominum aut rerum *tam triste?*

[h] *Externæ fidei*] Non ergo Colonia tunc *Treveri* fuisse videntur: etsi in hist. IV. bis sic appellat; putemque sub Claudio hoc jure demum donatos. *Lipsius.* Forte sufficiebat esse Coloniam Germanicam ut externæ fidei vocaretur: saltem in ea occasione et præ castris legionum, et infestis jam iratisque animis vulgi id sic forte dictum.

[i] *Jam infans in castris*] Caium Caligulam in castris natum versiculi prisci affirmabant: 'In castris genitus, patriis nutritus in armis, Jam designati principis omen erat.' Etiam Plinius in Germanica historia, apud Treveros, vico Ambiatino, id est, apud hyberna legionum.

Suetonius non spernit solum sententiam hanc, sed longa, et acri disputatione evertit. Cui manus ego nondum do: quid enim? an vulgus ejus ævi (nam versiculi illi, Caligula principe, statim divulgati sunt) nesciit imperatoris sui solum genitale? tam impudenti mendacio luderc jus fuit? Non Plinius et Tacitus, ea quæ Suetonius, perviderunt? scilicet iis cura non fuit inspiciendi acta? *logi.* Non copia? *nugæ.* At enim, inquit, natus est Caius patre suo et C. Fonteio Coss. Pater autem consulatum eum anno toto gessit, et quidem in urbe. Non igitur nasci potuit in castris: quoniam pater demum exacto consulatu in Germaniam est missus. Primum Suetonii, quod tu sumis, ut datum, fieri potest, ut quis illorum jubeat te reponere. Ambigo, inquam, utrum illæ meæ partes consentiant, consciscantque natum eo anno Caium esse. Video enim dissentire alios in numero annorum, quos dicitur vixisse. Et quid si paulo ante natus sit, cum pater in Germania esset? quid si paulo post? deinde, mi homo, quæritur quando natus Caligula sit, non quando satus. Nonne ipso patre consule, ut tu vis, nasci potuit in castris? Nec enim opus credo eam ad rem præsentia patris. Nam Germanicum constat ex Dione statim a clade Variana continenter in Germania mansisse, ad hunc usque consulatum. Suspicari autem probabiliter possum, uxorem, quæ tumida, et vicina partus, relictam ab eo in Germania, donec

NOTÆ

uterum posuisset. Nam circumduci in longo itinere fœminas, ut prisci dicebant, *incientes*, non ex more, non ex usu. Potuit ergo nasci in castris, et tamen in consulatu patris. Sed *in Actis* reperio, ais, natum eum *Antii*. Quid si nomen tibi imponit, et Acta de alio quopiam Caio, filio pariter Germanici, senserint? Non enim Caligulæ cognomen discriminis causa, opinor, apponi potuit in Actis. Quoniam professio apud Acta, nato statim puero, fieri solita: cognomen autem illud postea in castris illi datum a veste. Denique contra tabulas Actorum, Plinii pagina est, et hic noster fidelissimus senex: mihi quidem testis ἐκ τῶν Διὸς δέλτων. Addis amplius, ex Augusti epistolis liquere bimulum demum perductum in castra: non ergo ibi natum. Batuis tu, non pugnas: rude, non gladio feris. Quid enim obstat Agrippinam peperisse in Germania, redisse in urbem mariti sui consulatu: deinde ipsam et infantem in Germaniam revertisse? Quod Antium prætulerit omnibus secessibus Caius: quin tu hoc argumento, Tiberium Capreis genitum dicis, Tibure, aut Lauuvii Augustum? *Lipsius.*

In castris genitus] Neque etiam do manus Lipsio. Puto natum Caligulam Antii, et pugno pro Suetonio. Nam si natus in castris, quare perductus in castra bimulus? ‘At,’ inquit Lipsius, ‘quid si Acta de alio quopiam Caio, filio pariter Germanici, senserint? Nam tum nomine Caligulæ distingui non potuit.’ At certe Actis debuit ascribi tempus, diesque et locus, non nomen tantum, et sic Caius qui mox imperator, debuit distingui anno, die et loco, non tantum nomine; et alter Caius ante annum genitus ex Germanico, natus Tiburi, ut patet, ex Plinio apud Suetonium. Igitur alio loco natus ille infans, et alio tempore, quod cum *Actis*. Sit annotatum, *Acta* non potuerunt fallere, præsertim in nomine et persona tam insigni, qualis Cæsar iste filius Germanici: in id expresse fiebat professio apud *Acta*, ut memoria personæ, temporis et loci exacte servaretur, et id maximi momenti ad successiones familiarum, ne partus supponerentur et ad alia multa, ne extranei alienas hæreditates invaderent, quod et hodieque apud nos edicto regio constitutum est.

Sed ‘quid obstat,’ inquit Lipsius, ‘Agrippinam et infantem bimulum in Germaniam revertisse?’ Igitur Caius in castris natus, ut supponit, dein infans unius anni Caius Romam advehitur, dein prope bimulus in castra reducitur cum matre Agrippina. Quis hoc credat? Certe natus Antii, et postea prope bimulus in Germaniam avehitur, ut legionum amor jam tum ipsi conciliaretur, quod evenit; ideo putarunt multi editum in castris, quia nutritus inter milites, unde et nomen Caligulæ sumsit. Nec potuit confundi cum alio Caio, qui antea natus Germanico, et de quo mentio in Actis; nam mense et loco, dieque distincta ea nomina in Actis; et si in nomine errari posset apud Acta, aut ascriberetur tantum nomen pueri, sequeretur multos, qui essent ejusdem nominis, in eadem familia, vel diversis familiis non posse distingui; quod absurdum et falsum. Et idem fere observabant, quod nos hodie; erat enim, qui nomen daret, ut patet de Nerone, quem Claudio nominandum rejecit per risum Caligula, et ipsamet Agrippina etiam irridebat, quia tum Claudius inter aulæ ludibria: igitur, puto, addebatur nomini, vel cognomen, vel prænomen; et etiam illius, qui daret, nomen inscriptum Actis fuit. Igitur in Actis erant notæ, quibus alter ab

NOTÆ

altero ejusdem nominis distingueretur, annus, mensis, dies, locus, prænomen, et ejus qui daret vocabulum; et sic errari non potuit in nomine apud Acta.

Et observatum quidpiam ad distinctionem nominum in maribus, ut servabatur in fœminis discernendis; nam puellæ distinctæ, pro ordine, quo nascebantur: quæ secunda nata, *secundilla* vocabatur, quæ tertia *tertulla*, quæ quarta, *quartilla*, quinta, *quintilla*; et sic deinceps. Nec rem tractat hoc loco Tacitus ex professo, et tanquam auctor et historicus, sed ex opinione vulgi, affertque tantum causas, quibus lenitus miles Germanicianus, quæ causæ perinde subsistunt, etiam si in castris non natus, sed tantum educatus sit Caligula. Natus etiam Antii Nero, qui alter Caligula: Suet. Ner. 6. ‘ Nero natus est Antii post novem menses, quam Tiberius excessit.’ Haud dubie in eadem villa Antiate, quæ Germanici fuerat, et quæ Agrippinæ, Germanici filiæ matris Neronis mox fuit. Certe, *Lipsi*, consentient tuæ partes natum Caium in consulatu patris; huc enim fama communis: at non potuit nasci illo anno in castris; et ut ait Suetonius, ‘ Plinium arguit ratio temporum.’ Nam exacto consulatu, ivit in Galliam Germanicus jam nato Caio, ‘ ratio temporum’ arguit, nempe ratio non solum anni, sed etiam mensis dieique, quæ ratio Actis inscripta, et supputato tempore absentiæ patris, et mense quo natus est, nempe patre consule. Et tamen natus est patre consule, sed alibi quam in castris. Quoad versiculos, vel vulgo id ita creditum, sed falso, vel eadem adulatione facti illi versus, qua Gætulicus Tiburi genitum Caium principem scripsit.

Sueton. Calig. 8. ‘ C. Cæsar natus est pridie Calend. Septembris patre suo et C. Fonteio Capitone Coss. ubi natus sit, incertum diversitas tradentium facit. Cn. Lentulus Gætulicus Tiburi genitum scribit: Plinius secundus in Treveris,’ &c. ‘ Ego in actis Antii invenio editum. Gætulicum refellit Plinius, quasi mentitum per adulationem,’ &c. ‘ Plinium arguit ratio temporum. Nam qui res Augusti memoriæ mandarunt, Germanicum exacto consulatu in Galliam missum consentiunt, jam nato Caio.’ Arguit Plinium *ratio temporum*, quia nempe Caius natus est *patre consule*, et statim post Consulatum patris ducitur idem Caius nondum *bimulus* in castra Germaniæ. Sueton. Calig. 8. Puerum Caium xv. Cal. Junii, si Di volent, ut ducerent Talarius et Asellius heri cum his constitui.’ Sic Augustus epistola sua ad Agrippinam neptem suam et matrem Caii, quæ ibat ad Germanicum, et ipsi Talarius et Asellius ducebant puerum ad matrem, ut simul cum ipsa in castra Germanica deferretur, nondum bimulus. Sic pergit Sueton. ibidem. ‘ Abunde arbitror patere, non potuisse ibi nasci Caium, quo prope bimulus demum perductus ab urbe sit.’ Et certe debuisset nasci Caius, ut tu supponis, in castris Germaniæ, nempe anno quo pater consulatum obtinuit, eodemque anno deferri in urbem, eodemque fere anno revehi in castra illa Germaniciana, quia certe nondum bimulus in ea delatus est; itaque eodem anno nascitur Caius in castris Germanicis, eodem anno defertur in urbem, et in urbe manet, et eodem fere anno revehitur in illa eadem castra: quis hoc credat?

Quod spectat adversus illos, imperante Caio divulgatos: ‘ In castris natus, patriis nutritus in armis:’ Sic refellit Sueton. ‘ Versiculorum quoque fidem eadem hæc elevant: et eo facilius, quod hi sine auctore

NOTÆ

sint. Sequenda igitur est, quæ sola actorum restat et publici instrumenti auctoritas: præsertim cum Caius Antium omnibus semper locis atque secessibus prælatum, non aliter quam natale solum dilexerit,' &c.

At, 'potuit,' ait Lipsius, 'jam conceptus, nasci absente patre in castris Germaniæ.' Certe potuit nasci Caius absente patre; hoc concedimus; in castris Germanicis, hoc negamus. Debuisset enim nasci in illis castris, simul et in urbem advehi; nam certe fuit in urbe Caius, aut in suburbano, patre consule, et simul revehi in castra, (certe post consulatum elapsum statim Caius defertur in castra,) quod absurdum.

At 'Plinius,' inquit Lipsius, 'vidit *Acta*, quibus tamen vel fidem derogavit, vel de alio Caio etiam Germanici filio intelligenda putavit.' Quicquid sit de Plinio circa *Acta*, quæ non vidit aut non attendit; certe si vidit *Acta* Plinius, debuit illa refellere, qui adulatorem Gætulium multa cura refellit. Hoc ipsi habemus, quod a nobis stet auctoritas Actorum, quod instrumentum publicum debuit esse fidei certissimæ in re tanti momenti, quales sunt familiæ et successiones; stet et auctoritas scriptorum Suetonii et Dionis; stet et ratio, contra quam non evinces puerum tantæ nobilitatis et spei fuisse ætate tenerrima vectum advectum et revectum tam brevi temporis spatio. Longe verisimilius est simul venisse in urbem cum Germanico suo Agrippinam et anno consulatus Germanici peperisse Antii puerum illum, Caium nempe, quem postea ætate firmatum ducit secum in castra, ut in ipsis crescens et eductus, animos legionum jam tum sibi conciliaret; et certe villam amœnissimam habuit Antii Germanicus, quam obtinuit mox filia Germanici Agrippina, Neronis mater, et ex illa villa veniebat Baias Agrippina, ad ultimas epulas, cum eam redeuntem Baulos submergere mari voluit Nero. In hac villa Antiate amota rebus et gratia principis Agrippina otium lacessebat, cum ad ultimum funestumque convivium illud vocata est. Hic Neronem peperat ipsa etiam, ubi et mox Poppæa filiam. Tac. xv. 23. 'Locus puerperio' (Poppææ) 'colonia Antium fuit, ubi ipse generatus erat;' Nero nempe.

At non consentiunt auctores natum esse Caium *patre consule*. Huc tamen fert fama communis, sicque præpollet nostra sententia, præterea recurrit semper auctoritas Actorum populi Romani, quibus ascriptum erat, quo anno, et quibus consulibus puer natus esset, et cum illa auctoritas publica sit et firmissima, neque de tempore, neque de loco, quo Caius natus sit, dubitare possumus.

Dicit Lipsius non convenire auctores quanto tempore vixerit, sed certe quoad id conveniunt Tacitus et Suetonius, qui testes omni exceptione majores, et hoc nobis sufficit.

Addit Lipsius, 'quid obstat Agrippinam peperisse in Germania, rediisse in urbem mariti sui consulatu: deinde ipsam et infantem in Germaniam revertisse?' Sed recurrit semper quid absurdum; ac rationi dissonum est, nempe relictam fuisse Agrippinam in Germania, quia prægnans et uterum gestaret, profecto marito ad obtinendum consulatum, peperisse ipsam in castris, dein venisse ipsam relicto filio, in urbem, durante consulatu viri, dein mox advectum filium tenerrimum, eodem anno et consulatu; dein, vix dum transacto consulatu patris, statim reversum in eadem castra cum matre puerum: quis hoc sibi fingat? An tu batuis, Lipsi, an pugnas? Certe venit Agrippina in urbem cum

in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo [j] *Caligulam* appellabant, quia plerumque ad concilianda vulgi studia[k] eo tegmine pedum induebatur. Sed nihil æque flexit, quam invidia in Treveros: orant, obsistunt, ‘ rediret, maneret,’ pars Agrippinæ occursantes, plurimi ad Germanicum regressi: isque, ut erat recens dolore et ira,[3] apud circumfusos ita cœpit:

ni: tum puer in castris natus, in tentoriis legionum educatus, quem militari nomine Caligulam *vocitabant, quia ut plurimum eo genere calceamenti utebatur, ad illiciendos militum animos: sed nihil eos perinde affecit, ac æmulatio adversus Treveros: rogant, resistunt,* reverteretur, remaneret; *alii Agrippinæ occurrentes, multi ad Germanicum reversi. Isque ut nondum satis a mœrore et ira quieverat, apud circumstantes sic orsus est:*

3 Male tentat Heinsius, *doloris et iræ.* Immo *dolo et iræ* maluit Heinsius.

NOTÆ

viro suo, ut etiam parte honoris et præsentia Augusti senis frueretur ipsa, et in suburbano Antiatino enixa est, durante consulatu viri. Nec statim tamen in Galliam reversa est cum marito, sed paulo post, et tardiori gradu, ut decuit fœminam: festinabat Germanicus ob cladem Varianam. At prætulit etiam Tiberius Capreas omni secessui: sed non ut ‘ natale solum’ dilexit, nec eo ‘ transferre imperium’ voluit, quemadmodum Caius Antium. Dilexit Tiberius Capreas suas, ut latibulum magis, quam ut secessum. Augustus amavit urbem et ornavit præ omnibus locis: sed audiendus interpres Suetonii, a Lipsio etiam dissentiens.

In castris] Dio in castris non natum, sed eductum ait: verum si ex fide eidem traditum, Germanicum primum suum consulatum in otio urbano consumsisse, causa non est meo judicio, cur Plinio potius quam Suetonio in hac controversia assentiamur: etsi non clam me est virum doctum *(Lipsium)* multis probabilium argumentorum machinis hujus opinionem prope afflixisse. Sed mihi pervidetur mirum, si post cladem Varianam, Tiberium ad Germanos exercitus summa celeritate festinantem, Germanicus cum uxore sua sit comitatus. Nonnihil etiam impellit me, ut Suetonio potius assentiar, exquisita hæc diligentia, qua usum eum patet, in pervestiganda hujus rei veritate: quam quidem ille solus serio, certe post Plinium et Tacitum, quæsivit. Sic Casaubonus.

j *Militari vocabulo*] Hoc est, a militibus, et ipsorum ex more ingenioque indito. Ii enim homines, ut rudes et simplices, plerumque crassa et aliis ridenda nomina imponebant, ita supra I. 23. ‘ Lucillio militaribus facetiis vocabulum, *Cedo alteram*, indiderant.’ Apud Marcellin. 17. ‘ quem habitum, caput porci simplicitas militaris appellat.’ Ejus farinæ ferme erant, quæ triumphantibus accinebant.

k *Ad concilianda vulgi studia*] Ait, studia vulgi: militaris scilicet. Nam Tribuni et Centuriones dignioresque militum, veste et habitu erant a gregariis distincti, ut alibi dicam accurate. At Caliga, tegmen vulgi. Infra: ‘ Tanquam parum ambitiose filium gregali habitu circumferat, Ca-

42. ‘ Non mihi uxor aut filius[l] patre et republica cariores sunt: sed illum quidem sua majestas, imperium Romanum ceteri exercitus defendent. Conjugem et liberos meos, quos pro gloria vestra libens ad exitium offerrem, nunc procul a furentibus summoveo, ut, quicquid istuc sceleris imminet, meo tantum sanguine pietur; neve occisus Augusti pronepos, interfecta Tiberii nurus, nocentiores vos faciat. Quid enim per hos dies inausum intemeratumve vobis? Quod nomen huic cœtui dabo?[m] *milites*ne appellem? qui filium Imperatoris vestri vallo et armis circumsedistis.[n] An *cives?*

Non conjugem aut filium parenti et Reipub. antepono, at illum certe tuebitur sua majestas, aliæ legiones imperium Romanum servabunt: nunc longe ab insanientibus amoveo uxorem meam et filios, quos pro vestro decore et dignitate ultro ad mortem dederem, ut quicquid istic flagitii impendet, meo tantummodo cruore eluatur, et ne interfectus Augusti pronepos, ne interemta nurus principis, atrociori facinore vos polluat. Quid enim hisce diebus inviolatum vobis, aut impollutum? Quo nomine hanc concionem appellem? militesne dicam, qui filium principis vestri, armati in castris obsedistis? An

NOTÆ

ligulamque appellari velit.’ Non ita plene Dio expressit, qui vertit, ‘ quia in castris ut plurimum nutritus, militaribus calceamentis pro urbanis utebatur.’ Melius Suetonius, ‘ Caligulæ cognomen castrensi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur.’ Caligatus igitur, manipularis, gregarius, eadem sunt: pro militum plebe, id est, qui honorem aut gradum in castris nondum ceperunt. Suet. in Augusto, c. 25. ‘ dona militaria aliquanto facilius, phaleras et torques, quicquid auro argentoque constaret, quam vallares, ac murales coronas, quæ honore præcellerent, dabat: has quam parcissime et sine ambitione, ac sæpe etiam caligatis tribuit.’ *Lipsius.* Nota rursus hoc loco Dionem dicere, Caligulam *nutritum in castris, non natum,* ut Suetonius dixerat *educatum.*

[l] *Non mihi uxor aut filius*] Supra objecerant Germanico, quod non saltem Agrippinam et filium redderet, conservaretque patri et Reipub. nunc his respondet Germanicus, ‘ non mihi uxor aut filius patre et Republica cariores sunt:’ licet hi sint possintque esse summa subsidia et patris et Reipub. sed vobis non admodum laborandum est de patre meo et Repub. Nam ‘ illum majestas sua’ tuebitur, et Rempub. ‘ ceteri exercitus defendent.’

[m] *Quod nomen huic cœtui dabo*] Imitatum videtur ex oratione Scipionis apud Livium, pariter in seditione militari l. XXVIII. ‘ Quos, nec quo nomine quidem appellare debeam, scio. Cives? qui a patria vestra descistis. An milites? qui imperium auspiciumque abnuistis, sacramenti religionem rupistis. Hostes? corpora, ora, vestitum, habitum civium agnosco: facta, dicta, consilia, animos hostium video.’

[n] *Vallo et armis circumsedistis*] Res ita habet: vallo recte se obsessum dixit Germanicus. Quanquam enim, neque tum demum, neque eo fine jactum erat vallum, tamen ad deti-

quibus tam projecta Senatus auctoritas: hostium quoque jus et sacra legationis et fas gentium rupistis. Divus Julius seditionem exercitus verbo uno compescuit,[o] *Quirites*[p] vocando, qui sacramentum ejus detrectabant. Divus Augustus vultu et aspectu Actiacas legiones exterruit: nos, ut nondum eosdem,[q] ita ex illis ortos, si Hispaniæ Syriæve[r] miles aspernaretur, tamen mirum et indignum erat. Primane et vicesima legiones, illa signis a Tiberio acceptis, tu tot

dicam cives? quibus adeo spreta dignitas patrum? violastis etiam fas hostium et sacrosanctum jus legationis, et jura gentium temerastis. Divus Julius olim voce una, discordiam exercitus compressit, Quirites appellando, qui fidem exuebant. Divus Augustus nutu, et intuitu Actiacas legiones perterrefecit: nos etsi nondum pares, attamen ex illis procreatos, si legiones Hispaniæ aut Syriæ contemnerent, tamen id insolens, et flagitiosum esset; at nonne prima, et vicesima legiones, illa a Tiberio delecta primum et con-

NOTÆ

nendum eum asservandumque milites eo ipso, quod longe alium in finem exstructum fuerat, abusi sunt: aut certe abusos ille videri voluit.

[o] *Verbo uno compescuit*] Plutarchus, Dio, Suetonius et Lucanus: 'discedite castris: Tradite nostra viris, ignavi, signa, Quirites.'

[p] *Quirites*] Suet. Jul. 70. 'Decumanos Romæ cum ingentibus minis, summoque etiam urbis periculo missionem et præmia flagitantes, ardente jam tunc in Africa bello, neque adire cunctatus est, quanquam deterrentibus amicis, neque dimittere: sed una voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit, ac flexit, ut ei milites se esse responderint.'

Quirites] Lamprid. in Alex. 'Cum nihilominus post ista fremerent, exclamavit: Quirites discedite, atque arma deponite: mirando exemplo depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, non ad castra, sed diversoria varia discesserunt.' Appellando eos *Quirites*, sic significabant tantum eos cives Romanos esse, seu *paganos*, non *milites*.

[q] *Nos, ut nondum eosdem*] Id dicere videtur Germanicus per modestiam, ut qui nondum ejusdem dignitatis esse cum Julio et Augusto fateatur, et revera licet filius Cæsaris, nempe Tiberii esset, per adoptionem, essetque ipse dignitate Cæsar, attamen nondum Imperatoriæ dignitatis erat; igitur 'nondum *eosdem*,' idem est, ac *nondum æquales*, seu, *nondum pares* dignitate ac decore. Attamen Frontino Germanicus vocatur imperator Cæsar Augustus. Strateg. II. 21. 'Imperator Cæsar Augustus Germanicus eo bello, quo victis hostibus cognomen Germanici meruit.' Sed forte id amori et honori Germanici tribuit Frontinus, vel quia filius imperatoris sic appellatur, eo sensu quem attulimus ex Dione, vel quia filii principum principes seu imperatores dici potuerunt, eo modo quo filii Regum Reges dicebantur.

[r] *Syriæ*] *Soria* Italis, *Suristan* Turcis teste Postello, inter Ciliciam et mare Syrium, et Mesopotamiam, Euphrate fluvio hanc dividente, illam monte Amano, ad meridiem Arabia deserta et Palestina.

prælíorum socia, tot præmiis aucta, egregiam duci vestro[s] gratiam refertis! hunc ego nuntium patri, læta omnia aliis e provinciis audienti, feram? ipsius tirones, ipsius veteranos, non missione, non pecunia satiatos: hic tantum interfici centuriones, ejici tribunos, includi legatos:[t] infecta sanguine castra, flumina: meque precariam animam inter infensos trahere?

43. 'Cur enim, primo concionis die, ferrum illud, quod pectori meo infigere parabam, detraxistis?[1] o improvidi amici! melius et amantius ille, qui gladium offerebat: cecidissem certe nondum tot flagitiorum exercitui meo conscius: legissetis ducem, qui[2] meam quidem mortem impunitam sineret, Vari tamen et trium legionum ulcisceretur. Neque enim Dii sinant, ut Belgarum,[u] quanquam offerentium, decus istud et claritudo sit, subvenisse Romano nomini,

scripta, tu tot pugnarum particeps, tot donis ornata, eximiam imperatori vestro vicem rependitis? hanc seditionem parenti nuntiabo, dum fausta omnia ceteris e provinciis accipit? *Scribam* ipsius tirones, ipsius veteranos, non exauctoratione, non largitione ulla contentos esse: hic solummodo obtruncari centuriones, pelli tribunos, obsideri legatos: polluta cruore munimenta, fœdatos amnes, meque imperatorem ex arbitrio et libidine caligarum ducere vitam inter infestos?

Cur enim, quo primum die vocavi legiones, eas allocuturus, ensem illum mihi abstulistis, quo ferire præcordia mea destinabam, O inconsulti amici! melius et favorabilius ille miles, qui mucronem exhibebat: periissem sane, sed nondum tot scelerum militis mei testis: constituissetis vobis imperatorem, qui meam quidem necem inultam pateretur, Vari tamen cladem et trium legionum vindicaret. Neque enim Dii velint, ut Gallorum, quamvis ultro exhibentium operam, honos iste et gloria sit, succurrisse Romano imperio,

1 Anne *retraxistis?* Sed nihil potius muta. *Brotier.*—2 Illustr. Pellicerius suspicabatur emendandum, *qui ut meam.* Ingeniose; sed non necessa-

NOTÆ

[s] *Egregiam duci vestro*] Tiberio nempe, 'a quo tot præmiis auctæ fuerant.' Tiberius nempe, dux illorum fuerat sub Augusto. Et statim addit Germanicus 'hunc ego nuntium patri,' &c. Tiberio nimirum.

[t] *Includi legatos*] Intelligunt de legatis seu oratoribus, qui missi ad Germanicum fuerant. Et explicatur infra, 'si legatos senatui, &c. redditis.'

[u] *Belgarum*] Belgæ et ceteri auxiliares Galli in officio mansere, per ea seditionum tempora, qui haud dubie viros, equos, arma offerebant Cæsari, ad vindicandum decus Romanum, adversus Germanos, et forte adversus ipsos seditiosos. Utrumque recusat Cæsar, ne exasperaret legiones, ne bellum civile accenderetur; et longe præstabat iras civiles in exitium hostibus vertere.

compressisse Germaniæ populos! Tua, Dive Auguste, cœlo recepta mens, tua, pater Druse, imago,[v] tui memoria, iisdem istis cum militibus,[3] quos jam pudor et gloria intrat, eluant hanc maculam, irasque civiles in exitium hostibus vertant. Vos quoque, quorum alia nunc ora,[w] alia pectora

coërcuisse Germanicas gentes. Tuus, Dive Auguste, Diis ascriptus animus, tua, genitor Druse, species, tui memoria, hanc labem facinoris aboleant, cum his istis legionibus, quas jam incessit decus et verecundia, et rabiem civilem in perniciem hostium amoveant. Vos etiam, quorum nunc alios vultus, alias

rio.—3 Male emendat Grotius, *commilitibus*. Ne vox quidem latina est. Pro illa stare dicuntur Plinius, XXXVII. 2. Cæsar de Bello civ. II. 29. At in optimis editionibus apud Plinium, *militibus* non *commilitibus:* apud Cæsarem, *commilitones*, non *commilites*.

NOTÆ

[v] *Tua, pater Druse, imago*] Intelligit Lipsius de imagine Drusi, quæ inter signa coleretur, quemadmodum et imagines Sejani a plerisque legionibus colebantur, ut innuit Suetonius Tib. 'Quædam munera Syriacis legionibus dedit, quod solæ nullam Sejani imaginem inter signa coluissent.'

Tua, pater Druse, imago] Quænam? illane, quæ forte inter signa culta? dubito. Nec sat scio, si mortuorum imagines ibi fixæ, nisi dicatorum inter numina. Potius videatur, revocare militibus in animum ipsius Drusi imaginem, mentibus eorum adhuc impressam, quem nuper ducem viderant; utque magis se explicet, vocem *memoriæ* adjicit. Talem imaginem proponit Tacitus fin. Agricolæ sui: et notum est, quid inter varios militum motus, recordatio ducis sæpe profecerit. *Freinshemius.*

Tua, pater Druse, imago] Non, ut vult Lipsius, imago Drusi, quæ inter signa coleretur. Longe potius ibi fuisset imago Augusti, de qua tamen silet Tacitus. *Imago*, id est, *species*, seu *memoria Drusi*, quia imperaverat hisce legionibus, in iisdem locis. Certe positæ imagines Sejani inter aquilas, quia ipsum Tiberius veluti collegam imperii cooptaverat et sibi æquaverat; at nullius alius hominis, legimus imagines cultas inter signa, nisi vel principis viventis, aut qui inter Divos esset ascriptus, nec postea contigit ulli principi eo usque ministrum suum attollere, et Drusus neque adoptatus a principe, neque Cæsar fuit, neque ullus administer tantum decus sibi arrogavit postea; quippe clade et exitio Sejani sapientiores facti amici principum, teste Dione, ubi de Macrone, et Lacone, qui substituti Sejano erant, et fere eundem in amicitia Tiberii locum obtinuere. Precatur hic Germanicus et Augustum et Drusum patrem; quemadmodum et infra II. 8. 'Fossam cui Drusianæ nomen ingressus, precatusque Drusum patrem, ut se eadem ausum, libens placatusque, exemplo ac memoria consiliorum, atque operum juvaret.' At ibi nulla mentio imaginis, nec ullo loco reperies imaginem Cæsarum, id est, filiorum principis, inter signa positas, aut adoratas fuisse.

[w] *Quorum alia nunc ora*] Eximium in his artificium est. Nam et ita

contueor, si legatos Senatui, obsequium Imperatori, si mihi conjugem et filium redditis, discedite a contactu, ac dividite turbidos: id stabile ad pœnitentiam, id fidei vinculum erit.'

44. Supplices ad hæc, et vera exprobrari fatentes, orabant, 'puniret noxios, ignosceret lapsis,[x] et duceret in hostem: revocaretur conjux, rediret legionum alumnus, neve obses Gallis traderetur.' Reditum Agrippinæ excusavit,[y] ob imminentem partum et hyemem: 'venturum filium: cetera ipsi exequerentur.'[z] Discurrunt mutati, et seditiosissimum quemque vinctos trahunt ad legatum legionis primæ, C. Cetronium,[1] qui judicium et pœnas de singulis in hunc modum exercuit. Stabant pro concione[a] legiones, destrictis gladiis: reus in suggestu per tribunum ostendebatur: si

mentes intueor, si oratores senatui, fidem principi, si mihi uxorem et filium restituitis, removete vos a contagione, et separate seditiosos; id firmum documentum pœnitentiæ, id obsequii vestri sacramentum erit.

Supplices ad hæc et vera sibi objectari confitentes, rogabant, castigaret sontes, parceret errantibus, et duceret in barbaros; accerseretur uxor, remearet filius inter legiones eductus, et ne obses Belgis daretur. *Distulit Agrippinæ reditum, causatus instare partum, et hyemem:* rediturum Caligulam: cetera ipsi agerent. *Irruunt mutatis animis, et turbulentissimum quemque vinctos rapiunt ad C. Cetronium legatum legionis primæ, qui quæstionem exercuit, et supplicium de singulis, hac ratione sumsit. Aderant legiones simul congregatæ, nudis mucronibus: noxius apud tribunal, per tribunum monstrabatur: si facinorosum clamita-*

1 Forsan *C. Petronium*, inquit Illustr. Pellicerius. Ut nihil mutandum. Immo apud Gruterum, p. 299. n. 1. C. CETRONIUS AEDIL. Cæsare Augusto consule VI. memoratur; et quantum ex temporum ratione judicari potest, *C. Cetronii* legati pater fuisse videtur. *Brotier.*

NOTÆ

composita est sententia, ut universos, si ipsi velint, compleeti possit; et si qui iras retineant, adversus eos, ceteros, sive pœnitentia, sive metu pœnæ et diffideutia cœptorum, correctos armet.

[x] *Ignosceret lapsis*] Distingueret nempe iuter ἀτυχήματα, ἁμαρτήματα, et ἀδικήματα, inter *infortunium, errorem*, et *scelus*.

[y] *Reditum Agrippinæ excusavit*] Sed an excusat reditum conjugis, quem tamen petierat antea? *Aurelius.* Certe reddit ei miles et conjugem et filium, attamen fœminam statim revocare non potuit, ob *imminentem partum*, et propter iustautem hyemem, filium tamen statim revocat. Sic militi placiturus.

[z] *Cetera ipsi exequerentur*] Quæ superessent, pœnam nempe turbidorum innuens, ipsos exeqni jussit.

[a] *Stabant pro concione*] Exemplum, ni fallor, primum animadversionis a milite ipso usurpatæ, quod hodie in nostra militia vulgo obtinet. Ammianus tamen id recensuit, quasi ex more prisco, l. XXIX. 'Cum invenisset eos exercitu circumseptos, quid de istis nefariis,' inquit, 'proditoribus fieri, oportere contubernales devoti censetis? secutusque acclamationem

nocentem acclamaverant, præceps datus trucidabatur. Et gaudebat cædibus miles, tanquam semet absolveret:[b] nec Cæsar arcebat, quando, nullo ipsius jussu, penes eosdem sævitia facti et invidia erat. Secuti exemplum veterani, haud multo post in Rætiam[2 c] mittuntur,[d] specie defendendæ provinciæ, ob imminentes Suevos;[e] ceterum, ut avellerentur

verant, præcipitatus occidebatur: et gestiebat cruorem effundens miles, tanquam semet purgaret; nec prohibebat Cæsar, quandoquidem nullo suo imperio id agere-tur, *et in eosdem immanitas facinoris et offensio recidebat. Exemplum æmulantur veterani et paulo post amoventur in Rhætiam, prætextu tutandæ provinciæ, ob instantes Suevos; sed revera ut abstraherentur castris, truculentis adhuc, non minus*

2 In lapidibus antiquis apud Gruterum, Manutium, Reinesium, RAETI scribuntur cum diphthongo sine aspiratione: unde sic deinceps correximus. *Ryckius.*

NOTÆ

rogantium sanguine vindicari, eos qui inter Constantianos merebant, prisco more militibus dedit occidendos.' *Lipsius.*

Stabant pro concione legiones] In castris Romanis, in formam optime dimensi oppidi exstrui solitis, etiam forum erat. Polyb. VI. 28. 'In id convocabantur milites, quoties dicta ducum ab universis accipienda.' Tac. I. 67. 'Tum contractos in principia,' &c. Hist. III. 13. 'Cæcina primores centurionum, &c. in principia vocat.' Livius VII. 12. 'Sed jam in principiis ac prætorio, in unum sermones confundi, atque in concionis magnitudinem, crescere turba.' Sequiturque mox de *tribunali:* quæ omnia erant in foro. Idque ipsum tribunal hoc Taciti loco intelligi arbitror his verbis: *Reus in suggestu.*

[b] *Tanquam semet absolveret*] Virg. de Sinone: 'Assensere omnes, et quæ sibi quisque timebat, Unius in miseri exitium conversa tulere.'

[c] *In Rætiam*] Rætia gemina: prima inter ortum Rheni, seu inter Rhenum, a capite usque ad lacum Brigantinum, Danubium, Licum et ortum Œni: cujus populi Ræti *Guavvpuntner* et Italis *Grisoni* dicuntur. Altera, teste Vvelsero, Vindelicia appellatur a Ptol. a prima Lico fluvio divisa. Aliis vero ex lib. Not. Rætia appellatur, quæ Italiæ contermina est, Insubriæ scilicet, et Cœnomanis Venetiæ, in qua tota Rætorum regio, cujus caput est *Curia*, urbs, et comitatus *Tirolensis* continentur; Rætia autem II. a *Curia* usque ad Danubium, a Vindelicia seu Bavaria Lico fluvio discreta.

[d] *Mittuntur*] Ut nempe separentur ab aliis, illi seditiosi. Veg. III. 4. 'Dux autem debet esse attentus, ut in omnibus legionibus, sive auxiliis, vel vexillationibus a tribunis, vicariis, principibusque, si qui turbulenti, vel seditiosi sunt milites, non pro invidia suggerentium, sed pro rerum veritate cognoscat, eosque prudentiori consilio segregatos a castris ad agendum aliquid, quod ipsis prope videatur optabile, aut ad castella, urbesque deputet muniendas, atque servandas, tanta subtilitate, ut, cum abjiciuntur, videantur electi.'

[e] *Ob imminentes Suevos*] Cæsar l. IV. de bello Gallico: 'Suevorum gens, est longe maxima et bellicosissima Germanorum omnium:' et in eodem lib. 'sese unis Sucvis concedere, qui-

castris,[f] trucibus adhuc, non minus asperitate remedii quam sceleris memoria. Centurionatum inde egit:[3 g] citatus ab

acerbitate medicinæ, quam facinoris memoria. Dein centuriones delegit relegitque:

3 Singulariter dictum: nihil tamen reprehenderim. Forte etiam cum centurio milites recenseret, id dictum Romanis centurionatum agere: cum centuriones ipsos recenseret Germanicus, merito dixit Tacitus, *centurionatum inde egit.* Male divinat J. F. Gronovius, *centurionum inde delectum egit*, vel *centurionatus inde exegit:* Jac. Gronovius, *centurionatim inde egit.* Heinsius, *censum centurionum*, vel *centurionalem inde egit.* Pellicerius, *centurionata.* Alii, *centurionatum inde legit.*

NOTÆ

bus ne Dii quidem immortales pares esse possint.'

Suevos Cluverius terminat ab Occidente, *Boiohæmicis* montibus, Sala, Albi et Trava amnibus, sinu Godano et mari Germanico: a septentrionibus, mari Glaciali: ab Oriente sinu Albo, *lacu Albo*, sinu *Botnico*, mari Godano, et *Vistula* Maroque fluviis: a meridie Danubio. Nomen habent a Suevo amne (*l'Oder*) ab iis mare *Balticum* vocatur *Suevicum.* Forsan et *Sueci* nuncupantur ab antiquis Suevis; sunt enim intra eorum limites contenti. Suevi coluere *Mechelburgiam*, *Pomeraniam*, et *Marchiam.*

[f] *Ut avellerentur castris*] Sic dividuntur et summoventur seditiosi: Liv. VII. 39. 'Consul edicto in æstiva milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare, missionibus turbulentorum hominum, instituit, aliis emerita dicendo stipendia esse, alios graves jam ætate, aut viribus parum validos. Quidam in commeatus mittebantur, singuli primo, deinde et cohortes quædam, quia procul a domo ac rebus suis hybernassent, per speciem etiam militarium usuum, cum alii alio mitterentur, magna pars ablegati.'

[g] *Centurionatum inde egit*] *Egit centurionatum*, nil aliud est, quam legit centuriones in locum cæsorum, de quibus supra, 'prostratos verberibus mulcant, sexageni singulos, ut numerum centurionum adæquarent.' Et hæc seditio oritur a prima et a vicesima legionibus: quæ suos centuriones jam trucidaverant.

Centurionatum inde egit] Intelligendum, quasi scripsisset, *delegit, relegit*, seu *recensuit centurionatum*, id est, centuriones; igitur legendum est *egit*, usurpat enim simplex pro composito, et satis mentem suam explicat per ea, quæ sequuntur. Quidni dicat Tacitus per analogiam *centurionatum agere?* ut dicitur *delectum agere.* Certe non dubito, quin scripserit, *centurionatum egit*, pro *centurionum delectum egit.* Et licet veteres centuriones recensuerit, tamen vere delectum centurionum, seu *centurionatum egit.*

Centurionatum egit] Quicquid dicant viri docti, scripsit Tacitus *centurionatum egit*, eadem forma, seu analogia qua veteres dixissent, *delectum centurionum egit.* Sed ea latinitas nova, ideoque displicet: quasi vero Taciti genius sit et nostro nunc captu et auribus ponderandus! quasi vero in rebus novis, non sit etiam verbis novis utendum! At certe illa seditio omni modo nova fuit. Novum fuit, quod simul turbarent quatuor legiones, quod velut uno instinctu erumperent universæ, simul et quiescerent, quod fugarent, pellerent et occiderent centuriones. Novum fuit,

Imperatore, nomen, ordinem,[h] patriam, numerum stipendiorum, quæ strenue in prœliis fecisset; et cui erant dona militaria,[4 i] edebat: si tribuni, si legio[j] industriam innocenti-

miles vocatus a Cæsare, nomen proferebat, gradum, patriam, numerum annorum militiæ: et quæ egregie gessisset in prœliis, similiter iis qui decora militaria accepisset, ea recensebat: *si tribuni, si legio, dexteritatem et abstinentium laudarent,*

4 In libris omnibus, si unam exceperis Cl. Lallemand editionem, *donaria militaria*, librariorum errore satis obvio; sic enim infra in Ms. Flor. Annal. VI. 48. *Inter ludibria et pericularia*, perperam repetita vocis terminatione, ut recte monuit Cl. Ernestus. *Donaria* de Diis tantum latine dicuntur, *dona* de hominibus. Moxque Annal. II. 9. *militaria dona* memorantur. *Brotier.*

NOTÆ

quod ducem clauderent, obsiderentque Cæsarem in suis castris. Novum fuit, quod per vim miles maturiorem missionem et largiora stipendia extorqueret. Novum fuit, quod ipsimet caligæ seditiosos punirent, quod permissa sit vulgo cædis licentia et ex tribunali, vidente, non jubente Cæsare. Novum fuit, quod centuriones nutu et arbitrio legionum, seu caligarum novi deligerentur, loco interfectorum, et veteres relegerentur. Quid mirum igitur, si in re tam nova, tam insolita et inaudita, nova voce usus sit Tacitus, qua rem illam novam exprimeret breviter et abscisse, ut solet, pro suo genio? Si dixisset Tacitus, *legit*, seu *delegit centuriones*, rem non satis expressisset, quia non solum novos centuriones *legit* aut *delegit* Germanicus, sed etiam veteres centuriones *relegit*; ita pari modo si dixisset, *relegit*, mentem aut rem ipsam, non satis exprimere videretur, neque enim Germanicus tantum modo *relegit* veteres centuriones, sed etiam novos allegit loco pulsorum, occisorum, aut reorum, qui tali munere indigni videbantur. Itaque necesse Tacito fuit, adinvenire certum loquendi modum quo simul exprimeret et novorum et veterum centurionum delectum, quod nec melius aut brevius assequi potuit, quam his verbis, *centurionatum egit*. At nullibi apud Tacitum eandem vocem usurpatam reperias. Quid mirum, si rem, quæ semel, contigit omni ævo, semel et nove expressit? Quot alia verba apud Tacitum semel tantum reperiuntur? quia nempe data tantum illa occasio est, qua sic loqui necesse esset. Audi Suetonium, qui fere idem usurpat, et semel tantum, toto volumine sic habet: 'Recensum populi vicatim egit.' In Jul. quia nempe res illa semel transacta, in tota historia rerum, semel etiam sic scribi debuit.

[h] *Ordinem*] Id est, Quotæ centuriæ ductor esset. Nam in eo discrimen, et dignitas: primæ, secundæ, tertiæ. Bene autem *ordinem:* quia appellabant, *primi aut secundi ordinis* centurionem.

[i] *Dona militaria*] Scilicet, torques, phaleræ, hastæ, coronæ, ex quibus promoveri ad ordines altiores milites solere, indicat etiam Lucanus, l. I. 'Summi tum munera pili Lælius, emeritique gerens insignia doni Servati civis referentem præmia quercum.' Inter omnia autem quæ noster enumerat, cur siluit censum? cujus rationem in declamatione quapiam ostendit Portius Latro: 'census senatorium gradum ascendit; census in castris ordinem promovet; census judices in foro legit.'

amque approbaverant, retinebat ordines:[5] ubi avaritiam, aut crudelitatem, consensu objectavissent, solvebatur militia.

45. Sic compositis præsentibus, haud minor moles supererat, ob ferociam quintæ et unaëtvicesimæ[1] legionum,[k] sexagesimum apud lapidem (loco *Vetera* nomen est) hybernantium: nam primi seditionem cœptaverant: atrocissimum quodque facinus horum manibus patratum: nec pœna commilitonum exterriti nec pœnitentia conversi, iras retinebant. Igitur Cæsar arma, classem, socios demittere Rheno parat, si imperium detrectetur, bello certaturus.

46. At Romæ, nondum cognito, qui fuisset exitus in Illyrico, et legionum Germanicarum motu audito, trepida civitas incusare Tiberium, 'quod, dum Patres et plebem, invalida et inermia, cunctatione ficta ludificetur, dissideat interim

dignitatem conservabat; cum cupiditatem aut sævitiam universi exprobravissent, exauctorabatur.

Sic constitutis præsentibus, haud minor difficultas restabat ob audaciam quintanorum et unaëtvicesimanorum, qui in hybernis erant, loco dicto Vetera, *qui sexaginta milliaribus hinc distabat. Quippe primi discordium inceperant, et immanissimum quodque scelus, horum violentia perpetrutum, nec supplicio sociorum perterrefacti, nec pœnitentia mutati, rabiem conservabant. Ituque Germanicus, telu, naves, auxiliares devehere Rheno parat, armis vindicaturus, si obsequium denegetur.*

At in urbe nondum comperto, qui fuisset eventus apud Illyricum, et exercituum Germanicorum nuntiata seditione, pavida civitas arguere Tiberium, quod dum senatui populoque, qui sunt imbelles atque inermes, mimica ambiguitate

---

Donaria Gronovius et Ryckius.—5 *Ordinem* Homer et Brotier, at Beroaldus et Gronovius, *ordines*.

1 *Mulim* uniusetvicesimæ. Displicet enim ab aliis hic legi unetvicesimæ, et Hist. I. 67. unaetvicesimæ. Certe melius, et ex usu linguæ Latinæ, in Tacito legerentur uniusetvicesimæ, unietvicesimæ, unametvicesimam. *Brotier.*

NOTÆ

[j] *Si tribuni, si legio*] Neque illud sine suspicione ambitionis in legiones, Tiberio videri potuit. Nam Tacitus l. III. Hist. 49. sic habet de Antonio primo: 'ut suas, legiones colere; omnibus dictis factisque viam sibi ad potentiam struere: utque licentia militem imbueret, interfectorum centurionum ordines legionibus offerebat. Eo suffragio turbidissimus quisque delecti.'

[k] *Unaëtvicesimæ legionum*] Sic emendavit Lipsius, et rationes affert. Cluverius Germ. II. 18. defendit veterem lectionem *undevigesimæ*, auctoritate nescio cujus inscriptionis. Mihi pro Lipsio non leve argumentum videtur, quod *undevicesimam* legionem cum Varo deletam esse constat ex loco Taciti XI. 60.

miles, neque duorum adolescentium nondum adulta auctoritate comprimi queat: ire ipsum et opponere majestatem imperatoriam debuisse, cessuris, ubi principem longa experientia,[1] eundemque severitatis et munificentiæ summum vidissent. An Augustum, fessa ætate, totiens in Germanias commeare potuisse: Tiberium, vigentem annis, sedere in Senatu, verba Patrum cavillantem? satis prospectum urbanæ servituti: militaribus animis adhibenda fomenta, ut ferre pacem velint.'

47. Immotum[1] adversus eos sermones fixumque[m] Tiberio fuit, non omittere caput rerum, neque se remque publicam in casum dare. Multa quippe et diversa angebant: 'validior per Germaniam exercitus: propior apud Pannoniam: ille Galliarum opibus subnixus, hic Italiæ imminens: quos[2] igitur anteferret? ac, ne[3] postpositi contumelia incenderentur. At per filios pariter adiri, majestate salva; cui major

illudit; interea discordent legiones, neque compesci possint duorum juvenum auctoritate, nondum satis coalita et firmata: debere ipsum eo proficisci, et majestatem principis objicere rebellantibus, qui ad obsequium redirent, statim atque conspexissent Imperatorem, longo rerum usu, eundemque pœnæ et præmii arbitrum dominumque conspexissent. Num Augustum, affecta ætate, toties in Germanias ire potuisse; Tiberium florentem annis desidere in curia, senatorum verba ludificantem? satis provisum servitio urbano; legionum discordiis afferenda remedia, ut tolerare otium velint.

Constans adversus eos rumores firmumque Tiberio propositum *fuit, non relinquere caput imperii, neque se et rempub. fortunæ committere. Plurimis quippe, et variis de causis anxius erat: potentior exercitus apud Germanias; propinquior in Pannonia: ille Gallorum divitiis fretus, hic Italiæ proximus: quos igitur præferret? et* metuebat, *ne posthabiti, contemtu exasperarentur. At per filios simul conve-*

1 Sic optime. Lipsius improspere tentat, *immotus*.—2 Rhenanus, *Ecquos*, sine librorum auctoritate et necessitate.—3 Frustra Heinsius, *hac ne*.—4 Il-

NOTÆ

[1] *Principem longa experientia*] Nam haud difficulter ad officium rediissent, si res illis fuisset cum principe diuturna experientia prædicto, et qui statim ea remedia adhibere potuisset, quæ pro conditione rei adhibenda putasset, nec superioris cujusquam arbitrium respicere opus habuisset, sive severitate et pœnis, sive donis et liberalitate motus istos componere maluisset.

[m] *Immotum adversus eos sermones fixumque*] Virgilius, 'Si mihi non animo fixum immotumque sederet, Ne cui me vellem vinclo sociare jugali.'

e longinquo reverentia :[n] simul[4] adolescentibus[o] excusatum, quædam ad patrem rejicere: resistentesque[5] Germanico aut Druso posse a se mitigari, vel infringi: quod aliud subsidium, si Imperatorem sprevissent?' Ceterum, ut jam jamque iturus, legit comites, conquisivit impedimenta, adornavit naves :[p] mox hyemem, aut negotia varie causatus, primo prudentes, dein vulgum, diutissime provincias fefellit.

48. At Germanicus, quanquam contracto exercitu, et parata in defectores ultione, dandum adhuc spatium ratus, si recenti exemplo sibi ipsi consulerent, præmittit literas ad Cæcinam, ' venire se valida manu, ac, ni supplicium in malos præsumant, usurum promiscua cæde.' Eas Cæcina aquiliferis[c] signiferisque, et quod maxime castrorum sin-

niri posse, intemerata *dignitate principis, cui amplior e* remoto majestas, *simul excusandi locum juvenibus relinqui, quo nonnulla ad parentem remitterent: reluctantesque Germanico vel Druso, posse a se leniri, vel retundi: quod aliud suffugium, si principem ipsum contemsissent? Ceterum, ut statim profecturus, uscivit comites, comparavit sarcinas, instruxit naves: dein hyemem obtendens, aut negotia, primo decepit prudentes, dein plebem, diutissime provincias.*

At Germanicus, quamvis convocatis copiis, et destinata in rebelles vindicta, concedendum adhuc interstitium existimans, si nupero exemplo sibi ipsi providerent, ante componit epistolas ad Cæcinam, advenire se cum valido agmine, ac nisi pœnam in turbidos occupent, promiscua internecione vindicaturum. *Eas Cæcina clam legit aquiliferis signiferisque, et quod præcipue illibatum* a seditione *in castris*

lustr. Pellicerius emendat, *simul de adolescentibus.* Utrumque Latine dicitur. —5 *Resistentisq.* Gronov.

NOTÆ

[n] *Major e longinquo reverentia*] Tac. ' omne ignotum pro magnifico est.' Virg. ' minuit præsentia famam.' Tac. Hist. l. IV. ' arcebantur aspectu, quo venerationis plus inesset.'

[o] *Adolescentibus*] Præterea licere adolescentibus istis quædam arbitrio patris reservare; quæ ipsi statim aut cum flagitio concedenda, aut cum periculo neganda essent.

[p] *Naves*] Quorsum naves, si in Galliam aut Germaniam iturus? An hæc simulatio ad Pannoniam spectat? quo etsi terra, tamen et supero mari licebat trajicere. *Lipsius.* Immo et ad Germaniam; quemadmodum Claudius Britannica expeditione suscepta navigavit, Ostia Massiliam, inde terrestri itinere Gessoriacum petiit. Suetonius c. 17. G.

[c] *Eas Cæcina aquiliferis*] Nempe *literas.* Hic locus comparandus cum altero fere simili l. IV. Hist. 25. tradebantur autem literæ *aquiliferis* et *signiferis*, quia apud principia et signa legi debuerunt publice, et velut e suggestu, sed discrimen est, quod hoc loco Taciti Cæcina prudenter agit, nam ' aquiliferis, signiferisque, et quod maxime castrorum sincerum

cerum erat, occulte recitat, ‘ utque cunctos infamiæ, se ipsos morti eximant,’ hortatur: ‘ nam in pace causas et merita spectari:[d] ubi bellum ingruat, innocentes ac noxios juxta cadere.’ Illi, tentatis, quos idoneos rebantur, postquam majorem legionum partem in officio vident, de sententia legati, statuunt tempus, quo fœdissimum quemque et seditioni promtum ferro invadant. Tunc, signo inter se dato, irrumpunt contubernia, trucidant ignaros: nullo, nisi consciis, noscente, quod cædis initium, quis[1] finis.

49. Diversa omnium, quæ unquam accidere, civilium armorum facies. Non prælio, non adversis e castris, sed

erat, monetque ut cunctos flagitio, seipsos exitio liberent. Quippe in pace discerni causas et bonas artes respici: cum ad arma itur, sontes insontesque pariter opprimi. *Illi exploratis probatisque, quos idoneos arbitrabuntur, ubi maxima ex parte militem in obsequio animadvertunt, ex imperio legati constituunt tempus, quo, in turpissimum quemque, et in discordiam pronum strictis gladiis irruant. Tunc ex composito, signoque dato, invadunt tentoria, occidunt incautos: nemine præter consilii participes sciente, quod cædis principium, aut quis exitus futurus esset.*

Dissimilis omnium, quæ unquam contigere, bellorum civilium, species extitit. Abeunt in partes, non pugna, non oppositis e castris, sed iisdem e contuberniis, qui

1 Mallet Ernestus, *qui finis.* Nihil mutandum.

NOTÆ

erat, occulte recitat' literas. At altero loco Taciti l. IV. Hist. ‘ Hordeonius exempla omnium literarum, &c. exercitui recitavit, instituitque pessimum facinus, ut epistolæ aquiliferis legionum traderentur, a quis ante militi, quam ducibus legebantur.’ Pessimum in eo facinus institutum, quod ita adularetur Hordeonius gregario militi, seu caligis, ut ipsis turbidis recitarentur literæ, priusquam præpositis, tribunis et aliis in quibus consilium, modestia, et amor boni publici, cum e contra vulgus temeritate et audacia cuncta sus deque verteret. Apud principia, et coram solis ducibus legi primum literæ debuerunt, ut velut in concilio publico, prius consuleretur, an publicari et vulgari res deberet, et quatenus et qua ratione se gerere deberent pro tempore et necessitate.

[d] *Causas et merita spectari*] Τὸ *causas* possit forte sumi in bonam et malam partem indistincte; sed tamen puto potius per *causas* intelligi *crimina*, tanquam illa opponat meritis, quasi diceret in pace causas examinari, et distingui scelera seu maleficia a meritis, discerni reos ab insontibus. At vero in bello innocentes et noxios promiscuos interfici. Sic infra c. 55. ‘ tempus fore, quo crimina et innoxios discerneret.’ Redeo tamen ut *causæ* hic indifferenter sumi debeant, ita ut in pace spectentur et dijudicentur causæ et noxiorum et innoxiorum, ita ut causæ illorum et merita tum separentur ac distinguantur: at vero *in bello* promiscue et sontes et insontes

iisdem e cubilibus, quos simul vescentes[1] dies, simul quietos nox habuerat, discedunt in partes, ingerunt tela: clamor, vulnera, sanguis palam: causa in occulto: cetera fors regit: et quidam bonorum cæsi,[e] postquam, intellecto, in quos sæviretur, pessimi quoque arma rapuerant. Neque legatus aut tribunus moderator affuit: permissa[f] vulgo licentia atque ultio et satietas. Mox ingressus castra Germanicus, 'non medicinam illud,'[g] plurimis cum lacrymis, 'sed cladem' appellans, 'cremari corpora' jubet. Truces etiam tum animos cupido involat eundi in hostem, piaculum furoris:[h] nec aliter posse placari commilitonum Manes, quam si pectoribus impiis honesta vulnera[i] accepissent.[2] Sequitur ardorem militum Cæsar, junctoque ponte tramittit duodecim millia e

simul interdiu cœnaverant, qui simul nocte quieverant, abeunt in factiones diversas, tela immittuut: vociferatio, plagæ, cruor aperte; causa arcana: cetera casus regit, et nonnulli modestorum occisi, postquam cognito in quos vindicaretur, fœdissimi etiam ad arma iverant: neque legatus aut Tribunus aderat, qui modum adhiberet: data est manipularibus copia vindictæ, satietasque. Dein ingressus vallum Germanicus, non remedium illud, multo *cum fletu,* sed cædem et internecionem *vocans,* uri cadavera *jubet. Efferatas etiam tum mentes cupido rapit, incedendi adversus barbaros, quo conscientia flagitii se absolverent, nec aliter leniri aut exorari posse contubernalium umbras, quam si sceleratis pectoribus decora vulnera excepissent. Sequitur alacritatem legionum Cæsar, structoque ponte, transvehit duodecim*

1 *Vescentis* Gronov.—2 Eleganter Muretus, *excepissent.* At non necessario.

NOTÆ

eodem ferro opprimantur. Virg. 'Tros, Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo.'

[e] *Quidam bonorum cæsi*] Multi sæpe vindictæ publicæ specie, suas injurias exequuntur, nec sine summo periculo, talis ultio permittitur multitudini. Hac de causa forte et multi bonorum occisi, et etiam forte dum se vindicant aut defendunt mali.

[f] *Permissa*] Ut sic invidiam sævitiæ et cædis a se amoliretur Germanicus, permisit vulgo licentiam et ultionem.

[g] *Non medicinam illud*] De Sylla Lucanus l. II. 'dumque nimis jam putrida membra recidit, Excessit medicina modum, nimiumque secuta est Qua morbi duxere manus: periere nocentes, Sed cum jam soli possent superesse nocentes.'

[h] *Piaculum furoris*] Livius l. VII. 'Hoc a te impetrari æquum censerem, ut nos virtute culpam nostram corrigere, et abolere flagitii memoriam, nova gloria patereris.'

[i] *Honesta vulnera*] Quæ pectore excipiuntur; *inhonesta,* quæ tergo. Itaque inter cetera, quæ admirationi habita sunt in L. Siccio Dentato viro fortitudinis admirandæ, illud non minimum est, quod XIV. cicatricibus adverso corpore insignis esset, nulla in tergo. Auctor Plinius VII. 28.

legionibus, sex et viginti socias cohortes, octo equitum alas, quarum ea seditione intemerata modestia fuit.

50. Læti, neque procul, Germani agitabant, dum justitio, ob amissum Augustum, post discordiis attinemur. At Romanus agmine propero sylvam[j] Cæsiam[1] limitemque, a Tiberio cœptum,[k] scindit:[2] castra in limite locat; frontem

millia e legionariis, sex et viginti cohortes auxiliarium, octo alas equitum, quarum ea in discordia incorrupta fides mansit.

Gaudio gestiebant, neque procul aberant *Germani, dum feriis ob extinctum Augustum, dein seditionibus avocamur. At Romanæ legiones citato gradu sylvam Cæsiam, limitemque a Tiberio inchoatum perrumpunt, castra metantur in ipso limite: frontem*

1 Lipsius et Bucherius mallent *sylvam Hesiam*, propter Hesum Deum. Nihil tamen mutaverim, cum Deus ille appellaretur quoque Camulus, et summa sit nominum varietas.—2 *Limitem—scindit.* Ita libri omnes editi. Emendandum *scandit*, conjectat Lipsius: quem secutus est Cl. Eccardus, *de origine Germanorum*, p. 278. Nihil tamen mutaverim: nec peccat vulgata scriptura.

NOTÆ

j *Cæsiam*] Quæ sic dicta, quasi *sylva cædua*. Servius dicit 'eam esse, quæ succisa rursus ex stipitibus, aut radicibus renascitur.' Forte sic dicta, quia olim cæsa foret, et in limitem disposita. Sic ibi Tac. 'concædibus munit;' id est, cæduis arboribus, seu sylvis. Ex stirpibus enim, seu stipitibus arborum cæsarum, fiebat limes, quo absterrerentur barbari. Sic Spart. in Adriano; 'In pluribus locis, in quibus barbari, non fluminibus, sed limitibus dividuntur: stipitibus magnis, in modum muralis sepis, funditus jactis, atque connexis, barbaros separavit.'

Cæsia] Cæsia sylva *Heserwaldt*. Sylva Germaniæ inferioris in ducatu Clivensi apud *Instlakum* opp. teste Chrysantho.

k *Tiberio cœptum scindit*] Forte, *scandit*. Utrum autem limes hic a Tiberio structus ad secernendos discriminandosque Germanos? an potius agger, et via? *Hæsia* etiam *sylva*, dubites an *Cesia* scribenda: quo nomine etiam nunc eo tractu manet, in Clivensi, inquam, Ducatu *Heserwaldt*. Quæ vox non abest quin a Deo *Heso* nomen habeat, quem Galli Germanique *Martem* colebant. *Lipsius.*

Limitemque a Tiberio cœptum scindit] Limites imperii erant, aut montes, aut fluminum ripæ, aut alia ejusmodi, quibus imperium populi Rom. a barbaris dirimeretur; interdum etiam ducebantur muri, et in eis excitabantur castella, turres, propugnacula, et legiones collocabantur, quæ præsidio essent, et barbarorum incursiones impedirent. Talem hunc limitem fuisse arbitror.

Limitem] Hos limites scandere quid sit, aut cui usui, non intelligo: sed si quando trans eos bellum inferebatur barbaris, aut barbari invadebant fines Romanos, tum *scindi*, *aperiri*, *rumpi*, et *perrumpi* dicebantur. Velleius l. II. 'Penetrat interius, aperit limites, vastat agros.' *Sylva* scinditur, cum in ea pervium fit: cum per eam aperitur via militaris: ut relinquantur quidem utrimque arbores, tantum tamen fiat vacui, ut exercitus tuto ea

ac tergum vallo, latera concædibus munit.[1] [3] Inde saltus obscuros[m] permeat, consultatque, ‘ex duobus itineribus breve et solitum sequatur, an impeditius et intentatum, eoque hostibus incautum.’ Delecta longiore via, cetera accelerantur: etenim attulerant exploratores, ‘festam eam

et tergum fossa seu aggere, utrumque latus aggestu cæsarum arborum muniunt. Postea sylvas caliginosas pervadunt, deliberantque ex duplici via, an breviorem et consuetam capiant; an asperam, et insuetam, ideoque hostibus improvisam. Longiori itinere suscepto, cetera approperantur, quippe exploratores renuntiarant lætam

3 Optime Beroaldus et recentiores *munitus*. Malc in editionibus plurimis, *munitur*. Perperam alii tentant, *munit*. *Brotier*. Gronov. Ryckius et Homer.

NOTÆ

via commeare possit. Commodissime igitur hoc verbum, et ad limitem, et ad sylvam refertur. Castra denique *in ipso limite* posita intellige, ut fossæ aggerisque, et quicquid ibi structum erat, muniendi causa, ejus complanata pars, intra castra recepta sit: non quasi præcise castra intra limitis quamvis latissimi angustias stringerentur. Sic Justino Agathocles l. XXII. ‘castra in quinto lapide a Carthagine statuit.’ Sic enim Mss. ut monuimus pec. vet. I. 3. Quia proxime limitem erat sylva Cæsia, saltus autem omnes sunt loca insidiis nota, nec nisi caute et explorato intranda provido duci, eam non excidit totam (neque enim necesse habuit) sed longe lateque, qua e castris prospectum patere voluit, qua exercitus ducendus erat, cecidit, hoc est, *scindit:* eo consilio, quo Cæsar l. III. Gall. 29. qui videndus. *Gronovius.*

Scindit limitem] Sic infra Tac. 65. ubi de Arminio; ‘Cum delectis scindit agmen, equisque maxime vulnera ingerit;’ id est, penetrat, pervadit, perrumpit agmen Romanum: ita hoc loco *scindit limitem*, id est, penetrat, pervadit, et ut pervadat, *scindit*, abrumpit. A *Tiberio cœptum*, id est, institutum, seu incœptum, sed non perfectum, quemadmodum et *horti cœpti* a Lucullo, sed nondum penitus exculti, aut exornati. Tac. II. 1. ubi de Asiatico: ‘Pariterque hortis inhians,’ (Messallina) ‘quos ille a Lucullo cœptos insigni magnificentia extollebat,’ seu *excolebat.*

[1] *Latera concædibus munit*] Sic quidam legunt: ego, *munitus*, malo. Muniendi hic mos a Germanis Gallisque. Ammianus, lib. XVI. ‘difficiles vias, et suapte natura clivosas, concædibus clausere solerter, arboribus immensi roboris cæsis.’ Usus ea voce et Cæsar. At *concisa* vocare videtur P. Diaconus: ‘factis etiam concisis,’ inquit, ‘per devia sylvarum irruit super eos.’ *Lipsius.*

Concædibus munit] Non quasi non licuisset ea quoque vallum ducere: quid enim vetaret? sed quia tanta cæsarum arborum copia erat, ut aggesta sufficeret latcribus tutandis, conteutus ea fuit, et consuluit militum labori. Prorsus ut in *Morinis* Cæsar: ‘Reliquis deinceps diebus, sylvas cædere instituit, et ne quis inermibus imprudentibusque militibus ab latere impetus fieri posset, omnem materiam, quæ erat cæsa, conversam ad hostem collocabat, et pro vallo ad utrumque latus exstruebat.’

[m] *Inde saltus obscuros*] Proprium loci nomen. M.

Germanis noctem, ac solennibus epulis ludicram.' Cæcina cum expeditis cohortibus præire, et obstantia sylvarum amoliri jubetur: legiones modico intervallo sequuntur. Juvit nox sideribus illustris: ventumque ad vicos Marsorum,[n] et circumdatæ stationes, stratis etiam tum per cubilia, propterque mensas, nullo metu, non antepositis vigiliis: adeo cuncta incuria disjecta erant: neque belli timor: ac ne pax[4] quidem, nisi languida et soluta,[o] inter temulentos.

51. Cæsar avidas legiones,[p] quo latior populatio foret, quatuor in cuneos[q] dispertit: quinquaginta millium spatium ferro flammisque pervastat:[1] non sexus, non ætas misera-

eam Germanis noctem, et per solennia convivia aliaque oblectamenta agitari. Imperatur Cæcinæ præcedere cum expedito agmine, et impedimenta sylvarum amovere: legiones modico spatio subsequuntur. Favit nox cœlo clara, perventumque ad pagos Marsorum, et dispositi globi armatorum, jacentibus etiam tum Germanis per lectos, et juxta mensas, nulla formidine, non ante collocatis excubiis, adeo cuncta per negligentiam inordinata erant: neque armorum metus, ac ne pax quidem, nisi marcida, et fluxa, ut inter vino madentes.

Cæsar, quo latius evagari prædarique miles posset, dividit legiones certandi avidas in quatuor agmina: spatium viginti leucarum ferro et igni depopulatur, neque

---

habent *munitus*.—4 Sic libri omnes; et optimo sensu, ut in notis supra explicavimus. Tentabat tamen eruditus Petavius, *ac ne fax quidem*. Ingeniose certe; sed non probabiliter: licet castrorum ignes passim memorentur apud veteres scriptores, ipsumque Tacitum infra cap. 65.

1 *Flammisque pervastat*. Frustra tentat Freinshemius, *pervastata*.—2 Mal-

NOTÆ

[n] *Marsorum*] Marsi olim Sicambris a septentrione contermini, hodie pars ducatus *Westphaliæ*, et episcopatus *Paderbornensis*. Veterum Marsorum vestigium omnes agnoscunt in *Œtmarsen*, Tuventiæ oppido.

[o] *Pax nisi languida et soluta*] Hoc est, torpor potius erat, quam quies: talem pacem *marcentem* appellat in libello de Germ. c. 36. Similis locutio 'insomnes magis quam pervigiles' apud nostrum II. 65. Agitabant, inquit, tanquam nullo bello, atque in media pace securi: nec tamen, ut in pace homines sobrii et vigiles (quippe qui hactenus plerumque intenti, et sui compotes, ut si quid subitum ingruat, aut arma, aut fugam, quærere norint), sed ut saucii ac præ poculis, ubi essent nescientes, marcebant, torpebantque. G.

[p] *Avidas legiones*] Quidam aviditatem interpretantur de præda: rectius meo animo, qui *avidas certaminis* exponunt: præsertim cum nec prædæ multum ex tali hoste sperandum esset; est igitur ea *cupido eundi in hostem*, de qua supra I. 49. F.

[q] *Quatuor in cuneos*] *Cuneus* est, cum angusta in fronte acies, *trigoni* forma, paulatim se retrorsum pandit; unde et *trigonum* vocant, et *caput porcinum*, quia simile, et quia veluti fodit, et ruit invadendo: literæ Δ assimilabatur. Et anterior pars, qua in acutum desinebat, recta, et densa erat, quia scutis undique muniebatur: forte sic dispositi Romani, pro ratione loci,

tionem attulit; profana simul et sacra,[r] et celeberrimum illis gentibus templum, quod *Tanfanæ*[s] vocabant, solo æquantur: sine vulnere milites,[2] qui semisomnos, inermos

sexus, aut ætas commiserationem movit; profana sacraque promiscue, et clarissimum apud illas gentes delubrum quod Tanfanæ appellabant funditus evertuntur: sine cruore miles, qui semisopitos, inermes, aut palabundos trucidarat. Ea clades con-

---

let Freinshemius, *sine valnere militis, qui semisomnos, inermos, aut palantes ceciderat.* Non ineleganter. Nihil tamen mutandum. *Brotier.*—3 Male Hein-

NOTÆ

vel hostis: sic enim ordinabantur Germani. Tac. lib. Hist. v. 16. 'Civilis haud porrecto agmine, sed cuneis astitit,' et lib. de moribus Germ. VI. 'Acies per cuneos componitur.' Sic et Germanicianus miles pugnabat. Tac. lib. II. Hist. 42. ubi de Vitellianis legionibus 'cominus eminusque catervis et cuneis concurrebant.' Forte per cuneos hic solum intelligendum est quadruplex agmen, quod densum et confertum esset, ut sic in multa loca simul bellum transferretur, et sic *latior* tutiorque *populatio* foret.

[r] *Simul et sacra*] Puto ad vindicandam perfidiam qua cæsæ legiones Vari fuerant, media in pace; nam alias juri gentium obstat destructio templorum. Et forte quia in hoc templo appensa signa Romana, aquilæ, spolia, &c. Polybius lib. v. 'sævire quidem in hostium castella, portus, urbes, villas, naves, fruges devastare, aliaque his similia, quibus illorum vires atterantur, nostræ confirmentur, leges ac jura belli permittunt; ea vero destruere, quæ nec propriis rebus emolumenti quicquam afferunt, nec hostibus detrimenti, ut sunt templa, porticus, statuæ, aliaque hujus modi, rabiosi hominis est, ac plane furentis.' Forte, ut hæc loca religione patrum sacra, desererent, nec tam prope accederent ad ripam et ad castra legionum.

[s] *Templum, quod Tanfanæ*] Quis Deus, quæ Dea? Quidam ἐτυμολογίζουσι quasi esset *Taenfanct*, quod lingua nostra *principium rerum.* At Britanni prisci, sua lingua *Tan* ignem vocant. *Lipsius.*

Templum quod Tanfanæ vocabant] Derivandum videtur a *tan*, vel *than abiete* Germ. et *fahna*, vel *fan*, quæ est vox prisca Gothoteutonica, *dominum*, aut *numen* signans; in cantico enim Mariæ lingua prisca scripto, et a Bon. Vulcanio edito sic habetur *Mikileidsai Walameina fan*, id est, 'Magnificat anima mea Dominum,' et in cantico Simeonis: 'Fraleitai scalkteinana fraugiuond fan;' id est, 'Nunc dimittis servum tuum, Domine.' Martianus Capella lib. II. de nuptiis Philologiæ et Mercurii: 'qui habitant sylvas, nemora, lucos, lacus, fontes ac fluvios, appellanturque Panes, Fauni, Fones,' &c. Ad quem locum Grotius ex Glossis Isidori notat: *Fones, Dii sylvatici.* Gothi scriberent *Fanes* vel *Faanes.* Itaque *Tanfana* apud Tacitum, nil aliud est, quam *luci patronas*, aut *dominus:* Romani *Sylvanam* indigitarent. Accedit etiam hæc ratio, quod *Tanfanæ* templum fuit in luco inter Amisiam, et Luppiam, in Westphalia, ut ejus situm describit Cluverius lib. I. Germ. antiq. cap. 11. et 47. Illum vero lucum abiegnum fuisse, ex vocis notione liquet; quod genus arborum absque dubio olim in Germania, cum incultum adhuc esset solum, uberius quam hodie succrevit. Nec insolens aliis gentibus erat,

aut palantes ceciderant. Excivit ea cædes Bructeros,[t] Tubantes,[u] Usipetes;[v] saltusque, per quos exercitui regressus, insedere: quod gnarum duci; incessitque itineri et prælio: pars equitum et auxiliariæ cohortes ducebant: mox prima legio: et mediis impedimentis, sinistrum latus unaëtvicesimani, dextrum quintani clausere: vicesima legio terga firmavit: post ceteri sociorum. Sed hostes, donec agmen per saltus porrigeretur,[3] immoti: dein latera et frontem modice assultantes, tota vi novissimos incurrere: turbabanturque densis Germanorum catervis leves cohortes,[w] cum Cæsar advectus ad vicesimanos, voce magna, 'hoc illud tempus obliterandæ seditionis,' clamitabat: 'pergerent, properarent culpam in decus vertere.' Exarsere animis, unoque impetu perruptum hostem redigunt in aperta, cæ-

citavit Bructeros, Tubantes, Usipetes: et sylvas occuparere, per quas agmini Rom. reditus erat: quod compertum imperatori, simulque viæ et pugnæ paratus ingrediebatur. Quædam alæ equitum et cohortes sociorum præibant; dein prima legio; et dispositis inter ordines sarcinis, sinistrum cornu muniebat *unetvicesima legio, dextrum quinta cingebat. Vicesimani postremum agmen claudebant, dein ceteri auxiliares. At Germani donec exercitus per sylvas extenderetur, quieti: dein cornua primamque aciem carptim lacessentes, toto impetu postremos invasere, expeditæque* sociorum *cohortes, confertis Germanorum catervis impellebantur, cum Cæsar ad vicesimanos advolans, clara voce inclamabat,* hanc illam occasionem abolendæ discordiæ: irent, festinarent flagitium in gloriam commutare. *Accensi animis erupere, unoque incursu, perrumpunt hostem, pelluntque in aperta, sternuntque:*

sius, *progrederetur,* nec ad rem militarem consulte.

NOTÆ

a singulari arborum aut luci genere, nomina petita Diis suis imponere. Sic Jupiter *Fagitalis* cognominatus est Romanis a luco *fageo* ei sacro, ut tradit Plinius lib. XVI. c. 10. et ultimo. *Loccenius.*

[t] *Bructeros*] Bructeri Sicambrorum populi, discreti erant in *majores* et *minores*, hodie pars ducatus de *Mons*, Archiepiscopatus *Trevirensis* et *Veteraviæ*.

[u] *Tubantes*] Tempore Cæsaris vivebant in Marsis; postea his juncti sunt, aut parum discreti sedibus.

[v] *Usipetes*] Aliter *Usipii*, vixere in agris Sicambrorum, expulsi a Cattis una cum Tencteris, diuque vagati, in Galliam penetrarunt, ubi a Cæsare cæsi sunt; reliquiæ consederunt in Sicambris, ab iis receptæ: postea a Druso domiti cum iisdem Tencteris, hic hæserunt, nec cum Sicambris transiere in Galliam: nunc *Relinchusen* et pars de la *Marik*.

[w] *Leves cohortes*] Intelliguntur *ceteri sociorum*, de quibus paulo supra: qui leviter, neque legionariis armis armati. F.

duntque: simul primi agminis copiæ evasere sylvas, castraque communivere. Quietum inde iter: fidensque recentibus ac priorum oblitus miles in hybernis locatur.

52. Nunciata ea Tiberium lætitia curaque affecere: gaudebat, oppressam seditionem: sed, quod largiendis pecuniis et missione festinata favorem militum quæsivisset, bellica quoque Germanici gloria, angebatur. Retulit tamen ad Senatum de rebus gestis,[x] multaque de virtute ejus memoravit, magis in speciem verbis adornata, quam ut penitus sentire crederetur. Paucioribus Drusum et finem Illyrici motus laudavit, sed intentior, et fida oratione: cunctaque, quæ Germanicus indulserat, servavit etiam apud Pannonicos exercitus.[y]

eodemque tempore, quæ primæ incedebant copiæ, ultra saltus penetravere, et vallum muniere. Illacessitum postea agmen incessit: recentique victoria alacres, et superiorum malorum oblitæ legiones in hyberna reducuntur.

Hæc cum Tiberio scripta essent, is gaudio simul et solicitudine affectus est: lætabatur sedatam esse discordiam, sed anxius animo erat, quod largitione et missione maturata, militum animos demeruisset Germanicus, et simul quod belli decus sibi comparasset. Disseruit tamen apud patres de iis quæ gessisset, et magnopere fortitudinem ejus celebravit, magis composita magnificaque in speciem oratione, quam ut sic plane sentire putaretur. Paucioribus verbis extulit Drusum et exitum Pannonicæ discordiæ, sed impensior, et sincera oratione; et omnia quæ Germanicus concesserat, præstitit etiam Pannonicis legionibus.

NOTÆ

[x] *De rebus gestis*] Plenus modestiæ Germanicus, et conscius invidiæ patrui, nullum honorem accepit etiam a milite delatum; noluit salutari *imperator*, nisi auctore Tiberio, in trophæis nullum nomen ducis inscripsit, nisi Tiberii, puto, neque scripsit ad senatum de rebus gestis, neque laureatas literas misit, nisi ipsi principi: iste mos inoleverat, jam ab Agrippa sub Augusto. Agrippa, teste Dione lib. LIV. 'nihil scripsit ad senatum de re feliciter gesta contra Scribonium; solum scripsit ad Augustum, qui rem retulit ad senatum.'

[y] *Servavit etiam apud Pannonicos exercitus*] Nempe, ne minorem gloriam referret Drusus, proprius Tiberii filius, quam retulerat ipse Germanicus adoptivus; ne minus animos vulgi conciliaret, etiam concessit Pannonicis legionibus eandem largitionem, seu legata ex Augusti testamento, quæ concessa et soluta Germanico militi. Nec solum modo Germanicis et Pannonicis legionibus talia legata persolvit Tiberius, sed etiam omnibus aliis militibus, quantum patet ex Suetonio Tib. XLVIII. 'Militi post duplicata ex Augusti testamento legata nihil unquam largitus est.' Neque verisimile est in seditiosos liberalem, et in bonos ingratum fuisse principem. Nec audiendus Beroaldus qui legit, *post publicata ex Augusti testamento legata*. Nec dubito quin scripserit Suetonius, *duplicata*.

Pannonicos] Pannonia regio Euro-

53. Eodem anno Julia[z] supremum diem obiit, ob impudicitiam olim a patre Augusto Pandateria[1] [a] insula, mox oppido Reginorum,[b] qui Siculum fretum accolunt, clausa.

Eodem anno Julia extincta, quæ olim ob luxuriam et libidinem amota fuerat a parente suo Augusto in insulam Pandateriam, dein translata in civitatem Regino-

1 Sic libri omnes editi, *Pandateria*. Emendandum, *Pandataria*, ut patet ex ceteris scriptoribus, tum Græcis, tum Latinis. Eam cum Palmaria insula confunderc videtur Strabo, VII. p. 123. merito distinxit Plinius, III. 6. Vi-

NOTÆ

pæ maxima, inter Danubium a Metanastis Jazigibus separantem, et Saum fluvium ab Illyrico dividentem, ac inter Noricum et Mysiam. Dividitur in superiorem et inferiorem, utraque *Hungaria* nominatur.

[z] *Julia*] de qua Macrob. lib. II. Sat. 5. Annum agebat tricesimum et octavum, tempus ætatis, si mens sana superesset, vergentis in senium: sed indulgentia, tam fortunæ, quam patris abutebatur. Cum alioqui literarum amor, multaque eruditio, quod in illa domo facile erat, præterea mitis humanitas, minimeque sævus animus ingentem fœminæ gratiam conciliarent: mirantibus qui vitia noscebant, tantam pariter diversitatem. Non semel præcepcrat ei pater, temperato tamen inter indulgentiam gravitatemque sermone, quatenus modcraretur profusos cultus, perspicuosque comitatus. Idem cum ad nepotum turbam, similitudinemque respexerat, qua repræsentabatur Agrippa, dubitare de pudicitia filiæ erubescebat. Inde blandiebatur sibi Augustus, lætum in filia animum usque ad speciem procacitatis: sed reatu liberum, et talem fuisse apud majores Claudiam, credere audebat: itaque inter amicos dixit, duas habere se filias delicatas, quas necesse haberet ferre, Juliam et Rempublicam.

Julia, ob impudicitiam] De Julia sic Plinius. 'Apud nos hujus licentiæ exemplum non est aliud, quam filia D. Augusti, cujus luxuria noctibus coronatum Marsyam literæ illius Dei gemunt.' *Illius Dei*, id est, Augusti, qui scripsit ad amicos, ut consilium et solatium acciperet in tanto dolore, qui scripsit, haud dubie, literas (quippe in publicum videri noluit, eo usque consternatus), ad senatum, ad consules, qui referrent de exilio, seu relegatione Juliæ: quippe exilium fœminæ senatusconsulto sanciri debuit, ut et mox Agrippæ Postumi. Seneca de benef. lib. VI. 32. 'Augustus flagitia principalis domus in publicum emisit, admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comissationibus urbem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulteriis tulerat, filiæ in stupra placuisse, quotidianum ad Marsyam concursum, cum ex adultera in quæstuariam versa, jus omnis licentiæ sub ignoto adultero peteret. Hæc non tam vindicanda principi, quam tacenda, (quia quarundam rerum turpitudo ad vindicantem redit) parum potens iræ publicaverat.'

[a] *Pandateria*] *Palmaria*, teste Celso Cittad. insula maris Tyrrheni in sinu Puteolano, Palmariæ et Pontiæ finitima.

[b] *Reginorum*] Rhegium, urbs Brutiorum populorum ad fretum Siculum, hodie *Rheggio*, urbs Archiepiscopalis Calabriæ ulterioris in regno Neapolitano.

Fuerat in matrimonio Tiberii, florentibus Caio et Lucio Cæsaribus, spreveratque, ut imparem ;[c] nec alia tam intima[d] Tiberio causa, cur Rhodum abscederet :[e] imperium adeptus, extorrem, infamem, et, post interfectum Postumum Agrippam, omnis spei egenam, inopia ac tabe longa peremit,[f] obscuram fore necem longinquitate exilii[2] ratus.[g] Par

rum, qui ad Siculum mare habitant. Fuerat uxor Tiberii, viventibus Caio et Lucio Cæsaribus, eumque ut inæqualem contemserat ; nec aliud tam arcanum Tiberio incitamentum fuit, cur Rhodum se reciperet : sed ille rerum potitus, exulem, ignominiosam, et post occisum Postumum Agrippam omni spe destitutam, egestate diutina ac fame interemit : occultam fore mortem illius putans distantia et diuturnitate

cina est insulæ, *Vento tiene.* Brotier.—2 Male vir eruditus apud Ryckium

NOTÆ

[c] *Ut imparem*] *Impares* in amore appellantur, cum mutuo non amatur, et alteri amanti alter vicem non reddit, neque animum mutuum : contra cum mutuo inter se pariter amant, pares dicuntur. Horatius : 'Et quærat iratus parem.'

Ut imparem] Taurum non ad illud jugum. *Lipsius.* Quasi esset impar tantæ libidini uxoris Tiberius.

Ut imparem] Nempe ut indignum conjunctione Cæsarum, ut filium invisæ novercæ Liviæ, ut claritudine stirpeque, et imaginibus longe inferiorem, cum Julia filia esset Cæsaris Augusti, mater Lucii et Caii Cæsarum : ut qui claritudinem totam desumeret ex conjugio Liviæ matris cum Augusto patre Juliæ ; ut qui suomet matrimonio cum Julia in altissimum fastigium eveheretur. Neque mirum, si Julia sperneret maritum, 'ut imparem,' quem suis nuptiis eo usque evexerat. Huc referri ex parte potest illud Plinii panegyr. 'Video enim jam inde antiquitus maritos Dearum ac Deorum liberos, nec dignitate nuptiarum magis quam his artibus inclaruisse.' Τὸ *his artibus*, id est, venatu insequendo feras, seu remis transfretando maria, quod non facit ad hunc locum.

[d] *Tam intima*] Id est, secreta, et arcana causa Tiberio secedendi ; nimirum, quia illum spernebat Julia et clarissimorum juvenum amore exardebat ; *tam intima*, idem est, ac tam vera ; eo enim verior, quo secretior ; et quo occultior ea causa, eo certior et sincerior fuit in Tiberio.

[e] *Cur Rhodum abscederet*] Grave quidem Tiberio erat sufferre procacitatem et impudicitiam Juliæ, sed imperii spes immane tolerantiæ præmium. Sic *Forstnerus*, sed fallitur. Nondum enim potuit Tiberius sperare imperium viventibus adhuc florentibusque Lucio et Caio Cæsaribus ; sed timuit, ne exasperaret adolescentes Cæsares, filios Juliæ, quibus jam invisus, et suspectus erat propter novercam Liviam. His irritatis simul alienabat animum Augusti ; igitur maluit abscedere, quam queri de Julia, quæ illum ut imparem spernebat, nixa filiis Lucio et Caio Cæsaribus.

[f] *Tabe longa peremit*] Suet. Tib. 50. 'Juliæ uxori tantum abfuit ut relegatæ quod minimum est officii aut

causa sævitiæ in Sempronium Gracchum,[h] qui familia nobili, solers ingenio et prave facundus, eandem Juliam in matrimonio M. Agrippæ temeraverat. Nec is libidini finis: traditam Tiberio, pervicax adulter contumacia et odiis in maritum accendebat:[3] literæque, quas Julia patri Augusto cum insectatione Tiberii scripsit, a Graccho compositæ credebantur. Igitur amotus Cercinam,[i] Africi maris insulam, quatuordecim annis exilium toleravit. Tunc milites, ad cædem missi, invenere in prominenti littoris, nihil lætum opperientem: quorum adventu, 'breve tempus' petivit, 'ut suprema mandata uxori Alliariæ per literas daret:' cervicemque percussoribus obtulit, constantia mortis haud indignus Sempronio nomine; vita degeneraverat. Quidam

exilii. Eadem ratio fuit cur sæviret in Sempronium Gracchum, qui stirpe illustri, promtus ingenio, et male disertus, eidem Juliæ stuprum obtulerut in conjugio M. Agrippæ. Nec ibi cessavit impudicitia: collocatam Tiberio pertinax corruptor pervicacia et inimicitiis adversus virum incitabat; et epistolæ quas Julia misit purenti Augusto, quibus Tiberium incusubat, Gracchi ingenio formatæ existimabantur. Igitur amundatus Cercinam, Africi maris insulam, per quatuordecim annos exilium tulit. Tunc milites ad eum interficiendum missi, hunc reperere in prominenti ripæ, qui nihil faustum expectabat; quibus accedentibus modicum spatium *postulavit,* nt ultimam voluntatem conjugi Alliariæ per epistolas nunciaret, *caputque interfectoribus præbuit ultro, constantia mortis, haud infra Semproniorum decus; dum*

---

emendat, *exitii.*—3 Frustra tentat Ernestus, *accenderat.*

NOTÆ

humanitatis aliquid impertiret, ut ex constitutione patris uno oppido clausam, domo quoque egredi, et commercia hominum frui vetuerit, sed peculio concesso a patre præbitisque annuis fraudavit, per speciem publici juris, quod nihil de his Augustus testamento cavisset.'

[g] *Longinquitate exilii ratus*] Nam relegata Julia anno DCCXLVIII. ex quo ad hunc diem anni fere viginti.

Longinquitate exilii] Credens hominibus, ob exilium quod tam diu remotis in locis toleravisset, ejus jam fere oblitis, neminem magnopere inquisiturum esse quomodo perierit. Gr. *Longinquitas* hic intelligi debet simul et de longo tum temporum cum locorum intervallo.

[h] *Sempronium Gracchum*] Velleius II. posteriore: 'Quintius Crispinus singularem nequitiam supercilio truci protegens, et App. Claudius et Sempronius Gracchus ac Scipio, aliique minoris nominis, utriusque ordinis viri, quasi cujuslibet uxore violata, pœnas pependere, cum Cæsaris filiam, et Neronis violassent conjugem.'

[i] *Cercinam*] Insula Cercina et Cercinna, *Querquenc* Mercat. *Charchana* Faz. insula maris Africi, longa 25. mill.

non Roma eos milites, sed ab L. Asprenate, Proconsule Africæ, missos tradidere, auctore Tiberio, qui famam cædis posse in Asprenatem verti frustra speraverat.[4]

54. Idem annus novas cærimonias accepit, addito sodalium Augustalium sacerdotio:[j] ut quondam T. Tatius[k] reti-

viveret a virtute illorum desciverat. Nonnulli prodiderunt hosce milites, non ab urbe missos esse, sed ab L. Asprenate, impulsu Tiberii, qui crediderat, sed frustra, opinionem necis hujus posse in Asprenatem refundi.

Eodem anno novæ religiones institutæ sunt, adjuncto veteribus sacerdotio sodalium

4 Freinshemius et Ernestus mallent *speraverit*. Nihil mutandum.

NOTÆ

j *Sodalium Augustalium sacerdotio*] Idque exemplum placuit deinceps in omnibus imperatoribus qui facti Divi. Ita sodales Flavii, Hadrianales, Æliani, Antonini, passim in historia memorati. Lapis priscus.

NERONI. CÆSARI. GERMANICI. F. TI. AUGUSTI. N. DIVI. AUGUS. PRON. FLAM. AUGUSTALI. SODALI. AUGUSTALI. Q. Q. NOVANIUS. Q. L. SÆVIUS.

k *Ut quondam T. Tatius*] Reperio duobus locis manifestas contradictiones apud Tacitum. Reperio scilicet Tacitum in annalibus oppositum Tacito in historiis. Prima contradictio haud dubie hoc loco libri primi; altera vero, ubi de Othone, et nuptiis Poppææ cum Nerone. Aliud enim evidenter affirmat in annalibus, aliud in historiis. Quæ contradictiones nulla arte aut ingenio dissolvi possunt, ut mea fert opinio: puto, prudentior factus in annalibus, retractavit quædam. Nam historiæ prius compositæ erant. Sed quid hæc in tanta mole curarum, quas auctor ille digesserat immenso labore? cetera Taciti difficilia, obscura, ambigua, tamen aliquatenus explicantur, aut eluduntur.

Lipsius ait, pugnare secum Tacitum, cum hic sodales Titios institutos dicat, retinendis Sabinorum sacris: at l. II. histor. Tatii regis memoriæ a Romulo sacratos. *Julius Salinerius* idem esse affirmat, propter regni societatem, atque utrobique id a Tacito dictum, ut tantum sciretur, quo exemplo Tiberius sodales Augustales instituerit. Nos fortasse aliter pugnam conciliabimus; ut Tatius sodales quidem instituerit, patriis sacris retinendis; Romulus vero post illius mortem, eos solennitate quadam confirmaverit, atque sacraverit, ut Sabinum populum eo magis deliniret. *Pichena.*

T. Tatius] Aperte secum pugnat Tacitus; repugnat Tacitus scriptor historiarum, Tacito scriptori annalium. Vel quia scripsit et edidit historias, prius quam annales, nec sic opus retractare potuit; tum quia forte senior, et veritatis certior, cum scripsit annales, et forte tum habuit ad manum certiora commentaria, vel veriora judicavit, et certe vix ulla cura, aut ingenii magnitudo tot et tantas res capere possit. Scripserat Tacitus res Tiberii, Caligulæ, Claudii Neronis, quas res tantum mutilas habemus invidia fati. Scripserat res Vespasiani, Titi, Domitiani, Nervæ

nendis Sabinorum sacris sodales Titios[1] instituerat: sorte

Augusti, ut olim T. Tatius constituerat sodales Titios conservandis cærimoniis Sabi-

1 *Tatios* Ms. Flor. editiones veteres, Ernestus et recentiores. Lipsius et alii nonnulli sine librorum auctoritate emendant, *Titios*. Præterea plurima disputant interpretes, ut Tacitum secum minime consentire evincant. Hic enim sodales Tatios a Tatio institutos tradit; et infra Hist. II. 95. eos a Romulo Tatio regi sacratos dicit. Pugnam sic dirimi posse recte existimat Pichena. Tatius, Sabinorum rex, in partem Romani imperii acceptus, Tatios sodales instituit, ne Sabinorum religio periret. Mortuo Tatio, sodales illos

NOTÆ

forte, et Trajani, quæ etiam invidia temporum intercepta sunt: quid mirum, si in tanta mole rerum aliquid excidat scriptori, vel sententiam interdum mutet?

Ut quondam T. Tatius] Pugnat aperto Marte secum Tacitus, lib. II. Historiarum: ubi vult sodales Titios (ita enim scribit, non *Tatios*, ex lapid. et libris, dictique a prænomine Tatii) institutos non retinendis sacris, sed memoriæ Tatii sacrandæ. Quæ causa hoc quidem loco aptior erat; fortasse et verior: 'Faces Augustales subdidere, quod sacerdotium ut Romulus Tatio regi, ita Cæsar Tiberius Juliæ genti sacravit.' Dionysius hanc rem non attigit, contentus dixisse, honeste sepultum Tatium, quotannis ei publicas inferias factas. *Lipsius.*

Augustalium sacerdotio: ut quondam Tatius] Hæc pugnare videntur cum altero loco Taciti hist. II. 95. ubi sic habet de Vitellio: 'Lætum fœdissimo cuique, apud bonos invidiæ fuit, quod, exstructis in Campo Martio aris, inferias Neroni fecisset (Vitellius): cæsæ publice victimæ crematæque: faces Augustales subdidere: quod sacerdotium, ut Romulus Tatio regi, ita Cæsar Tiberius Juliæ genti sacravit.' Ut prisci illi reges sibi mutuo honores instituebant; ita et Cæsares mutuo se consecrabant, et sacerdotia destinabant, nisi forte quorum memoria exccrabilis fuit, ut Caligulæ, Neronis, et similium portentorum; idque jam olim usurpatum inter reges, seu mox Deos Italiæ antiquissimos. Macrobius lib. I. sat. 7. 'Cum inter hoc subito Saturnus non comparuisset, excogitavit Janus honorum ejus augmentum. Ac primum terram omnem ditioni suæ parentem Saturniam nominavit. Aram deinde cum sacris tanquam Deo condidit, quæ Saturnalia nominavit.' Hic tamen ritus consecrandi homines, eosque cœlo dicandi, præcipue originem habuit a Græcis, ut mox videbimus. Nec solum templa, et sacerdotia Heroibus illis Romanis sacrata, sed etiam certamina et ludi, ut Diis majorum gentium olim. Tac. XV. 23. ubi de puerperio Poppææ apud Antium: 'Et additæ supplicationes, templumque Fœcunditati, et certamen ad exemplar Actiacæ religionis decretum: utque Fortunarum effigies aureæ in solio Capitolini Jovis locarentur: ludicrum Circense, ut Juliæ genti apud Bovillas, ita Claudiæ Domitiæque apud Antium ederetur.' Ut vides, in ortu et in morte adulationum ingenia eo usque prorumpebant. Addit Tac. ibid. 'quæ fluxa fuere quartum intra mensem defuncta infante. Rursusque exortæ adulationes censentium honorem Divæ, et pulvinar, ædemque et sacerdotem.'

ducti e primoribus civitatis unus et viginti: Tiberius Drususque et Claudius et Germanicus adjiciuntur. Ludos Augustales tunc primum cœptos[2] [1] turbavit discordia, ex certamine histrionum. Indulserat ei ludicro Augustus,[m]

norum. Sorte delecti fuerunt e principibus civitatis unus et viginti. Tiberius, Drusus, Claudiusque et Germanicus ascribuntur. Tum primum orta seditio ex contentione histrionum interpellavit ludos Augustales. Huic oblectamento animum

---

ipsi Tatio sacravit Romulus, ut Sabinorum animos certius devinciret. A Tatiis sodalibus diversi videntur, 'sodales Titii; ita dicti a Titiis avibus quas in auguriis certis observare solent,' Varro, de Lingua Lat. IV. p. 23. *Brotier.*—2 Sic Beroaldus; at optime emendavit Lipsius, *cœpta*. Sic enim infra cap. 77. 'At theatri licentia priore anno cœpta gravius tum erupit.' Alios ludos hoc anno a Livia institutos Dio memorat. Lipsii emendationem, *cœpta*, editores omnes assumserunt in ordinem, Tacito ipso infra auctore, aiunt. Quid ille affert infra c. 77.? Nempe 'hoc anno cœptam theatri licentiam.' Tamne sero, et universam? Licentiam histrionum et fautorum jam dudum sub Aug. pantomimorum amatore studiosissimo invaluisse, et ipsa res et historiæ loquuntur. Jam Horatius plebem in theatro viderat 'depugnare paratam, si discordaret eques.' Minime ergo totum hoc genus licentiæ *tunc invectum* dici potuit, cum ludi Augustales darentur; sed hos ludos *tunc primum institutos* turbavit discordia quædam. Hoc affert vetus lectio, quam non solum ferendam, sed conjecturæ etiam præferendam censemus. Nam *primum cœptos* licebat dicere *ludos*, qui tunc primum solenni modo acti, et sive celebrati novum in modum, sive instaurati a senatu essent. Non enim est dubium, quin hi iidem ludi sunt, quorum pars, Circense ludicrum, supra c. 15. in hunc annum Tribunis pl. concessum dicebatur. *Brotier.*

NOTÆ

[1] *Tunc primum cœptos*] Quomodo id verum? siquidem ludi Augustales jam pridem instituti celebratique, Q. Ælio Tuberone, Paulo Fabio Coss. ut dixi supra. Rescribe igitur, *tunc primum cœpta*, idque Tacito ipso auctore, infra: 'Theatri licentia, proximo priore anno cœpta, gravius tum erupit.' L.

Tunc primum cœptos turbavit discordia] Non tunc primum cœpti aut celebrati ludi Augustales, sed tum primum illi ludi turbati sunt tali histrionum discordia; et forte etiam tum primum orta discordia est in theatro ob æmulationem histrionum. Itaque possit hic esse sensus, tum primum turbati sunt ludi Augustales certamine histrionum, et tum primum orta seditio apud populum ex tali contentione; idque firmatur ex sequentibus Taciti verbis.

[m] *Indulserat ei ludicro Augustus*] Immo Augustus id ludicrum invenit. Suidas: ὄρχησις παντόμιμος, ταύτην ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ ἐφεῦρε, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρῶτον αὐτὴν μετελθόντων: *Saltationem pantomimorum invenit Augustus Cæsar, hanc ambientibus primum Pylade et Bathyllo:* vere Suidas. Ante Augustum sane liberaque repub. Pantomimorum nullum vestigium. Zolimus lib. I. inter causas labefacti imperii non vane refert, quod 'Octaviani temporibus Pantomimorum saltatio prius incognita in usu esse cœperit, Pylade et Bathyllo primis ejus auctoribus.'

Ubi tamen intelligi etiam potest, hunc Bathyllum servum Mæcenatis fuisse. Seneca pater, 'Recitabat

dum Mæcenati obtemperat, effuso in amorem Bathylli: neque ipse abhorrebat talibus studiis, et civile rebatur,[n] misceri voluptatibus vulgi.[o] Alia Tiberio morum via:[p] sed populum, per tot annos molliter habitum, nondum audebat ad duriora vertere.

55. Druso Cæsare, C. Norbano Coss. decernitur Germanico triumphus,[q] manente bello; quod, quanquam in æstatem

contulerat Augustus, dum Mæcenati indulget Bathyllum mire depereunti: neque ipse alienus erat ab ejusmodi voluptatibus, et populare existimabat plebis oblectationibus interesse. Diversum Tiberio ingenium; sed populum tot annis leniter habitum, statim ad asperiora ducere non audebat.

Druso Cæsare, C. Norbano Consulibus senatusconsulto triumphus Germanico conceditur, durante bello, quod quamvis toto conatu instrueret in æstatem proximam,

NOTÆ

rescriptum Labieni pro Bathyllo Mæcenate (corrige, *Macenatis*) in quo suspicietis adolescentis animum, illos dentes ad mordendum provocantis.' Corruptum id nomen apud eundem Senecam, præfat. lib. III. 'si Thrax essem Fusius essem: si Pantomimus essem, Panthyllus essem; si eques, Melison:' lege, *Bathyllus essem.* Lipsius. Attamen nomina patronorum honoris causa assumebant liberti, et hic vocari potuit Bathyllus *Mæcenas*, si libertus Mæcenatis fuit, non servus tantum; et verisimile est libertum fuisse.

[n] *Civile rebatur*] Populare et civibus lætum amœnumque id existimabat, et deliniendis civium animis idoneum, quos contra tristitia Tiberii absterrebat; nam 'alia Tiberio morum via.'

[o] *Misceri voluptatibus vulgi*] Sic de Augusto Dio l. LIII. 'Non defuerunt qui ob latas præcise leges indignarentur; sed quod Pyladem histrionem per factiones ex urbe profligatum reduxit, ea omnis indignatio evanuit. Proinde sapienter admodum Pylades ab eo objurgatus, quod cum Bathyllo eandem artem exercente et Mæcenatis servo rixaretur, respondisse fertur: Expedit tibi, Cæsar, populum nobis intentum, tempus consumere.'

[p] *Alia Tiberio morum via*] Suet. Tib. 34. 'Ludorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus scenicorum rescissis, paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis.'

[q] *Decernitur Germanico triumphus*] Teste Strabone l. VII. 'Ducti sunt in triumphum nobiles Germani utriusque sexus. Nempe Semiguntus, Segiguntus Segestis filius, Cheruscorum ductor, et soror ejus, uxor etiam Arminii, ejus trimus filius. Item Sesitacus filius Ægimeri Cheruscorum ductoris, ejusque conjux Rhamis, Veromiri filia principis Batorum, Deutorix Botoritis filius. Melonis fratris Sicambri filius Ægyptus (Segestes), socer Arminii ab eo dissentiens (nam Romana arma secutus erat), aderat triumpho, ducebatque propinquos captivos ipse eleganti vestitus habitu. Etiam ducebatur captivus Lybis Chattorum sacerdos, aliique multi ex diversis populis, ut sunt Caihilli, Ampsari, Bructeri, Nausipetes, Cherusci, Catharii, Catti, Laudi, Lubatii.'

summa ope parabat, initio veris et[1] repentino in Cattos[r] excursu præcepit: nam spes incesserat, dissidere hostem in Arminium ac Segestem, insignem utrumque perfidia in nos aut fide. Arminius turbator Germaniæ; Segestes, 'parari rebellionem,' sæpe alias, et supremo convivio, post quod in arma itum, aperuit: suasitque Varo, 'ut se et Arminium et ceteros proceres vinciret; nihil ausuram plebem, principibus amotis: atque ipsi tempus fore, quo crimina et innoxios discerneret.' Sed Varus fato et vi Arminii cecidit. Segestes, quanquam consensu gentis in bellum tractus, discors manebat, auctis privatim odiis, quod Arminius[s] filiam ejus, alii pactam, rapuerat. Gener invisus,[t] inimici soceri: quæque apud concordes vincula[u] caritatis, incitamenta irarum apud infensos erant.

tamen ineunte vere, et repentina in Cattos eruptione, prævertit; etenim spes intraverat discordare Germanos inter Arminium et Segestem, utrumque illustrem, vel perfidia in Romanos, vel fide: Arminius concitor Germaniæ; Segestes agitari defectionem, *sæpe alias monuit, atque etiam ultimis epulis, post quas arma sumta sunt: et consuluit Varo,* ut se et Arminium et ceteros principes vinculis cohiberet, nihil ausurum vulgus, ablatis proceribus, atque ipsi spatium fore, quo causas et insontes dijudicaret. *Sed Varus fato suo et fortitudine Arminii periit. Segestes, etsi conspiratione totius nationis in bellum raptus, ab illo dissentiebat, accensis privatim offensionibus, quod Arminius rapuisset filiam ejus* Thusneldam *alii promissam: gener infensus, invisi soceri; et qui inter amicos sunt nexus amoris, inter inimicos odiorum incitamenta erant.*

1 Muretus delebat particulam, *et*. Omitti vel retineri potest.

NOTÆ

[r] *In Cattos*] Ea gens bellicosissima omnium Germanorum, et quæ non tantum impetu, sed etiam ratione pugnaret; omne robur in pedite collocabat, neque suos eredebat viros, nisi hostem percussissent: reliqui Germani Cattis ne quidem Deos immortales pares putabant. Separabantur ab Hermunduris flumine. Hodie comitatus *de Schawenburg*, pars *de Brunswick*, *Hildesheim*, maxima pars Thuringiæ, *Mansfeldt*, *Waldeck*, pars *Hesse*, *Lemgow*, *Paderborn*, *Fulda*.

[s] *Quod Arminius*] Filiam Segestis Thusneldam alii desponsam rapuerat: affinitatem, quæ apud concordes vinculum est amicitiæ, gener exosus, inimicus socer, inimici invicem infensique in stimulos atque irritamentum irarum converterant.

[t] *Gener invisus*] Segestis, qui etiam *inimicus socer*, vel gener invisus inviso socero.

[u] *Quæque apud concordes vincula*] Plut. in lib. de fraterno amore: 'Sicut quæ compacta sunt, etiam glutine soluto, rursus colligari et coire possunt. Corpus autem quod natura vivit, si rumpatur, aut scindatur, difficulter glutinari, aut rursum potest coalescere: ita quas usus contraxit amicitias, eæ dissidio accidente, nullo

56. Igitur Germanicus quatuor legiones, quinque auxiliarium millia, et tumultuarias catervas Germanorum, cis Rhenum colentium,[v] Cæcinæ tradit: totidem legiones, duplicem sociorum numerum ipse ducit: positoque castello super vestigia paterni præsidii, in monte Tauno,[w] expeditum exercitum in Cattos rapit; L. Apronio ad munitiones viarum et fluminum relicto: nam (rarum illi cœlo) siccitate et amnibus modicis, inoffensum iter properaverat; imbresque et fluminum auctus regredienti metuebantur.[1] Sed Cattis adeo improvisus advenit, ut, quod imbecillum ætate ac sexu, statim captum aut trucidatum sit. Juventus flumen Adranam[x] nando[y] tramiserat,[2] Romanosque, pontem cœptantes,[3]

Itaque Germanicus Cæcinæ permittit quatuor legiones, quinque sociorum millia, et subitarias catervas Germanorum, qui citra Rhenum habitant: ipse ducit totidem legiones, et duplo majus agmen auxiliarium, structaque arce super vestigia paterni castelli apud montem Taunum, expeditas legiones in Cattos raptim agit; relicto L. Apronio ad curam itinerum et fluviorum; nam (quod raro contingit in hac regione) aridítate et modicis fluminibus illæsum agmen celeriter incesserat, at redeunti pluviæ et intumescentes amnes formidabantur. Sed Cattos adeo inopinantes invasit, ut quod imbelle erat per ætatem ac sexum, statim captum aut interfectum sit; juvenes fluvium Adranam natando transmearant, et prohibebant Romanos qui pontem inci-

1 Editiones veteres *metuebatur*, et sic Ernestus et recentiores. Perperam ab aliis emendatum, *metuebantur*.—2 Sic optime Pichena, Ryckius et recentiores. Male Beroaldus *tramiserit*, quod hæc cum superioribus conjungeret.—3 *cæptantis* Gronov.

NOTÆ

negotio redintegrantur. Fratres, ubi naturali amore exciderunt, neque in gratiam facile redeunt, et reconciliatio semper cicatricem sordidam ex latente malo infectam retinet. Amicos, compotores, affines, et familiares parari alios posse, prioribus, armorum instar, aut instrumentorum perditis, fratrem recuperari non magis posse, quam manum abscissam aut eruptum oculum. Præclare enim mulier illa Persica dixit, cum fratris salutem, saluti liberorum antetulisset, posse aliam se prolem nancisci, fratrem autem amissis parentibus, nullum.'

[v] *Cis Rhenum colentium*] Ut erant Vangiones, Triboci, Nemetes, Treveri, Nervii, sed et pars aliqua Batavorum.

[w] *In monte Tauno*] Taunus mons in Mattiacis *le mont de Wisbaden;* male cis Rhenum dicitur esse *Daresberg*.

[x] *Adranam*] *Eder*, fluvius Germaniæ per Hassiam in *Fuldam* apud *Casselam* influens, juxta *Valdecum* et *Frislariam* urbes decurrens.

[y] *Nando tramiserat*] Juvenes Catti cum essent citra Adranam, fluvium trajecerunt, et in altero littore stantes, arcebant Romanos, ne pontem struerent, transmitterentque fluvium, sed hinc machinis, telisque pelluntur a Romanis.

arcebant: dein tormentis sagittisque pulsi, tentatis frustra conditionibus pacis, cum quidam ad Germanicum perfugissent, reliqui, omissis pagis vicisque, in sylvas disperguntur. Cæsar, incenso Mattio,[z] (id genti caput,) aperta populatus, vertit ad Rhenum: non auso hoste terga abeuntium lacessere; quod illi moris, quotiens astu magis quam per formidinem cessit. Fuerat animus Cheruscis,[a] juvare Cattos; sed exterruit Cæcina, huc illuc ferens arma: et Marsos, congredi ausos, prospero prælio cohibuit.

57. Neque multo post legati a Segeste venerunt, auxilium orantes adversus vim popularium, a quis circumsedebatur; validiore apud eos Arminio, quando bellum suadebat. Nam barbaris, quanto quis audacia promtus, tanto magis fidus, rebusque motis[1] potior habetur. Addiderat Segestes legatis filium, nomine Segimundum:[b] sed

piebant: mox ballistis telisque propulsati, agitatis frustra conditionibus fœderis, cum interim nonnulli ad Germanicum transfugissent, ceteri relictis pagis vicisque in saltus dilabantur. Cæsar cremato Mattio (ea provinciæ metropolis) agros depopulatus flexit ad ripam, non ausis barbaris postremum agmen discedentium oppugnare; quod illi solebant, quoties dolo magis quam metu abscesserant. Cherusci voluerant opem ferre Cattis; sed absterruit Cæcina hucque et illuc spargens bellum, et Marsos pugnare ausos felici certamine cohibuit.

Neque multo interjecto tempore venerunt oratores a Segeste missi, opem rogantes contra vim Germanorum a quibus obsidebatur, potentiore apud eos Arminio, cum eos ad urma concitaret: quippe apud barbaros, quo quis promtior et ferocior, tunto majorem fidem habet auctoritatemque rebus scmel turbatis. Adjunxerat Segestes filium suum oratoribus, vocabulo Segimundum, sed adolescens consciontiu transfugii

1 Ita Lipsius et recentiores omnes: sic ferme etiam Taeitus infra Annal. XIV. 61. ' Ducem tantum defuisse, qui, motis rebus, facile reperiretur.' Be-

NOTÆ

[z] *Mattio*] Antea *Mattium*, Cattorum urbs in Mattiacis: hodie *Marpourg*, quasi Mattiorum burgus.

Mattio] Mattium Cattorum oppidum Mattiacum *Marpurg*, vel *Martpurg* teste Ortelio, urbs Germaniæ præclara Hassiæque primaria, et Academia media inter Francofurtum et Cassellam, alteram Hassiæ urbem primariam 9. leuc. quæ Mattium Tacito, caput Cattorum aliis *Baden* esse videtur, Marchiæ Badensis urbs primaria in Suevia, inter Argentoratum et Phocenam 4. leuc. quod Tacitus ibi fontes calidos memoret.

[a] *Cheruscis*] Hodie Cherusci sunt pars *de Lauenbourg*, veteris *Markiæ*, Archiepiscopatus *de Magdebourg*, *Brunswick*, *Hulberstat*, *Hull*, et quidam comitatus *Thuringiæ*.

Cheruscis] *Munsfelder* existimat Ortelius. *Luneburgenses* mavult H. Junius in sua Batavia. *Cheruscorum* agros ex Cluverio nunc tenent *Brunsvicenses* ac *Luneburgenses*.

[b] *Nomine Segimundum*] Horum et

juvenis conscientia cunctabatur: quippe anno, quo Germaniæ descivere, sacerdos apud Aram[c] Ubiorum creatus, ruperat vittas,[d] profugus ad rebelles. Adductus tamen in spem clementiæ Romanæ, pertulit patris mandata: benigneque exceptus, cum præsidio Gallicam in ripam missus est. Germanico pretium fuit,[e] convertere agmen: pugnatumque in obsidentes, et ereptus Segestes magna cum propinquorum et

dubitabat: etenim anno quo Germaniæ rebellavere, sacerdos electus apud Aram Ubiorum laceraverat infulas, et ad perduelles transfugerat. Attamen evectus in spem lenitatis Romanæ, parentis jussa renuntiavit; clementerque exceptus, datis, qui illum tuerentur, *custodibus, ultra Rhenum missus est. Operæ pretium esse duxit Germanicus reducere legiones: certatumque adversus circumsedentes, et liberatus est Segestes cum ingenti agmine cognatorum et clientium, in quibus erant matronæ*

roaldus et alii veteres, *rebus commotis.* Brotier.—2 Frustra tentat Ernestus *nostræ,* aut *Romanæ societatis.*

NOTÆ

plurium ducum mentio apud Strabonem, l. VIII. ' Pœnas dederunt omnes, et triumphum pulcherrimum Germanico Cæsari; in quo ducta illustrium captivorum corpora, ut Segimuntus Segestis filius, Cheruscorum dux, ejusque soror, uxor Arminii qui bello præfuerat apud Cheruscos in expeditione contra Varum.'

[c] *Sacerdos apud Aram*] Sic exstruebant aras et templa, ut populi recenter domiti artibus moribusque Romanis sensim assuescerent, et ditiores primoresque electi sacerdotes, qui suo sumtu sacrificia facerent. Sic infra Tacitus, ubi de Britannia, in qua templum Claudio structum, et sacerdotes instituti ex illa gente.

Apud Aram Ubiorum] Frequens hujus aræ mentio. Vidi qui vellet *Bonnam* nunc esse. Ego vereor ut prorius abfuerit ab oppido Ubiorum. Quicquid hodie sit, puto originem ei loco a veneratione Augusti, cui novo cœliti ara illic, recepta adulatione, exstructa, uti ara Lugduni: et ad eam sacerdotes ex primoribus gentis, inter quos hic *Segimundus.* Lipsius.

Apud Aram Ubiorum] Videtur fuisse unum et idem, oppidum Ubiorum, et ara Ubiorum. Aut saltem non procul amota fuit illa ara ab oppido: nam c. 37. ' Primam et vicesimam legiones in oppidum Ubiorum reduxit Cæcina,' et c. 39. ' Reversum apud aram Ubiorum legati ab senatu conveniunt Germanicum,' et ibi duæ legiones in hybernis *prima* et *vicesima.*

[d] *Ruperat vittas*] Honorarii tumuli sacrati Druso apud ipsum Rhenum, inter quos illa ara, cujus sacerdos ille Segimundus rebellionem et fugam meditans, vittas aræ rupit, mox fugit; potuit etiam rupisse vittam capitis, quasi ejurans istud sacerdotium, et mortui memoriam. Sic Stat. Papin. Theb. III. ' Ergo manu vittas, damnataque vertice serta Deripit, abjectaque inhonorus fronde sacerdos.' *Aurelius.*

Illa ara eximia, forte potius Augusti fuit. Nam viventi etiam structa illi ara fuerat Lugduni, consensu et sumtu multarum nationum Galliæ.

[e] *Germanico pretium fuit*] Hoc est, satis magnum operæ laborisque pretium tulit, erepto scilicet Segeste,

clientium manu. Inerant fœminæ nobiles:[f] inter quas uxor Arminii, eademque filia Segestis, mariti magis[g] quam parentis animo, neque victa in lacrymas, neque voce supplex, compressis intra[h] sinum manibus, gravidum uterum intuens.

insignes, et in iis conjux Arminii, eademque filia Segestis, quæ viri magis quam patris indolem præferebat; neque effusa in fletus, neque sermone supplex, compressis intra gremium manibus, tumentem alvum conspiciebat. Referebantur etiam spolia

NOTÆ

capta Arminii uxore, receptis Variani spoliis, &c. hoc sensu II. 35. 'Ni pretium foret noscere.'

[f] *Inerant fœminæ nobiles*] Nempe filia Segestis, quæ et uxor Arminii, et ceteræ primariæ fœminæ erant cum obsidentibus, et captæ fuerunt in prælio, quo profligati obsessores et ereptus est Segestes; erant enim fœminæ comites belli simul et incitamenta fortitudinis. Germ. VII. 'ad matres, ad conjuges vulnera ferunt, nec illæ numerare aut exsugere plagas pavent, cibosque et hortamina pugnantibus gestant.' Et VIII. 'Memoriæ proditur, quasdam acies, inclinatas jam et labantes, a fœminis restitutas, constantia precum, et objectu pectorum, et monstrata cominus captivitate, quam longe impatientius fœminarum suarum nomine timent; adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellæ quoque nobiles imperantur.' Et hist. IV. 18. 'Civilis captarum cohortium, signis circumdatus, &c. matrem suam, sororesque, simul omnium conjuges, parvosque liberos consistere a tergo jubet, hortamenta victoriæ, vel pulsis pudorem.'

[g] *Mariti magis*] Tac. Germ. 'Sic unum accipiunt maritum, quo modo unum corpus, unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament.'

[h] *Compressis intra*] Qui habitus etiam nunc Germanicis matronis (videre videor) per modestiam et decorum assumtus. *Lipsius.*

Compressis intra sinum manibus] Tacitus eum habitum notat, veluti signum *roboris* et *constantiæ animi*, et quasi ferociæ Germanicæ specimen: nam 'mariti magis quam parentis animo, neque victa in lacrymas, neque voce supplex,' &c. Et 'gravidum uterum' intueri videbatur fœmina, quasi gloriaretur stirpe, quam ex tali tantoque viro susceptam editura esset. Non Arminium, non seipsam, sed fortunam tantum arguebat, vel temnebat. Lipsius signum modestiæ fuisse in fœmina pro moribus Germaniæ affirmat. *Ablancurius* noster veluti signum *mœroris, consternationis*, et *abjectæ spei omnis* arguit. Forte unus et idem habitus corporis, possit diversos animi affectus exhibere. Sed quantum Taciti mens intelligi potest, videtur ipsa non metuisse fortunam, immo potius sprevisse; et, ut ita dicam, irrisisse hostes de fœminis triumphantes. Videtur non præsentis, sed prioris sortis prorsus meminisse. Videtur illud decantatum usurpasse matrona hæc Germanica: 'Et si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinæ.' Tantam cladem captivitatemque infracto, interritoque animo sustinet fœmina; et velut in maximo otio et quiete rerum, fiduciam, securitatem, summamque animi tranquillitatem præfert, nec admodum satagit in tanto rerum animorumque motu. Livius VII. 13. 'Quid enim aliud esse causæ credemus, cur veteranus dux, fortissimus bello, compressis, quod

Ferebantur et spolia Varianæ cladis, plerisque eorum, qui tum in deditionem veniebant, prædæ data.

58. Simul Segestes ipse, ingens visu,[1] et memoria bonæ[2] societatis impavidus. Verba ejus in hunc modum fuere:

Variani certaminis, quæ in partem prædæ cesserant plerisque illorum, qui tum in potestatem Romanorum veniebant.

Simul et Segestes, ipse ingens aspectu, et conscientia fidei interritus. Oratio ejus in hanc sententiam fuit: Non hodie primum mea fides innotuit, et con-

NOTÆ

ainnt, manibus, sedeas.' Et Lucanus l. II. 'Quis, cum ruat arduus æther, Terra labet, misto coëuntis pondere mundi, Compressas tenuisse manus?' His moribus educata, nuptaque uxor Arminii, quos describit Tacit. de moribus Germ. XVIII. 'Dotem non uxor marito, sed uxori maritus affert, &c. boves et frænatum equum, et scutum cum framea gladioque, &c. ne se mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in prælio passuram, ausuramque: hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic vivendum, sic pereundum.'

Compressis intra sinum] Certe potuit uxor Arminii præferre constantiam, ut decuit nobilissimæ stirpis fœminam, quod dicit Tacitus, 'neque victa in lacrymas,' &c. Potuit et simul præferre pudorem et sanctitatem, ut debuit matrona castissima et Germanica, eoque animi habitu stare, 'compressis intra sinum manibus.' Nec constantia animi opposita est modestiæ et sanctitati fœminæ. Et cum dicit Gallicus interpres fuisse habitum illum *desperationis* indicem, cepit, quasi Tacitus scripsisset tantum, *compressis manibus*, sed certe aliud est *compressis manibus*, aliud *compressis intra sinum manibus*. Primum esse possit negligentis, spernentis, aut etiam desperantis; at secundum recte convenit pudori fœminæ, quæ brachia manusque intra sinum vestis tegit, velatque in tanta hominum et hostium turba. Nempe ita capio, ut manus dextra apposita, et appressa sinistræ fuerit, et sic utraque manus intra sinum sublatuerit. Matronarum Germanicarum habitum cultumque describit Tacitus lib. de mor. Germ. XVII. 'Fœminæ sæpius lineis amictibus velantur, eosque purpura variant, partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos, sed et proxima pars pectoris patet.' Ut vides, 'nudæ' illæ Germanicæ fœminæ, 'brachia ac lacertos.' Et tamen 'severa illic matrimonia. Nec ullam partem morum magis laudaveris,' inquit Tacitus ibidem. Non mirum igitur si fœmina illa Arminii præ pudore appresserit manus pectori, compresseritque intra sinum, et sub amictu aliquo, ut forte simul, et partem pectoris nudam, et lacertos suos sic velaret, ut ne vel oculis quidem victorum pudicitia sua delibaretur. Apud Plutarchum in Mario, fœminæ Cimbrorum clade accepta, postularunt, ut inter ἀειπαρθένους, seu virgines Vestæ, Sacerdotesque ascriberentur, quod cum non impetrassent, mori maluerunt, quam nova matrimonia experiri.

[1] *Ingens visu*] Quemadmodum Annibal, Sertorius, Civilis: nam Segestes oculum ex vulnere amiserat, pugnans in partibus Romanis.

'Non hic mihi primus erga populum Rom. fidei et constantiæ dies: ex quo a Divo Augusto civitate donatus sum,[j] amicos inimicosque ex vestris utilitatibus delegi: neque odio patriæ, (quippe proditores etiam iis, quos anteponunt, invisi sunt,) verum quia Romanis Germanisque idem conducere,[1] et pacem quam bellum probabam. Ergo raptorem filiæ meæ, violatorem fœderis vestri, Arminium, apud Varum, qui tum exercitui præsidebat, reum feci: dilatus segnitia ducis, quia parum præsidii in legibus erat, ut me et Arminium et conscios vinciret, flagitavi. Testis illa nox,[k] mihi utinam potius novissima! quæ secuta sunt, defleri magis,[l] quam defendi[m] possunt: ceterum et injeci catenas

stantia adversus populum Rom. ex quo primum me Divus Augustus in civitatem Romanam ascripsit, amicitias aut inimicitias quæsivi ex vestris commodis, neque id ira aut offensione in patriam, (etenim transfugæ etiam iis quos præferunt odio sunt,) verum quia idem utile esse putabam, Romanis et Germanis; et quia pacem malebam, quam bellum. Igitur accusavi Arminium raptorem filiæ meæ, et ruptorem fœderis vestri, apud Varum, qui tum legionibus præerat. At prolatus socordia ducis, quia parum auxilii in judiciis erat, postulavi, ut me et Arminium et conjurationis socios in custodia haberet. Conscia illa nox, quæ utinam mihi potius suprema fuisset! quæ postea gesta sunt deplorari magis, quam purgari aut dilui possunt. Ceterum et

1 Quidam emendant, *conduceret*. At nihil peccat vetus scriptura.—

NOTÆ

j *Civitate donatus sum*] Nota civitatem Romanam datam proceribus Galliæ et Germaniæ, dein et civitatibus universis, tanquam summum decus; sic maxime augebant Imperium Romani, cum hostes suos cives facerent, et participes Imperii: sic et Arminius civitate donatus, et eques Rom. fuit. Sed certe respondere id decus offerentibus potuit, quod narrat Valcr. l. III. de Rege Thraciæ. 'Capax generosi spiritus illud quoque dictum Regis Cotyis, ut enim ab Atheniensibus civitatem sibi datam cognovit: Et ego, inquit, illis, meæ gentis jus dabo. Æquavit Athenis Thraciam, ne vicissitudine talis beneficii imparem se judicando, humilius de origine sua sentire existimaretur.' Perinde asserebat Arminius gloriam et libertatem Germanicam, ac Cæsares decus et amplitudinem Imperii Romani.

k *Testis illa nox*] Quia noctu epulabantur primores Germani cum duce Varo. Et in convivio quod ultimum fuit, ipsi Varo conjurationem aperuit Segestes, cui non credidit fatis abreptus. Velleius, 'nec diutius post primum indicem, secundo relictus locus.' Id est, statim *decretis facta jungit* Arminius, sic non fuit ullus *secundo* indici *locus*.

l *Defleri magis*] Sic et Velleius l. II. 'Ordinem atrocissimæ calamitatis, qua nulla, post Crassi in Parthis damnum, in externis gentibus gravior Romanis fuit, justis volumi-

Arminio, et a factione ejus injectas perpessus sum. Atque ubi primum tui copia, vetera novis et quieta turbidis antehabeo: neque ob præmium, sed ut me perfidia exsolvam; simul genti Germanorum idoneus conciliator, si pœnitentiam quam perniciem maluerit.[2] Pro juventa et errore filii veniam precor: filiam necessitate huc adductam, fateor: tuum erit consultare, utrum prævaleat,[n] quod ex Arminio concepit, an quod ex me genita est.' Cæsar, clementi responso, liberis propinquisque ejus incolumitatem, ipsi sedem vetere[3] in provincia[o] pollicetur. Exercitum reduxit,

Arminium in vincula conjeci, et a fautoribus ejus injectas etiam catenas toleravi. Et statim atque tui adeundi facultas data est, antiqua novis et composita turbatis præfero: neque id ob mercedem aliquam, sed ut me malæ fidei crimine absolvam: simulque nationi Germanicæ idoneus pacis internuntius futurus, si resipere potius, quam ruere in exitium cupierit. Pro juvenili ætate et imprudentia filii veniam rogo: filiam meam huc vi advectam esse non diffiteor: tuum erit cogitare utrum præpolleat, quod Arminii uxor est, an quia filia Segestis. *Cæsar miti responso salutem filiis cognatisque ejus promittit; ipsique terras et penates pacata in ripa. Mox legiones reduxit in*

2 Heinsius emendat, *maluerint*. Latine quidem, sed non necessario. Vide Misc. Obs. IX. 292.—3 *Vetera* Ms. Flor. Jac. Gronovius et recentiores. Beroaldus et antiquæ editiones, *veterem*. Alii, *vetere*. Tentabat quoque Lipsius, *uberem*. Nefas a Ms. codice discedere, licet duriuscula sit verborum conjunctio, *sedem Vetera in provincia*. Brotier.

NOTÆ

nibus, ut alii, ita nos conabimur exponere, nunc summa deflenda est.'

[m] *Defendi*] Aliquatenus *defendi* potuit, quia consensu gentis in bellum abreptus Segestes; attamen invitus, 'et memoria bonæ societatis impavidus.' Se tamen hic defendit Segestes, cum dicit, 'injeci catenas Arminio,' &c. 'Atque ubi primum tui copia, vetera novis, et quieta turbidis antehabeo,' &c.

[n] *Utrum prævaleat*] Uter plus juris in eam habeat, et utri parere magis debeat, patri, an marito, mox patri. *Lipsius.* Utrum prævaleat ad veniam, *tuum erit, &c.*

[o] *Ipsi sedem vetere in provincia*] Hoc est, in Cisrhenana. *Vetus provincia* dicebatur ea cujusque regionis pars, quæ olim imperio acquisita pacataque fuerat, reliquis postea adjectis, aut adhuc rebellibus. Sic apud Liv. XXIV. 44. Sicilia in duas provincias dividitur. 'Sicilia, finibus eis quibus regnum Hieronis fuisset, Lentulo Proprætori provincia vetus.' Iterum XXV. 3. 'P. Lentulo qua vetus provincia in Sicilia esset; M. Marcello Syracusæ, et qua Hieronis regnum fuisset.' Ergo *vetus* hæc *provincia* necessario de parte Germaniæ, non de Gallia accipienda est. Et quidem haud dubie de *Cisrhenana* infra I. 59. 'coleret Segestes victam ripam.' *Freinsh.* Quæ Gallis transrhenana esset.

nomenque Imperatoris, auctore Tiberio,[p] accepit. Arminii uxor virilis sexus stirpem edidit: educatus Ravennæ[q] puer, quo mox ludibrio[r] conflictatus sit, in tempore memorabo.

59. Fama dediti benigneque excepti Segestis vulgata, ut quibusque bellum invitis aut cupientibus erat, spe vel dolore accipitur. Arminium, super insitam violentiam, rapta uxor, subjectus servitio uxoris uterus,[s] vecordem agebant: volitabatque per Cheruscos,[t] arma in Segestem, arma in Cæsarem

hyberna, et vocabulum Imperatoris jussu Tiberii assumsit. Arminii conjux masculam prolem enixa est: enutritus Ravennæ puer fuit, sed quibus postea fortunæ jocis aut contumeliis exagitatus sit, suo loco trademus.

Rumor dediti clementerque excepti Segestis sparsus per Germanias lætitia vel ira excipitur, prout singuli cupiebant bellum, aut nolebant. Arminius, præter innatam ferociam, præceps etiam et vesanus agitabat, ob raptam conjugem, et mancipatum servituti conjugis uterum: volitabatque per Cheruscos copias adversus Segestem,

NOTÆ

[p] *Auctore Tiberio*] Jussu Tiberii, neque aliter Germanicus nomen Imperatoris accepisset, etiam offerente milite, adeo se modeste gerebat, ne odium patrui provocaret.

Nomenque Imperatoris, auctore Tiberio] Adverte quod habet Dio de Augusto l. LIV. Et de Druso, postquam Germanos vicisset: 'Ob hæc ei honores triumphales, ut eques in urbem inveheretur, ac peracta prætura cum proconsulari imperio esset, decretum est: nomen autem Imperatorium, et si, sicut antea Tiberius, etiam ille a militibus tunc Imperator esset dictus, non tamen ab Augusto ipsi concessum est, licet Augustus ipse numerum talium appellationum suarum hinc auxisset.' Semel et vicies appellatus est imperator Augustus. In quarum appellationum numero fuit ista hæc quam sumsit ex victoria Drusi. Adeo æmulatus est nomen illud Imperatorium, ut non statim id concesserit privignis, Druso aut Tiberio, sed id sibi servarit. 'Attamen postea Tiberium Neronem et Claudium Drusum privignos Imperatoriis nominibus auxit:' teste Tac. I. 3.

[q] *Educatus Ravennæ*] Ravenna, urbs Senonum populorum, ad oram maris Adriatici, in Gallia Cispadana regione Italiæ. Hodie nomen antiquum retinet, urbs est provinciæ Romagnæ, sive Romandiolæ, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[r] *Puer, quo mox ludibrio*] Tacitus hæc narraverit, in rebus Caii aut Claudii, libris qui perierunt.

[s] *Subjectus servitio uxoris uterus*] Ait Strabo l. VII. Hesueldam uxorem Arminii, cum capta esset, secum habuisse Tumelicum filium trimestrem. Et hunc postea Ravennæ educatum. Haud dubie peperit filium Arminii uxor, priusquam in Italiam abduceretur, et jam trimestris erat filius ipsius, cum abducta est Ravennam. Verisimile est, eam in triumpho Germanici ostentatam, sicque Romam prius advectam, dein reductam esse Ravennam cum filio.

[t] *Per Cheruscos*] Cherusci populi Germaniæ ad Visurgimi fluvium. Hodie ducatus *Brunswick*, Episcopatus *Hildesheim*, et pars Archiepiscopatus *Magdebourg*, in circulo Saxoniæ inferioris. *Tillemonius.*

poscens. Neque probris temperabat: 'Egregium patrem![u] magnum Imperatorem![v] fortem exercitum! quorum tot manus unam mulierculam avexerint. Sibi tres legiones, totidem legatos procubuisse. Non enim se proditione, neque adversus fœminas gravidas, sed palam adversus armatos bellum tractare: cerni adhuc Germanorum in lucis signa Romana, quæ Diis patriis suspenderit. Coleret Segestes victam ripam:[w] redderet filio sacerdotium: hominem[1] Ger-

adversus Cæsarem flagitans, Neque conviciis abstinebat: præclarum patrem! magnum ducem! validum militem! quorum tot copiæ, tot agmina unam fœminam rapuerint, se tres legiones profligasse, totidem legatos. Quippe se non per dolum et insidias facere bellum, neque adversus prægnantes mulierculas, sed aperto Marte adversus armatos. Videri adhuc Germanorum in sylvis, vexilla Romana, quæ Diis penetralibus Germaniæ dicaverit. Habitaret Segestes captivam ripam; sacerdotii infulas filio redderet: hunc hominem

1 Grotius mallet, *homines;* Heinsius, *ignominiam.* Nihil mutandum. Grotius *homines*, quam quidem rationem ornavit Gronovius eleganterque explicuit. Verum illud miramur, qui ei probari potuerit languidissime additum *homines*, quod nusquam ap. Tac. ita legi contendimus. Primum vero vitiosum esse *hominem*, nemo dubitabit. Nam oratio statim conversa ad *rem*, quæ inexcusabilis *hominis*, cujus illud commissum sit, commemorationi repugnat; quatenus objectivus casus inest his ipsis, *Quod—viderint.* Quanquam id ferendum esset, si hujus verbi loco legeretur *adduxerit* aut simile quodpiam, quod a Segeste penderet. Etiam hoc argueris, quam ridicule loquatur Arminius, qui optare videatur, ut invisus socer excusationem et veniam impetret? Præterea alia quoque parte laboramus in hoc loco, siquidem *sacerdotium* sic nude prolatum loquentis animum non explet, et excidisse videtur aliquid quod peregrinæ religionis contemtum indicaret. His incommodis omnibus medebitur conjectura nostra: *Redderet filio sacerdotium Romanum: Germanos, &c.* Nunc demum verbum *accusandi* nativa fungitur potestate, quam obscurare temere volebat Gronovius; simul ita vis et vigor redditur sententiæ. Wolf. Animad. in Tacit. *Brotier.* Nullus bonus sensus exsculpi

NOTÆ

[u] *Egregium patrem*] Vertit *Ablancurius* Segestem bonum patrem, qui filium suum prodiderit; quia supra habebatur, 'arma in Segestem, &c. poscens:' sic intelligit, 'magnum Imperatorem' de Cæsare, seu Tiberio, quia paulo supra, 'arma in Cæsarem poscens;' sed puto potius intelligendum *Tiberium* et *Germanicum*. Infra, 'ille delectus Tiberius, ne imperitum adolescentem;' igitur per *egregium patrem* intelligo *Tiberium*, per *magnum Imperatorem*, Germanicum, qui filius Tiberii: attamen res in medio sit.

[v] *Magnum Imperatorem*] Germanicum; in utrumque enim invehitur Arminius, in Principem, in Imperatorem, seu ducem, et in exercitum. Nomen *Imperatoris*, auctore Tiberio, acceperat Germanicus, et infra, 'neque Imperatorem auguratu,' &c. de Germanico.

[w] *Coleret Segestes victam ripam*] Id intelligi possit de utraque ripa, quam nempe citra et ultra Rhenum obtinerent Romani.

manos nunquam[x] satis excusaturos,[z] quod inter Albim[y] et Rhenum virgas et secures[z] et togam[a] viderint. Aliis gentibus, ignorantia imperii Romani,[b] inexperta esse supplicia, nescia tributa: quæ quando exuerint, irritusque discesserit ille inter numina dicatus Augustus, ille delectus Tiberius,

Germanis nunquam satis excusatum iri, quod fasces togamque conspexerint inter Albim et Rhenum. Aliis nationibus, ut incognita esset dominatio Romana, ita ignota esse supplicia, inaudita vectigalia, quæ quandoquidem excusserint, ipsi et re infecta se receperit ille inter deos sacratus Augustus,

potest ex his verbis: per *hominem* enim Segestes designari, ut Boxhornius putat, nullo modo potest, quoniam oratio sic redditur *ἀνακόλουθος*. Quare nullum dubium, quin mendum loco huic inhæreat, quod ex omnibus Interpretibus nemo facilius atque commodius Grotio sustulisse mihi videtur, rescribente *homines* pro *hominem*, optimo sensu et loquendi genere perquam Latino. Sic *homines prisci Latini* apud Livium I. 32. *homines Galli* apud Cæsarem de B. G. II. 30. *Ryckius.*—2 Tentat Lipsius, *accusaturos*. Minime necessario.—3 Conjectat Lipsius emendandum *ignorantiam*.—4 Male Heinsius, *ille Deo dilectus*. Id excogitavit, quod in quibusdam editionibus, *dilectus* reperiatur, sciolorum errore, qui passim emendarunt, *dilectus, dilecti, diligo*, pro *delectus, delecti, deligo*. At Beroaldus, aliæque editiones optimæ notæ habent, *delectus, delecti*.

NOTÆ

[x] *Hominem Germanos nunquam*] Hoc vult, *hominem*, nimirum Segestem, nunquam satis excusaturos Germanos, sive præsentes, sive posteros, quod avitæ et Germanicæ libertatis oblitus sit, quod ejus perfidia in patriam, studio in Rom. insignia illorum imperii, non nisi servilia indicentis, conspecta sint inter Albim ac Rhenum, qui dati a natura custodes libertatis Germanicæ. Neque alienum, aut absurdum videri debet illud, *hominem*, quo Segestem Arminius designat. Sic enim loquimur, quoties nostros, si adversi sint nobis, vel infidi, aut nos offenderint, agnoscere merito dedignamur.

[y] *Inter Albim*] Albis fluvius Germaniæ antiquæ, in Oceanum labitur, hodie *Elbe*, in regno Bohemiæ, et in circulis Saxoniæ superioris et inferioris. *Tillemonius.*

[z] *Virgas et secures*] Sic hist. l. IV. 'Quod pretium effusi toties sanguinis expectatis, nisi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas et secures, et dominorum ingenia?' *Ingenia*, id est, impotentiam, superbiam, libidinem, sævitiam, avaritiam, et quæcumque alia fingi flagitia possunt, aut expectari a superbe imperitantibus.

[a] *Et togam*] Intellige *togatos*, seu *Romanos* cives; sed præsertim advocatos, et rabulas fori, prædæque inhiantes. In hosce homines præsertim sævitum post cladem Varianam, teste Floro; et Velleius dicit, 'Varum otio castrorum magis, quam militiæ assuefactum.' Ubi *otio*, id est, foro seu negotiis, quæ judiciis, non vi aut armis transiguntur.

[b] *Ignorantia imperii Romani*] Quasi dicat, longinquiores gentes tutæ sunt a superbia et imperio Romano, ipso situ, et Romanos nec norunt: nos in limite, virtute nos liberavimus, et porro liberemus.

ne imperitum adolescentulum, ne seditiosum exercitum pavescerent. Si patriam, parentes, antiqua mallent, quam dominos et colonias novas; Arminium potius, gloriæ ac libertatis, quam Segestem, flagitiosæ servitutis ducem, sequerentur.'

60. Conciti per hæc non modo Cherusci, sed conterminæ gentes: tractusque in partes Inguiomerus, Arminii patruus, veteri apud Romanos auctoritate:[c] unde major Cæsari metus: et, ne bellum mole una ingrueret, Cæcinam, cum quadraginta cohortibus Romanis,[d] distrahendo hosti, per Bructeros, ad flumen Amisiam[e] mittit: equitem Pedo[n] præ-

ille assumtus nuper Tiberius, ne rudem belli adolescentulum, ne discordes legiones metuerent, si patriam, si parentes et vetera præferrent novis dominis, et coloniis nuper conditis, æmularentur potius Arminium decoris ac libertatis Germanicæ vindicem quam Segestem fœdæ servitutis assertorem.

Ad hæc commoti non solum Cherusci, sed etiam finitimæ nationes: illectusque in partes Inguiomerus Arminii patruum, prisca apud Romanos fama et existimatione: unde major Cæsari formido; et ne universa belli moles simul ingrueret, mittit Cæcinam cum quadraginta cohortibus Romanis, per Bructeros ad amnem Amisiam, ut

NOTÆ

[c] *Veteri apud Romanos auctoritate*] Non sequitur ideo et amicum Romanorum fuisse: nam et apud hostes auctoritati locus est. Cicero pro lege Manilia: 'Illa res quantam declarat ejusdem hominis apud hostes populi Romani auctoritatem.'

Veteri apud Romanos auctoritate] Possit sumi eo sensu, ut hostis etiam apud hostem magna fama esset; attamen potius acceperim in bonam partem, ita ut Inguiomerus olim stetisset a Romanis, quod innuere videntur illa verba: 'tractusque in partes Inguiomerus.' Cur et τὸ *veteri*, nisi olim amicus fuisset Romanis? alioqui vocaret Tacitus potius famam, aut inclinationem hostium, quam auctoritatem. Sic de Corbulone infra, 'etiam quadam inclinatione hostium.'

[d] *Cum quadraginta cohortibus Romanis*] Ergo cum quatuor integris legionibus, quibus ipse præerat, ut supra dixit; decem enim ex cohortibus legio constat.

Cum quadraginta cohortibus] Cur dicit *quadraginta cohortibus*, non *quatuor legionibus?* Forte ut innueret, sic plura fieri agmina, quibus distraheretur hostis; vel ne idem iisdem verbis statim repeteret, cum de Germanico paulo infra narrat. Ipse *impositas navibus quatuor legiones.* Forte et immixtæ quædam cohortes civium Romanorum separatim merentes, vel etiam cohortes auxiliarium. Attamen intelligo potius de quatuor legionibus, aut saltem quatuor aquilis: quod dico, quia cum aquilis aliquando semiplenæ tantum legiones, vel ob commeatus militi concessos, vel ob vexillarios in præsidia missos, aut ad alios usus belli.

[e] *Ad flumen Amisiam*] Amisia fluvius Istævonum populorum ut plurimum in Germania antiqua, labitur in Oceanum: hodie *Embs* in circulo *Westphaliæ.* Tillemonius.

fectus finibus Frisiorum[f] ducit: ipse impositas navibus quatuor legiones per lacus vexit: simulque pedes, eques, classis, apud prædictum amnem convenere. Chauci,[g] cum auxilia pollicerentur, in commilitium asciti sunt.[h] Bruc-

hostem diduceret. Præfectus equitum Pedo per terras Frisiorum, equitum alas ducit: ipse quatuor legiones classi impositas per æstuaria devexit, et simul pedites, equites, navesque apud destinatum fluvium convenere. Cum subsidia promitterent Chauci, in societatem belli assumti sunt. L. Stertinius, jussu Germanici, expedito

NOTÆ

De quo flumine sic habent
PADERBORNENSIA MONUMENTA.
Ille ego sum Amisius surgens his fontibus amnis,
Olim Romana notus in historia.
Qui centum delabor aquis comitatus in æquor,
Ante pererratis urbibus et populis.
Nunc caput occultum rimatus valle sub ima,
Fernandus niveo condecorat lapide.

[n] *Equitem Pedo*] Credo, Albinovanus Pedo, cujus fragmentum extat de navigatione Oceani. Est tamen et alius Pedo Pompeius, vir illustris, quem nominat Seneca in ludo, de morte Claudii. *Lipsius.*

Pedo præfectus] Ille est Pedo, qui ‘ scriba et comes Neronis,’ seu Tiberii dicitur ab Horatio. Doctum illum vocat Martialis, ‘ Marsi, doctique Pedonis.’ Senecæ dicitur ‘ elegantissimus Fabulator.’ Fuit ex tribus arbitris, qui de versibus Ovidii censerent, in quos reprehensioni non esset locus.

[f] *Finibus Frisiorum*] Frisii, populi Germaniæ ad Oceanum, dividuntur in *majores* et *minores*. Hodie pars Septentrionalis comitatus *Hollandiæ*, et dominia *Ouest-Frise* et *Groningue*, in provinciis uuitis, seu Belgio Fœdcrato. *Tillem.*

[g] *Chauci*] Germaniæ populi, sæpe cum iis decertavere Romani, dubia victoria aliquando: quare Tacitus eos inter Germanos populum nobilissimum nominat. Hic quoque Ansibarii, nam eorum agros Chauci occupasse perhibentur. Hodie *Frisia Orientalis*, comitatus *d'Oldenbourg*, comitatus *d'Hoye*, et pars Archiepiscopatus *de Bremen*.

Chauci] Vel Chauci, populi Germaniæ ad Oceanum, dividuntur in *majores* et *minores*. Hodie ducatus *Bremen* in circulo Saxoniæ inferioris; nec non comitatus *Embden* et *Oldenbourg* in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

[h] *In commilitium asciti sunt*] Puto, ne juvarent hostes, et ut in finibus suis eos lacesserent, pervastarent agros; neque enim puto, mixti sunt barbari armis Romanorum, quemadmodum nec ipsi Romani interponebant sua arma barbaris; licet sæpe ab una factione vocarentur. Sic infra lib. hist. ‘ In commilitium asciti’ Sarmatæ a Flavianis, sed non tracti sunt Sarmatæ, nisi forte nonnulli primorum inter arma Romana, usque in Italiam, adversus Vitellianos; sed puto, ipsos sic recipiebant, vel ne a tergo adorirentur Romanos, et barbaris se adjungerent, et utebantur ipsis, non in acie, quemadmodum auxiliaribus, aut sociis, sed distrahendo hosti, et ad vastandam aliquam regionem rebellium; attamen sive tracti sint ad bellum, sive alia parte distraxerint hostem; sic in commilitium, seu belli societatem asciti sunt.

teros[i] sua urentes expedita cum manu L. Stertinius, missu Germanici, fudit: interque cædem et prædam reperit undevicesimæ legionis aquilam,[j] cum Varo amissam. Ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum: quantumque Amisiam et Luppiam[k] amnes inter, vastatum, haud procul Teutoburgiensi[l] saltu, in quo reliquiæ Vari legionumque insepultæ dicebantur.[1]

cum agmine profligavit Bructeros, cum sua incenderent; et dum cædit populaturque regionem, recepit aquilam legionis undevicesimæ, Variana clade raptam. Ductus postea exercitus ad remotissimos Bructerorum, et, quod Amisiam et Luppiam fluvios interjacet, raptatum: non longe a Teutoburgiensi sylva, in qua nuntiabantur jacere ossa Vari, militumque Romanorum nullo sepulchro condita.

1 Heinsius male emendat, *visebantur*. Romanis nondum visæ, insepultæ dicebantur.

NOTÆ

[i] *Bructeros*] Bructeri, populi Germaniæ ad Amisiam fluvium, dividuntur in *majores* et *minores*. Hodie Episcopatus Monasteriensis sive *Munster*, &c. in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

[j] *Aquilam*] Igitur male Florus, qui longe antea recuperatas omnes aquilas dicit; vel suo more res exaggerat, verbisque nimis auget, vel respicit tempus quo scripsit; tunc enim recuperatæ erant aquilæ: tempore Trajani, vel Adriani scripsit.

[k] *Luppiam*] De quo flumine sic habent

PADERBORNENSIA MONUMENTA.

Luppia Romanis annalibus inclytus amnis,
Nec minus in Franca nobilis historia,
Hic oritur, nomenque dedit, famamque Neronum,
Quo sita majoris castra fuere loco,
Et quem Concilio pro relligione vocato,
Saxoniæ Carolum ter celebrasse ferunt.
Devenerare sacrum fluvii caput, hospes, et alte
Celatis Nili præfer originibus:
Qui licet innumeris tumidus petat amnibus æquor,
Fonte tamen majus Luppia nomen habet.

Et Luppiam] Luppia, amnis Bructerorum et Marsorum populorum, &c. In Germania, in Rhenum fluvium se exonerat. Hodie *Lippe*, in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

[l] *Teutoburgiensi*] Teutoburgiensis, saltus prope Cheruscos populos Germaniæ, et circa Lippiam et Amisiam amnes. Hodie positio est circa oppida *Dietmelle*, et *Horn*, atque castellum *Wulkenburg*, seu *Falkemborg* in comitatu *Lippe*, prope Episcopatum Paderbornensem, in circulo Westphaliæ, ex Cluverii Germania l. III. c. 19. p. 78. et dict. Geog. Ferrarii, &c. *Tillemonius.*

Teutoburgiensi] De quo saltu sic habent

PADERBORNENSIA MONUMENTA.

Teutoburgiensis saltus loca vasta peragrans,
Paulisper cœptum siste viator iter.
Hic raptas aquilas, cladis monumenta Latinæ,
Invenies Vari, relliquiasque ducis.

61. Igitur cupido Cæsarem invadit, solvendi suprema militibus ducique; permoto ad miserationem omni, qui aderat, exercitu, ob propinquos, amicos, denique ob casus bellorum et sortem hominum.[m] Præmisso Cæcina, ut occulta saltuum scrutaretur, pontesque et aggeres humido paludum et fallacibus campis imponeret, incedunt mœstos locos, visuque ac memoria deformes.[1] Prima Vari castra,[n]

Igitur Cæsarem incessit cupido supremos honores exhibendi legionibus atque Imperatori, concito ad miserationem universo, qui astabat, exercitu, ob consanguineos, familiares; demum ob sortem armorum, et conditionem mortalium. Cum præire jussisset Cæcinam, ut ignota et profunda sylvarum investigaret; pontesque et moles instrueret humido stagnorum lubricisque et fallentibus terris, tristes locos ingrediuntur, aspectuque ac specie squalentes. Prima Vari munimenta vasto

1 In Ms. Flor. *deformides*. Ex hoc librariorum errore infeliciter tentat Jac. Gronovius, *deformi*. *Dein.* Heinsius, *deformi*. *Idem.*

NOTÆ

FERDINANDUS DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS PADERBORNENSIS COADJUTOR, MONASTERIENSIS S. R. I. PRINCEPS, COMES PYRMONTANUS, ET LIBER, BARO DE FURSTENBERG, SALTUM LATINIS TEUTOBURGIENSEM, OSNEGGUM FRANCIS APPELLATUM, QUINTILII VARI, LEGIONUMQUE TRIUM TUMULO, ET CAROLI M. VICTORIA DE SAXONIBUS PROPE THIETMALLI, ANNO DCCLXXXIII. REPORTATA NOBILEM, POSITO HOC MONUMENTO ILLUSTRAVIT.

[m] *Sortem hominum*] Quidam vertunt *sortem rerum humanarum;* potius verti debuit, *sortem hominum,* qui natura mortales sunt, Quintil. declamat. 5. ‘ Voluit nos ille mortalitatis artifex Deus in commune succurrere, et per mutuas auxiliorum vices in altero quemque, quod pro se timeret, asserere. Non hæc caritas est, nec personis impensa reverentia, sed similium accidentium providus metus, et communium fortuitorum religiosus horror, &c. Hinc et ille venit affectus, quod ignotis cadaveribus humum congerimus, et insepultum quodlibet corpus, nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulumcumque veneretur aggestu.’

[n] *Prima Vari castra*] Ex latitudine castrorum et mensura principiorum facile conjectabatur, ibi fuisse tres legiones. Apud principia locabantur aquilæ et signa legionum, quælibet legio suo loco statuebat aquilam, et sua signa, nempe apud sua principia: itaque ex mensura castrorum, et ex principiis ibi descriptis colligi potuit, quot essent aquilæ, et consequenter quot legiones, et quam vastus ambitus valli: debuit enim respondere numero legionum, ne major esset ambitus quam propugnare possent.

Prima Vari castra de dimensis principiis] Id est, cum principia dimensi essent; sic *Lipsius.* Quæ castra, quæ principia visu dimensi sunt et oculis, non decempedis. Quasi ipsi Romani nescirent, aut dubitarent de numero legionum; vivebant adhuc multi testes cladis, sed voluit tantum ibi Tac. designare castrorum amplitudinem, quæ fiebat semper pro numero legionum. Sic et de castris Cimbrorum.

lato ambitu, et dimensis principiis, trium legionum manus[o] ostentabant: dein, semiruto vallo,[p] humili fossa,[q] accisæ jam reliquiæ consedisse intelligebantur: medio campi albentia ossa,[r] ut fugerant, ut restiterant, disjecta vel aggerata: adjacebant fragmina telorum, equorumque artus, simul truncis arborum[s] antefixa ora:[t] lucis propinquis barbaræ

circuitu et spatium principiorum demonstrabant opus trium legionum: dein fere proruto aggere, modica fossa, apparebat afflictas jam et fere profligatas legiones ibi subsedisse, media planitie alba ossa dispersa vel cumulata, prout pedem retulerant, aut gradum firmarant; astabant fracta tela et hastæ ruptæ, equorum membra, simul stipitibus arborum affixa capita, vicinis saltibus cruentæ aræ, apud quas

NOTÆ

Germ. 37. 'Gloria ingens; veterisque famæ late vestigia manent, utraque ripa castra, ac spatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque gentis, et tam magni exercitus fidem.'

Prima Vari castra] Cernebantur adhuc prima Vari castra ingenti ambitu tres legiones complexa; tot enim ibi fuisse ex totidem principiis, quæ in illis disposita erant intelligebatur. Deinde alio loco semirutum vallum; etiam ex *principiis majoribus*, quæ instar fori disposita in castris: et ex talium principiorum ambitu intelligi potuit numerus legionum, licet minus conspicue.

[o] *Trium legionum manus*] Quo argumento ex principiis colligebatur manus trium legionum? quia quoties plures legiones unis castris, principia suæ cuique legioni descripta: in quibus aquila et signa, item principia majora.

[p] *Semiruto vallo*] Videtur bina castra designare. Una ante cladem, justa, magna: altera in clade, quæ secundo die in monte quodam fecisse eos Dio tradit; at tertio, occidione occisos. Hæc secunda igitur describere mihi nunc videtur, semiruta, et ubi reliquiæ se collegerint.

Semiruto vallo] Haud dubie innuit duo fuisse castra Vari, prima nempe *lato ambitu*, &c. Aliud vero vallum fuisse *semirutum*, unde conjectabant ibi reliquias exercitus jam accisas, et pæne profligatas consedisse, donec ibi tandem internecione delerentur a barbaris.

[q] *Humili fossa*] Non admodum profunda; et hinc intelliges quid velit Tacitus, per 'scrobem humilem,' ubi, de conjuratione Pisoniana, Tribunus occidendus objicit, neque *scrobem* ipsam esse ex disciplina Rom. id est non esse satis profundam *humili fossa;* quia neque per tempus, neque per vires, quæ jam accisæ erant; et imminente semper hoste castra satis munire non potuerant legiones Vari.

[r] *Medio campi albentia ossa*] *Medio campi*, id est campo illo, qui inter utraque castra positus erat. Nimirum inter *prima Vari castra*, et *vallum semirutum*. Tum enim cæsi, strati, profligatique penitus Romani a barbaris. Inde est, quod illo secundo vallo semiruto dicit Tacitus *reliquias* legionum *accisas consedisse*.

[s] *Truncis arborum antefixa ora*] Claudianus l. III. de raptu Proserpinæ. 'Phlegæis sylva superbis, Exuviis totumque nemus victoria vestit; Hinc patuli rictus, hinc prodigiosa gigantum Tergora dependent, et adhuc crudele minantur Affixæ truncis facies.'

aræ, apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactaverant: et cladis ejus superstites, pugnam aut vincula elapsi, referebant, ‘ hic cecidisse legatos; illic raptas aquilas; primum ubi vulnus[u] Varo adactum; ubi infelici dextra et suo ictu mortem invenerit; quo tribunali concionatus Arminius, quot patibula captivis, quæ scrobes;[v] utque

immolaverant tribunos ac primipili centuriones, et qui e clade ista effugerant, pugna aut catenis elapsi, memorabant: hic interfectos legatos; illic abreptas aquilas, ubi primum vulnus accepit Varus, ubi infausta manu et suo gladio sibi necem consciverit, quo suggestu concionem habuit Arminius; quot cruces captivis, quæ fossæ, et ut signa et aquilas per arrogantiam ludibrio habuerit.

NOTÆ

[t] *Antefixa ora*] Vertunt *capita hominum affixa truncis arborum;* at suspicor subesse aliquem ritum religionis, aut superstitionis, in voce *antefixa.* Alii ita caute vertunt, ut non distinguant, an sint capita hominum, an equorum, quæ sic fixa fuerint arboribus: forte pro more suo talia hostium spolia Diis appendebant, aut potius affigebant in lucis seu templis; nec forte alios Deos, quam arbores colebant, neque alia templa ipsis, aut Dii, quam sylvæ.

Antefixa ora] Diodorus de Thracibus l. VI. ‘ Capita hostium in acie cadentium abscissa, equorum alligant collo. Hostium spolia sanguine perfusa famulis tradunt; in foribus domorum cum cantu atque hymnis affigenda, quemadmodum feras solent venatu captas.’

[u] *Primum ubi vulnus*] Ut videtur, non uno vulnere interiit Varus; primum vulnus ab hoste accepit; dein legionibus cæsis, aut fugatis, et omni spe salutis abjecta, suo ictu mortem invenit.

Primum ubi vulnus Varo adactum] Prioribus nempe præliis vulnus acceperat Varus, sed ab hoste; et illud *primum* vocat Tacitus, ut distinguat a secundo, et ultimo vulnere, quod sibi ipse inflixit, cum se in mortem suo gladio transfixit.

[v] *Quæ scrobes*] Observo scrobium mentionem aliquoties in suppliciis, sive quia soliti puniendum in scrobe collocare, quo securius ferirent, sive quia depositurі in ea cadaver. Vix enim est, ut ejusmodi damnati, combusti fuerint, aut justa eis facta. Tacitus l. XV. ‘ Pœna Flavii Veiano Nigro Tribuno mandatur. Is proximo in agro scrobem effodi jussit: quem Flavius ut humilem et angustum increpans, Ne hoc quidem, inquit, ex disciplina.’ Philo Judæus, εἰς Φλάκκον, apparatum supplicii ejus describens: ‘ Illi (milites) uno spiritu persequentes eum comprehendunt: et pars statim foveam fodiunt, pars per vim clamantem, reluctantemque trahunt.’ De scrobe, verissime notasse me censeo, jacta in eam corpora damnatorum: id, qui tunc mores, pro ignominia. Nec enim terra corpora condebant, sed igne consumebant. Juvat in arcano ritu Polybius l. I. de Carthaginensibus supplicio affectis: ‘ Admutilantes eos, et crura fraugentes, etiam vivos adhuc projecerunt in quandam scrobem.’ *Lipsius.*

Quæ scrobes] Videtur Tacitus loco citato ex l. XV. innuere illud suppli-

signis et aquilis per superbiam illuserit.'[w] Igitur Romanus, qui aderat, exercitus, sextum post cladis annum, trium legionum ossa, nullo noscente alienas reliquias an suorum humo tegeret, omnes, ut conjunctos, ut consanguineos, aucta in hostem ira, mœsti simul et infensi condebant. Primum exstruendo tumulo[x] cespitem Cæsar posuit, gratissimo munere in defunctos, et præsentibus doloris socius. Quod Tiberio haud probatum, seu cuncta Germanici in deterius trahenti, sive exercitum imagine cæsorum insepultorumque tardatum ad prælia et formidolosiorem hostium credebat: ' neque Imperatorem, auguratu[y] et vetustissimis cærimoniis[z] præditum, attrectare feralia[a] debuisse.'

Itaque Romanus, qui tum astabat, exercitus, sexto demum anno post cladem Varianam, sepeliit reliquias trium legionum, nullo jam discernente an extranearum an propinquorum ossa tumulo conderet, universos tanquam cognatos, tanquam affines, auctis adversus barbaros odiis, tristes simul et infesti terræ mandabant. Primam injecit glebam Cæsar erigendo sepulchro, piissimo in fatofunctos officio, atque astantium mœroris particeps. Quod Tiberio haud gratum fuit, sive actiones omnes Germanici in pejus acciperet, sive existimaret militem specie et aspectu interfectorum insepultorumque segnem ad discrimina, et metuentiorem hostium factum esse: neque enim Imperatorem augurii sacerdotio et antiquissimis

NOTÆ

cium militare tantum fuisse, et pro more militiæ, sic punitos, interfectosque viros militares. Igitur Arminius milites Romanos hic more Romano plectit, occiditque; illum enim morem obtinuisse apud Germanos non crediderim, nisi forte a Romanis, ipsis traditus esset; forte tamen, et omnibus qui occidebantur, fodiebant talem scrobem. Nam Neroni factam scrobem constat, cum se ultro occideret; et Lucan. l. VIII. de Pompeio. ' Exigua trepidus posuit scrobe nobile corpus.'

[w] *Illuserit*] Sic illudere videbatur Diis ipsis; nam ipsæ aquilæ erant numina legionum. Illudebat et Principibus Romanis, qui Divi, et etiam vivis, quorum imagines inter signa et aquilas ferebantur.

[x] *Primum exstruendo tumulo*] Consueto Ducum ac Principum more, quo promtiores ceteros redderent. Sic Nero, dum Isthmum perfodere conatus est, ' primus' (ut ait Sueton. c. 19.) ' rastello humum effodit, et corbulæ congestam humeris extulit.' Et in Vesp. c. 8. ' Ipse restitutioncm Capitolii aggressus, rudcribus purgandis manum primus admovit, ac suo collo quædam extulit.'

Primum exstruendo tumulo] Virg. l. III. ' Ergo instauramus Polydoro funus, et ingens Aggeritur tumulo tellus.' Igitur ex cespite tumultuario, et militari aggestus tumulus, nec diu duravit; hunc enim statim subvertere Germani.

[y] *Auguratu*] Vertit Harlæus, *scientiæ seu disciplinæ augurum, et vetustissimarum cærimoniarum peritum.* Hoc ad peritiam non spectat, sed ad sanctitatem sacerdotii, *auguratus* nempe; forte ne animus averteretur, aut turbaretur funesta illa et ferali cogitatione, aut alia simili causa, quæ non

63. Sed Germanicus, cedentem in avia Arminium secutus, ubi primum copia fuit, evehi equites, campumque, quem hostis insederat, eripi[b] jubet. Arminius colligi suos

ritibus inauguratum, se immiscere funeri debuisse.

At Germanicus recedentem Arminium in devia loca sequebatur, et statim atque data facultas, erumpere equites jubet, et hostem pelli campo quem occuparat. Arminius contrahi suos et propius accedere saltibus admonitos, subito in sequentes

NOTÆ

spectat ad peritiam cærimoniarum, sed ad religionem ipsam.

[z] *Vetustissimis cærimoniis*] Quæ adhærent auguratui, nec violandæ erant. Extat inscriptio Romæ, sed mutila, in qua *Germanicus Cæsar* scribitur, Ti. Augusti F. divi Augusti N. divi Julii Pron. Augur. flamen. Aug. Infra etiam l. II. ‘ Ne quis augur aut flamen in locum Germanici, nisi gentis Juliæ crearetur.’

[a] *Attrectare feralia*] Non augures solum, sed Pontifices, et opinor, omnes Sacerdotes arcebantur a funestis. Apparet ex facto Augusti et Tiberii, qui velo interposito mortuos laudarunt. Item ex Plutarcho in Sylla, qui scribit, ‘ Metellam uxorem ejus obiisse :’ additque, ‘ cum Pontifices non sinerent Syllam eam visere, neque domum ejus funere pollui ; Syllam scripsisse libellum divortii, eamque adhuc vivam in aliam domum jussisse transferri.’ Notabilis ritus, aut cærimonia : et credo pluries et solenniter usurpatam. Sylla autem inter sacerdotes : neque scio an et inter *Augures*. Certe *lituus* comparet in quibusdam ejus nummis.

Sed de offensa Tiberii, credo et occultam causam Tiberio fuisse ; quod hoc factum nimis populare, et conciliando militi videbatur. Qua consimili Philippus Macedonum Rex, cui bellum cum Romanis fuit, alienus ab Antiocho rege Syriæ factus, qui Macedonas cæsos ad Cynocephalas sepelierat : humaniter ; sed quasi cum tacita Philippi redargutione.

Feralia] Et tamen Germanicus attrectavit, etiam teste Suet. Cal. II. ‘ Cæsorum clade Variana veteres ac dispersas reliquias uno tumulo humaturus, colligere sua manu, et comportare primus aggressus.’ Attrectare ipse feralia non debuit, non modo quia Augur, sed etiam quia Sacerdos e numero sodalium Augusti, et etiam quia dux Cæsar et Imperator fuit. Et idcirco publice lacrymare non debuit, nec decuit, nempe propter decorum tantæ dignitatis, seu majestatis. Ideoque et velum interpositum mortui corpus inter et Principem, seu Pontificem Max. si quando laudaret pro rostris. Perpende verba Taciti, *neque Imperatorem auguratu, et vetustissimis cærimoniis præditum*. Certe videtur ibi tres causas afferre, cur *attrectare feralia* non debuerit Germanicus. Sed præcipuam causam dissimulabat Tiberius ; *non enim simplices eas curas* ultro suspicabatur.

[b] *Campumque, quem hosti insederat, eripi*] Genus loquendi e Circo petitum. Ubi cum quatuor currus ad carceres starent, si primo ostio missus palmam meruisset, dicebant : *occupavit et vicit :* occupatio enim est eorum, qui in vacua veniunt primi ; si secundo, *successit et vicit*. Habes in lapide antiquo apud Grunterum p. 337. *eripuit*, puta *campum* præcedentibus. Silius : ‘ Tene, Astur, certante feret quisquam æquore palmam Erepto ?’

et propinquare sylvis[c] monitos, vertit repente: mox signum prorumpendi dedit iis, quos per saltus occultaverat. Tunc nova acie turbatus eques;[d] missæque subsidiariæ cohortes, et fugientium agmine impulsæ, auxerant consternationem: trudebanturque in paludem, gnaram vincentibus, iniquam nesciis, ni Cæsar productas legiones instruxisset: inde hostibus terror, fiducia militi: et manibus æquis abscessum. Mox, reducto ad Amisiam exercitu, legiones classe, ut advexerat, reportat: pars equitum littore Oceani petere Rhenum jussa: Cæcina, qui suum militem[e] ducebat, monitus, quanquam notis itineribus regrederetur, Pontes longos[f] quam maturrime superare. Angustus is trames[g] vastas inter paludes, et quondam a L. Domitio[h] aggeratus: cetera

hostes convertit. Dein signum dat iis, quos per sylvas abdiderat, invadendi Romanos. Tunc nova et repentina acie perculsi equites nostri, missæque auxilio cohortes quæ in subsidiis habebantur, et fugientium incursu abreptæ, trepidationem auxerant; et pellebantur in stagna nota victoribus, atque ignaris infesta, nisi Cæsar legiones in aciem eduxisset; hinc hostibus metus, nostris animus, et æquo Marte discessum est. Dein reductis ad Amisiam copiis, legiones navibus, ut adduxerat, revehit: pars equitum per ripam Oceani redire ad Rhenum monita. Cæcina, qui suas legiones curabat, quamvis per cognitas sibi vias remearet, jussus pontes longos quam celerrime pertransire. Arcta ea semita ingentia inter stagna, quam olim L. Domitius aggere composito munierat, cetera luto infesta, tetro limo importuna, aut

NOTÆ

[c] *Propinquare sylvis*] Nempe vel ut se tutarentur hisce veluti munimentis sylvarum, si Romani vehementius ingruerent, vel ut sic allicerent Romanos in insidias Germanorum, quos per sylvas illas occultaverat Arminius.

[d] *Nova acie turbatus eques*] *Nova*, id est, nondum visa, seu non expectata; non enim viderant Romani copias, quas Arminius sylvis abdiderat; sed tantum eas, quas propinquare eisdem sylvis jusserat. Igitur illa nova, et nondum visa acie, quæ in insidiis locata, et quæ subito sylvis erupit, turbatus eques Germanici.

[e] *Suum militem*] Cui nimirum præesse consueverat, nempe inferioris Germaniæ exercitum; vide supra I. 31.

[f] *Pontes longos*] In Chamavis, inter urbes *Ham*, *Alem*, et *Lunigusen*.

[g] *Angustus is trames*] Puto illum esse, qui hodieque extat, et usui est, inter paludes aut uligines, haud procul Amisia flumine, inter *Lingam*, *Weddam*, *et Coevordam*. Aliquot milliarium spatium occupat, itque per medias paludes solus hic limes manu factus, arenis magno opere congestis, et palis trabibusque ad marginandum defixis. Extrema palorum ævo detrita sunt; sed sub terra vel aquis reperiuntur: et Batavi nunc tam opportuno loco usi, qua aditus in Frisiam datur, valido propugnaculo, in ipso limite illo, munierunt. Vocant *Bretanniæ uligines*, *Bretansche heyde*, nostra lingua: et discis jam, ubi et unde *Britannica herba* reperta aut dicta, Plinio frustra inquisitum. Est ab ista *Britannia*, sive magis *Bretannia*: et tu, sodes, Plinium vide, in

limosa, tenacia gravi cœno, aut rivis incerta erant; circum sylvæ, paulatim acclives: quas tum Arminius implevit, compendiis viarum et cito agmine onustum sarcinis armisque militem cum antevenisset. Cæcinæ dubitanti, quonam modo ruptos vetustate pontes reponeret, simulque propulsaret hostem, castra metari[i] in loco[1] placuit; ut opus,[j] et alii prælium inciperent.

64. Barbari perfringere stationes, seque inferre munitoribus nisi, lacessunt, circumgrediuntur, occursant: miscetur operantium bellantiumque clamor: et cuncta pariter Romanis adversa; locus uligine profunda, idem ad gradum instabilis, procedentibus lubricus; corpora gravia loricis: neque librare pila inter undas poterant. Contra Cheruscis sueta apud paludes prælia; procera membra; hastæ ingentes ad vulnera[k] facienda quamvis procul. Nox demum

rivulis fallacia erant, circumquaque saltus leniter assurgentes quos tum Arminius milite insedit, cum per compendia itinerum et propero incessu antevertisset legiones graves sarcinis armisque. Deliberante Cæcina quanam ratione instauraret pontes vetustate dirutos, simulque hostem repelleret, statuit ibi castra locari, ut alii susciperent opus, alii prælium inirent.

Germani perrumpere custodias, seque immiscere operantibus conati, oppugnant, circumeunt, incursant: confunditur laborantium et certantium vociferatio, et omnia perinde Romanis infesta; locus illuvie profunda, idem ad figenda vestigia incertus, progredientibus fallax et præceps. Milites loricis onerati, neque emittere hastas inter paludes poterant. At Cherusci inter æstuaria dimicare consueverant, ingentia corpora, prælongæ lanceæ ad infligenda quamvis eminus vulnera. Nox tandem

1 Mallet Heinsius, *ilico*. Nihil mutandum. Sic enim infra Annal. IV. 47. *mox castris in loco communitis*.

NOTÆ

Frisiis herbam hanc mire celebrantem XXV. 3. Porro isti limites sive aggeres, *Kaii* etiam Latinis olim dicti: quæ vox et Batavis manet. *Lips.*

[h] *Quondam a L. Domitio*] Neronis principis avo. Tacit. l. IV. 'Post exercitu flumen Albim transgressus est, longius penetrata Germanica, quam quisquam priorum, easque ob res, insignia triumphi adeptus est.' Sueton. Nerone, c. 4. 'Non minus aurigandi arte in adolescentia, quam deinde triumphalibus ornamentis ex Germanico bello.' In alium sane Domitium ista non cadunt.

[i] *Castra metari*] Ad rem sic Vegetius l. I. 25. 'Si hostis incumbat, tunc omnes equites, et media pars peditum, ad propulsandum impetum ordinantur in acie. Reliqui post ipsos ductis fossis muniunt castra, et per præconem indicatur, quæ centuria prima, quæ secunda, quæ tertia, donec opus omne compleverit.'

[j] *Ut opus*] Sic intellige, *ut* alii *opus*, *alii prælium inciperent;* non tamen sic lege, nam nihil deest.

[k] *Hastæ ingentes ad vulnera*] Sua cuique genti arma, seu species telorum, *Pila* Romanis propria, et sua fuere arma, telum haud dubie quam *Hasta* vehementius; sicut *Gessa* Gal-

inclinantes jam[l] legiones adversæ pugnæ exemit. Germani, ob prospera indefessi, ne tum quidem sumta quiete, quantum aquarum circum surgentibus jugis oritur, vertere in subjecta : mersaque humo, et obruto, quod effectum operis, duplicatus militi labor. Quadragesimum id stipendium[l] Cæcina parendi aut imperitandi habebat ; secundarum ambiguarumque rerum sciens, eoque interritus. Igitur futura volvens, non aliud reperit, quam ut hostem sylvis coërceret, donec saucii, quantumque gravioris agminis, anteirent; nam medio montium et paludum porrigebatur planities, quæ tenuem aciem pateretur.[m] Deliguntur legiones, quinta dextro lateri, unaëtvicesima in lævum; primani ducendum ad agmen;[n] vicesimanus adversum secuturos.

iniquo certamine eripuit legiones jam tum cedentes, fatiscentesque. Germani ob felicem pugnam nunquam lassi, ne tum quidem indulgentes quieti, in subjecta loca derivant, quicquid undarum passim imminentibus collibus exoritur ; submersis campis, et obrutis quæ factæ erant munitionibus, sic adauctum opus legionibus. Quadraginta per annos militaverat Cæcina, vel obediendo vel imperitando, prosperis atque adversis expertus, ideoque impavidus. Itaque agitans animo quæ contingere possent, nihil utilius invenit, quam ut Germanos in saltibus comprimeret, donec vulnerati et gravis armaturæ miles præcessissent ; quippe medio itineris quod infestum stagnis et collibus erat, patebat campus, quo modica acies instrui poterat. Sic disponuntur legiones, quinta dextrum latus tutabatur, unetvicesima lævum, prima legio agmini præibat, vicesimani terga firmabant adversum lacessituros.

---

1 Plerumque legitur *tum*, sed redundare existimat Ernestus. Freinshemius mallet, *jam*. Certe melius abesset ; et librariorum incuria ex sequentibus, *ne tum quidem*, arcessitum videtur. Forte *multum*, &c. vel *inclinantes opportune*, &c. *exemit :* sed et *tum* potest servari. *Brotier*. Homer. et Ryckius, *tum*.

NOTÆ

lorum, *Sarissa* Macedonum, *Lancea* Hispanorum, *Gladius* Lacedæmoniorum, *Acinaces* Medorum, *Falarica* Saguntinorum, *Sagaris* Persarum, *Rhomphea* Thracum, *Framea* Germanorum, et *Sparus* Rusticorum, Teutonicorum vero *Cateiæ*. Erat enim hasta angusto et brevi ferro, romphea autem ingentis longitudinis. Tametsi Hispanum gladium admodum brevem, et sarissam prælongam hastam ferro affixo legamus. Etiam *Sica* Romanis frequens et peculiaris fuit: quippe Romani milites utroque latere ferebant sicas, dextra breviorem, sinistra longiorem.

[l] *Quadragesimum id stipendium*] Est ergo idem ille, de quo l. III. 'Inter quæ Severus Cæcina censuit, ne quem magistratum, cui provincia evenisset, uxor comitaretur. Multum ante repetito concordem sibi conjugem, et sex partus enixam : seque, quæ in publicum statueret, domi servavisse, cohibita uxore intra Italiam ; quanquam ipse plures per Provincias quadraginta stipendia explevisset.'

[m] *Quæ tenuem aciem pateretur*] Non qua acies legionum satis explicari posset, sed qua tamen modica, et quantulacumque acies instrui et ordinari posset, quod saluti legionibus

65. Nox per diversa inquies: cum barbari festis epulis, læto cantu aut truci sonore[o] subjecta vallium ac resultantes saltus complerent; apud Romanos invalidi ignes,[p] inter-

Nox ea variis de causis inquieta fuit: cum Germani læta inter convivia, cantu alacri, aut horribili ululatu circumjecta vallium ac resonantes sylvas implerent; apud Romanos, ignes languidi, interrupti clamores, cum ipsi milites passim muni-

NOTÆ

erat. *Tenuem*, non qua rarus aut infrequens miles, immo densus et confertus esset ob angustias loci.

[n] *Ducendum ad agmen*] *Primani* in media acie constituti incedebant, sicque ducebant agmen; at *Vicesimani* agmen claudebant. Ex quatuor legionibus, altera ad dextram, altera ad lævam, alia in medio, alia in postremo agmine incedebant.

[o] *Truci sonore*] Cornelius noster Lucretii lectione delectatus, ex illius vetustis verbis, quasi flosculis, libros novos aspersit: sic autem Poëta: 'quæ belle tangere possunt Aureis, et lepido quæ sunt fucata sonore.'

Sonore] Sic melius exprimit trucem cantum, seu *barditum* Germanorum.

[p] *Invalidi ignes*] Mirum hic dubitare viros summos libris de militia Romana; ignesne istos capere debeant pro iis, quibus cœnæ et corporum curandorum causa usus militi, an pro facibus vigilum? At qui, quæso, pro facibus vigilum? in tali periculo non modo intermittendæ, sed et intendendæ vigiliæ; quod etiam fieri solitum ostendit illud Statii l. XII. Thebaidos: 'Illam nam tempore in omni Attendunt vigiles, et Rex jubet ipse timeri, Contractæque vices, et crebrior excubat ignis.' Diserteque Curtius l. IV. in vita Alexandri: 'Darius illud, quod Parmenio suaserat, hostem esse facturum conjectans, frænatos equos stare, magnamque exercitus partem in armis esse, ac vigilias intentiore cura servari jusserat: ergo ignibus tota ejus castra fulgebant.' Et ita est: vult Tacitus, post hanc cladem, Romanos sub vesperam minime excitasse illam ignium tota per castra frequentiam, quam solebant; sed plerosque cibi potusque, immo et sui immemores, indulsisse aut luctui aut formidini. Exemplum suppeditavit nobis ex Xenophonte l. III. Ἀναβάσεως Lipsius ad istum Taciti locum. Nec aliud volunt ista e Plutarchi Pelopida: 'Cum abiissent multi in tentoria, neque ignem accendisse, neque cibum sumsisse, silentium vero et mœstitiam fuisse totius exercitus, quasi non retulissent splendidissimam et maximam victoriam; sed quasi victi et subacti in servitutem essent a tyranno.' Livius quoque l. IX. 'Qua cibi, qua quietis immemor nox traducta est.' Nimirum *invalidi ignes*, hoc loco opponuntur Germanorum *festis epulis*. Gruterus.

Invalidi] Opponit noctem nocti, ignes ignibus, castra castris; in castris Germanorum nox læta, festæ epulæ, multi et validi ignes, cantus et clamores continui. At apud Romanos nox inquies, invalidi ignes, interruptæ voces, ut in tali consternatione; nec id spectat ad *faces*, aut *voces, vigilum*. Intelligit Tacitus triste fuisse vulgus militum Rom. Sicque illorum ignes fuisse invalidos, illorum voces interruptas, comparate ad Germanos, qui e contrario suam victoriam lætis vocibus, validis ignibus, *festis epulis* per noctem celebrabant.

Invalidi ignes] Possit intelligi Tacitus de quibuscumque ignibus aut vocibus indistincte; nam si pauci et invalidi igues, si trepidi et rari clamores militum; sic et apparebant

ruptæ voces, atque ipsi passim adjacerent vallo, oberrarent tentoriis, insomnes magis quam pervigiles: ducemque terruit dira quies. Nam Quintilium Varum, sanguine oblitum et paludibus emersum, cernere et audire visus est, velut vocantem, non tamen obsecutus, et manum intendentis repulisse. Cœpta luce, missæ in latera legiones, metu an contumacia, locum deseruere: capto propere campo, humentia ultra. Neque tamen Arminius, quanquam libero incursu, statim prorupit: sed, ut hæsere cœno fossisque impedimenta, turbati circum militcs, incertus signorum ordo, utque tali in tempore, sibi quisque properus et lentæ adversum imperia aures, irrumpere Germanos jubet, clamitans, ' En Varus, et eodem iterum fato[1] victæ legiones!' Simul hæc, et cum delectis scindit agmen,[q] equisque maxime vulnera ingerit: illi sanguine suo et lubrico paludum lapsantes, excussis rectoribus, disjicere obvios, protercre jacentes.[r] Plurimus

mentis adhærerent, per contubernia vagarentur, magis expertes somni quam vigilantes. Legatoque pavorem incussit dira in somnis obversata species. Etenim intueri et audire videbutur Quintilium Varum cruore opertum, et e stagnis emergentem, tanquum ipsum appellaret, non tamen obediisse et dextram porrigentis a se removisse. Orta die dispositæ in cornuu legiones, an formidine an pervicacia locum reliquere, occupata raptim planitie ultra paludes. Neque tamen Arminius statim invasit, quumvis libero prorumpendi spatio dato: sed ut defixa limo et scrobibus impedimenta fuere, ut disjecti et inordinuti circum manipulures, ut instabilis, nutansque signorum ordo, utque in tali necessitate sibi quisque promtus, et segnis ad jussa miles, invadere Germanos suos jubet Arminius, exclamuns: En Varus, et eadem rursus fortuna profligatæ legiones! *Simul hæc imperat: et cum validissimis perrumpit aciem, et equis præcipue plugas infligit. Illi cruore suo et incerto paludum nutantes cadentesque, et ejectis sessoribas, turbare obvios, conculcare prostratos:*

1 Frustra Pichena et Heinsius tentant, *en eodem.* Immo Heinsius legit: *En Varus, en uno eodemque iterum futo.*

NOTÆ

tenues esse faccs vigilum, quemadmodum et voces illorum infrequentes et interruptæ. Nam per vices tantum sese appellant vigiles, et silentibus aliis militibus magis observatur illa interruptio. Igitur hoc verum de utrisque. Primo constat de facibus et vocibus vigilum, quod et invalidæ sint, si solæ et seorsim ab aliis spectentur, sicut et voces interruptæ, mœstis et quiescentibus aliis militibus. De ceteris etiam constat; nam proprie describit hoc loco Tacitus tristitiam et silentium omnium militum Rom. præ Germanis.

q *Scindit agmen*] Id est, perrumpit, pervaditque exercitum Romanorum.

r *Jacentes*] Effusos et prostratos equites, vel obvios, quos disjecerant, jacentes conterere, pedibus calcare.

circa aquilas labor, quæ neque adversum ferri ingruentia tela, neque figi limosa humo poterant. Cæcina, dum sustentat aciem, suffosso equo delapsus, circumveniebatur, ni prima legio sese opposuisset. Juvit hostium aviditas, omissa cæde, prædam sectantium: enisæque legiones,[s] vesperascente die, in aperta[t] et solida. Neque is miseriarum finis: struendum vallum, petendus[2] agger:[u] amissa magna ex parte, per quæ egeritur humus, aut exciditur cespes; non tentoria manipulis, non fomenta sauciis: infectos cœno aut cruore cibos dividentes, funestas tenebras, et tot hominum millibus unum jam reliquum diem lamentabantur.[v]

maxima difficultas circa signa et aquilas, quæ neque sustineri adversus incidentia tela, neque lutoso solo defigi poterant. Dum sustinet prælium Cæcina, graviter icto equo, afflictus humi intercipiebatur, nisi primani sese opposuissent. Favit hostium cupiditas, relicto certamine spolia quærentium: et demum appetente nocte evasere legiones in plana firmaque. Neque is ærumnarum exitus: munienda castra, quærendus cespes: magna ex parte perdita ea instrumenta quibus terra effoditur aut scinditur gleba; non tabernacula militi, non remedia vulneratis: inquinata luto aut sanguine cibaria distribuentes, fatalem noctem, et tantæ mortalium multitudini unum superesse diem deplorabant.

2 Incassum Heinsius, *repetendus*.

NOTÆ

[s] *Legiones*] Nempe duæ legiones, quarum una ducebat, altera claudebat agmen.

[t] *In aperta*] In campum, in planitiem; nempe ultra humentia, ultra limosa et lubrica paludum.

In aperta et solida] Puto, intelligit planitiem illam, quæ 'medio montium et paludum porrigebatur, et quæ tamen aciem pateretur.' Infra, 'missæ in latera legiones, &c. locum deseruere, capto propere campo humentia ultra.' Orta die inceperant iter quinta et unetvicesima, et locum suum deseruerant, et haud dubie magno intervallo ceteras copias præcedebant. Igitur cum dicit Tac. enisas legiones, 'vesperascente die, in aperta et solida,' de toto agmine gravi intelligi debet, et maxime de his legionibus quæ terga claudebant. Restabant autem post illum campum adhuc paludes et limosa loca superanda. Nam infra 68. censebat Arminius, 'Sinerent egredi (*Romanos nempe*) egressosque rursum per humida et impedita circumvenirent.' Et castra Romani muniverant in hac planitie, ubi pernoctarunt, et in his castris oppugnati sunt a Germanis, præter mentem et consilium Arminii, qui etiam aliter se gesserat in profligando Varo. Eum quippe excedentem e primis castris oppugnavit, delevitque in itinere, seu campo, qui medius inter utraque castra. Nempe inter *prima Vari castra*, et *vallum semirutum;* ubi tandem *accisæ reliquiæ* legionum *consedisse intelligebantur.*

[u] *Petendus agger*] Nempe quærendus et exscindendus cespes, quo aggerem, seu vallum exstruerent. Nam castra singulis noctibus muniebant: *per quæ egeritur humus*, corbulæ et sportæ.

[v] *Funestas tenebras lamentabantur*] Id est, lamentando dicunt, tenebras illas, quæ cum nocte ingruerent, non

66. Forte equus,[w] abruptis vinculis vagus et clamore territus, quosdam occurrentium obturbavit: tanta inde consternatio, irrupisse Germanos credentium, ut cuncti ruerent ad portas: quarum decumana maxime[x] petebatur, aversa hosti, et fugientibus tutior. Cæcina,[y] comperto, vanam esse formidinem, cum tamen neque auctoritate, neque precibus, ne manu quidem, obsistere aut retinere militem quiret, projectus[z] in limine portæ, miseratione demum, quia per corpus legati eundum erat, clausit viam: simul tribuni et centuriones falsum pavorem[1] docuerunt.

67. Tunc contractos in principia, jussosque dicta cum silentio accipere, temporis ac necessitatis monet: 'Unam in armis salutem: sed ea consilio temperanda, manendumque intra vallum, donec expugnandi hostes spe, propius succederent: mox undique erumpendum: illa eruptione ad Rhenum perveniri. Quodsi fugerent, plures sylvas, profundas

Forte equus, abscissis loris palabundus et militum clamore perterrefactus, quosdam occursantium perturbavit. Tanta hinc trepidatio, invasisse Germanos putantium, ut omnes se effunderent ad portas castrorum, quarum præcipue Decumana quærebatur, ut longius amota ab hoste, et fugacibus opportunior. Cæcina cognito vanum pavorem esse, cum tamen neque dignitate sua, neque obtestationibus, ne dextra quidem resistere, aut comprimere militem posset, objectus in limine valli, commiseratione tandem, quia transeundum erat per corpus legati, occlusit iter: simul et tribuni, centurionesque vanam formidinem esse renuntiarunt.

Tunc milites vocatos apud principia jubet cum silentio, quæ dicturus esset, audire, et necessitatis ac temporis memores esse monet: Unam in prœliis salutem, sed ea consilio regenda, perstandumque intra castra, donec hostes, invadendi spe, accederent, dein prorumpendum: illo incursu ad ripam veniri posse. Sin fugæ se mandarent, plures saltus, alta magis stagna, violentiam hostium

1 *Pavorem esse* Gronov.

NOTÆ

solitas lucis umbrarumque vices esse, verum ferales, hoc est, mortiferas, excquiales tenebras, in quibus ipsis vitæ luce occasura, nox una perpetuo dormienda foret. Ita II. 31. de Libone.

[w] *Forte equus*] Polybius de prisca militia sic refert: 'Triariorum porro manipuli liberi quidem sunt a ministerio Tribunicio, sed turmis equitum excubiam quotidie præbent, ut quisque manipulus a tergo turmæ assidet. Atque hi curant, tum alia, tum equos maxime, nc aut vinculis impediti, et illigati lædantur, inutiles futuri ad militiam, aut soluti et ruentes turbas ac consternationem excitent.'

[x] *Decumana maxime*] Ea opposita Prætoriæ ex adverso, et plurimum remota ab hoste erat, et ab eo ibat.

[y] *Cæcina*] Habes idem prorsus factum in Plutarchi Pompeio, sub initium.

[z] *Projectus*] In limine portæ, sed non prostratus.

magis paludes, sævitiam[1] hostium superesse; at victoribus decus, gloriam:[2] quæ domi cara, quæ in castris honesta,'[a] memorat: reticuit de adversis.[b] Equos dehinc, orsus a suis,[3] [c] legatorum tribunorumque, nulla ambitione,[d] fortissimo cuique bellatori[e] tradit, ut hi, mox pedes,[f] in hostem invaderent.

68. Haud minus inquies Germanus spe, cupidine, et diversis ducum sententiis agebat: Arminio, ' sinerent egredi, egressosque rursum per humida et impedita circumvenirent,'

restare: at vincentibus laudem, famam; quæ domi pignora, quæ in castris decora *memorat*. *Siluit de improsperis: dein equos, incipiens a suis, legatorum tribunorumque, nullo favore aut ambitu tribuit strenuissimo cuique præliatori, ut hi, et post illos pedites, in hostem irrumperent.*

Nec minus anxii solicitique Germani spe, cupiditate, et variis principum consiliis: hortante Arminio, ut expectarent ipsi, dum e castris legiones exirent, exeuntesque rursus lubricis et infestis paludibus interciperent: *violentiora*

1 Ernestus existimat addendum, aut intelligendum, *aliam sævitiam*. Quod frigidum, nec Cornelianum. *Brotier*.—2 Sic interpungunt, et recte, Ms. Flor. Beroaldus, et alii nonnulli. Ceteri male distinguunt, *gloriam, quæ domi*.—3 Frustra tentat Lipsius, *orsus a suo*. Plures equos habere potuit, et habuit Cæcina.

NOTÆ

[a] *In castris honesta*] Quæ in bello egregie et præclare gessissent, gloriam et decus partum armis, opes, censum, et partem donativi quæ deponebatur apud principia, amicos, affines, dona militaria, et cetera solatia honesta, diguaque nomine Romano.

[b] *Reticuit de adversis*] Vertit interpres Gallicus, *reticuit de periculo in quo versabantur, vel quod adituri erant*; quasi Tacitus diceret, *reticuit* de iis, quæ illis adversa, seu contraria erant hoc loco et tempore. Sed potius intellige reticuisse de rebus adversis quæ antea ipsis contigerant, ne renovaret memoriam rei infaustæ, vel ne cogeretur forte intempestive arguere pavorem aut contumaciam legionum quæ stationem suam desernerant.

[c] *Equos dehinc, orsus a suis*] Cur hanc lectionem mutes, causa nulla est. Nam Cæsar equum suum e conspectu removet, I. 25. de bello Gallico; scilicet, quia in acie, equo vehens, equo descendit, ut æquaret periculum. At Cæcina in castris pedes, equos omnes suos distribuit fortissimis militum. *Mercerus*.

[d] *Nulla ambitione*] Sine æmulatione, sine gratia aut favore in amicos, in notos aut ignotos, modo fortissimi haberentur, equos distribuit.

[e] *Fortissimo cuique bellatori*] Ut in equis expediti alacrius et acrius erumperent in hostem, et catervas hostium scinderent perrumperentque, et sibi legionibusque viam ferro patefacerent.

[f] *Mox pedes*] Id est, postquam fortissimi illi equites irrupissent, et impetum in hostem fecissent, statim etiam pedites invaderent.

suadente: atrociora Inguiomero et læta barbaris, 'ut vallum armis ambirent: promtam expugnationem, plures captivos, incorruptam prædam fore.' Igitur orta die proruunt [1] fossas,[n] injiciunt crates,[g] summa valli[h] prensant, raro super milite,[i] et quasi ob metum defixo. Postquam hæsere[2] munimentis,[j] datur cohortibus signum, cornuaque ac tubæ concinuere: exin clamore et impetu tergis Germanorum cir-

censente Inguiomero, et læta barbaris, nempe ut castra armati obsiderent, facilem expugnationem, plura mancipia, illibata spolia relaturos. *Itaque cœpta luce obruunt opplentque fossas, crates immittunt, prominentia valli arripiunt, paucis vallum propugnantibus, et veluti præ pavore attonitis. Postquam vallo circumhæsere, datur signum erumpendi cohortibus, buccinarumque ac tubarum clangor exauditus. Mox ululatu impetuque Germanos a tergo circumveniunt, objectantes:* non

1 Infeliciter tentant Turnebus et Freinshemius, *Proruunt, fossis injiciunt crates.* Mirum id Ryckium probasse, et veterem scripturam mutasse. *Proruunt fossas*, terra proruta explent, cratibus integunt, ut summa valli prensare valeant. Ita passim loquuntur Cæsar, Livius, ac Tacitus. Perperam in Ms. Flor. *fossos.* In hoc codice, *o* et *a* sæpe commutantur, ut observavit Jac. Gronovius.—2 *Inhæsere* vel *adhæsere* præstat. *Brotier.*—3 Pessime Lip-

NOTÆ

[n] *Proruunt fossas*] *Proruere*, veteres hoc verbo usi. Cæsar III. Gall. 'Celeriter ad munitiones pervenerunt, atque bis prorutis.' Livius IX. 'Pars fossas explerent, pars vellerent vallum, atque in fossas proruerent.' Eodemque: 'Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum proruendum, fossasque implendas.' Et mox; 'Proruto vallo erupit acies.' Lib. XXVI. 'Albam a fundamentis proruerunt.' Frontinus II. 5. 'Desertum proruit vallum et castra cepit.' Tacit. l. III. hist. 'Balista ingentibus saxis hostilem aciem proruebat.'

[g] *Injiciunt crates*] Duplex hic ratio transeundi fossas, ut aut prorута a labris terra complerent; aut cratibus injectis velut ponte transirent. Utramque tangit. Neque enim Turnebo et aliis credendum, qui legunt, 'Orta die proruunt, fossis injiciunt crates.' De cratibus etiam Galli apud Cæsarem usurpant, l. VII. 'Proximam fossam cratibus integunt, atque aggere explent.' Ubi etiam de *Aggere*, quem et Romani huic rei usurpabant, e fascibus scilicet et levi materie.

[h] *Summa valli*] Id est, vallos ipsos, seu cervulos acutos et bicipites, qui invicem impliciti et innexi summum aggerem adversum irrumpentes tutabantur.

[i] *Raro super milite*] Fere nudato propugnatoribus vallo, infrequente milite, et quasi attonito per formidinem.

[j] *Postquam hæsere munimentis*] Ad rem sic Veg. III. 2. 'Quod si intra civitatem manentibus parati advenerint (hostes), aut differatur egressus, aut certe dissimuletur; ut cum adversarii insultare cœperint his, quos non putant exituros; aut cum ad prædam, vel redeundum converterint animum, et ordines solverint; tunc illis stupentibus, lectissimi prorumpant, et conferti aggrediantur ignaros.'

cumfunduntur, exprobrantes, ‘non hic sylvas, nec paludes, sed æquis locis æquos Deos.’[k] Hosti, facile excidium[3] et paucos ac semermos cogitanti, sonus tubarum, fulgor armorum, quanto inopina, tanto majora offunduntur: cadebantque, ut rebus secundis avidi, ita adversis incauti. Arminius integer, Inguiomerus post grave vulnus, pugnam deseruere: vulgus trucidatum est, donec ira et dies[4] permansit. Nocte demum reversæ legiones, quamvis plus vulnerum, eadem ciborum egestas fatigaret, vim, sanitatem, copias, cuncta in victoria habuere.

69. Pervaserat interim ‘circumventi exercitus’ fama, et ‘infesto Germanorum agmine Gallias peti:’ ac, ni Agrippina impositum Rheno pontem[l] solvi prohibuisset, erant

hic saltus, neque paludes, sed justis locis justos Deos. *Barbari promtam expugnationem et paucos ac semiermes in castris Romanis sibi fingebant, hincque sonor tubarum, splendorque armorum, quanto minus provisa, tanto magis eos perstringunt atque exterrent: occidebanturque ut in prosperis promti, ita rebus iniquis inconsulti. Arminius incolumis, Inguiomerus gravi vulnere saucius prælium omisere: plebs interfecta est, dum ira et dies duravit. Nocte eadem regressus miles, quanquam plura vulnera essent, eademque inopia commeatuum premeret, robur tamen, valetudinem, cibos, omnia in victoria reperere.*

Interea percrebuerat rumor interceptarum legionum, et Germanos infesto agmine Gallias irrumpere. *Et nisi vetuisset Agrippina abrumpi pontem Rheno*

---

sius, *Hostis facile excidium.*—4 Frigide et insulse Heinsius, *donec iratis dies.* Brotier.

NOTÆ

[k] *Æquos Deos*] Æqualem, seu communem Martem, æquales vires, æquale bellum fore. Quasi dicerent, Nunc æquis locis, et æquis armis, seu æquo prælio decernemus, utris virtus victoriam tributura sit: vel sensus est, *Æquis locis æquos* belli *Deos*, seu favorabiles virtuti fore. Est qui explicet *æquos Deos* in nullam partem pronos. Intelligit Tacitus *æquos* belli *Deos* fore, quod idem est ac æqua arma fore, seu æquo Marte pugnaturos utrosque; et cum Romani præter æqua arma, seu æquam justis locis pugnandi facultatem, reputarent in suis partibus fortitudinem, industriam, et majorem armorum peritiam, simul atque reputabant *æquos locos*, et *æquos Deos*, simul et victoriam sibi spondebant, vindicabantque, et jure merito; unde sensus hic eruitur Taciti, Justis locis fore justos Deos, simul et favorabiles; ita ut τὸ *æquos* utrumque importet, et idem sit, *æquos* et *favorabiles* esse, hoc loco.

[l] *Impositum Rheno pontem*] Qua parte Rheni iste pons? Ne trahant ad se Agrippinenses: falluntur, apud Treveros fuit. Nam Agrippina discedens a marito, tumultu militari, in Treveros iit, ut supra lectum nobis, ibique mansit. Pons ergo eopse in loco. Strabo l. IV. ‘Post Mediomatrices et Tribochos habitant prope Rhenum

qui id flagitium formidine auderent: sed fœmina ingens animi munia ducis per eos dies induit, militibusque, ut quis inops aut saucius, vestem et fomenta[m] dilargita est. Tradit C. Plinius, Germanicorum bellorum scriptor, stetisse apud principium pontis, laudes et grates reversis legionibus habentem. Id Tiberii animum altius penetravit: 'non enim simplices[n] eas curas, nec adversus externos militem quæri: nihil relictum Imperatoribus, ubi fœmina manipulos intervisat, signa adeat, largitionem tentet; tanquam parum ambitiose filium ducis gregali habitu circumferat, *Cæsarem*que *Caligulam* appellari velit. Potiorem jam apud exercitus Agrippinam, quam legatos,[o] quam duces: compressam a muliere seditionem,[p] cui nomen Principis obsistere non quiverit.' Accendebat hæc onerabatque Sejanus, peritia mo-

superstructum, non deerant, qui id scelus metu committerent: sed magni animi mulier hisce diebus partes imperatoris sustinuit, et militibus, ut quisque egens aut vulneratus erat, tegmen et remedia distribuit. C. Plinius Germanicorum bellorum auctor memorat, Agrippinam substitisse in aditu pontis, et honorem gratiamque redeuntibus legionibus retulisse. Id Tiberii mentem altius perculit: quippe non innocentes eas curas, nec adversus barbaros parari militem, nihil superesse ducibus, ubi mulier centurias et numeros perlustret, principia adeat, liberalitatem audeat, quasi parum cupide filium imperatoris manipulari habitu, passim ostentet, Cæsaremque Caligulam cognominari cupiat. Validiorem jam apud legiones Agrippinam quam legatos, quam imperatores: coërcitam a fœmina discordiam, cui auctoritas principum adversari non potuerit. *In-*

NOTÆ

Treveri, apud quos exstruxere pontem Romani, qui nunc bellum Germanicum gerunt.'

[m] *Et fomenta*] Nempe vulneribus. Solent enim hoc Imperatores conciliandis militibus. Fecitque Trajanus, et alii Principes, quod et sæpius usurpatum vetere Republica.

[n] *Simplices*] Non abs re, non sine consilio intimo et arcano, aut dominandi cupidine tantam caritatem demonstrari erga milites, nec ipsos conciliari adversus Germanos, sed potius adversus imperitantes.

[o] *Quam legatos*] Quales legati? nempe Silius et Cæcina, qui legati erant Germanici. Nec intellige *legatos* ab Senatu, aut a Tiberio missos, quasi *ad compescendam seditionem;* non enim ea de causa missi legati illi, sed ut Proconsulare imperium deferrent Germanico, 'simul mœstitiam ejus ob excessum Augusti solarentur:' supra c. 14. Per *duces* intelligit *Imperatores* Germanicum, forte et Drusum, qui Pannonicam etiam seditionem compressit.

[p] *Compressam a muliere seditionem*] Quo modo? non compressit certe seditionem, sed causa tamen fuit comprimendæ: nam abscessu ejus in Treveros, de quo supra, tacti pudore ac miseratione milites, invidiaque in Treveros, ad sanitatem rediere.

rum Tiberii, odia in longum jaciens,[1] [q] quæ reconderet,[r] auctaque promeret.

70. At Germanicus legionum, quas navibus vexerat, secundam et quartam decimam, itinere terrestri P. Vitellio ducendas tradit, quo levior classis vadoso mari innaret, vel reciproco sideret.[s] Vitellius primum iter sicca humo aut

citabat hæc augebatque Sejanus, ut qui noverat ingenium Tiberii, iras offensionesque in longum jaciens, quas ille tegeret, auctusque postea proferret.

At Germanicus e legionibus, quas classe detulerat, secundam et quartam decimam P. Vitellio permittit via terrestri deducendas, ut sic classis per æstuaria Oceani navigaret expeditius, aut reciprocante æstu illæsa consideret. Primo Vitellius tranquillum iter habuit, dum incederet per loca sicca, aut æstu maris leviter incur-

1 Male Heiusius, *in longum acuens.*

NOTÆ

[q] *Odia in longum jaciens*] Ex præsentibus futura proponens, ex quibus causæ odii nascerentur: quæ quoniam in longitudinem respiciebant, recondebat animo Tiberius; itaque augescebant alita cogitationibus, promebanturque tandem multiplicata et inexpectata. *Ferr.* Tiberius odii tenax erat, quodque dissimulasset, gravius postea repræsentabat. Supra: 'In Haterium statim invectus est: Scaurum, cui implacabilius irascebatur, silentio tramisit.' Xiphilinus, ὠργίζετό τε ἐν οἷς ἥκιστα ἐθυμοῦτο, καὶ ἐπιεικὴς ἐν οἷς μάλιστα ἠγανάκτει ἐδόκει εἶναι· *Irascebatur in eos, quibus minime succensebat, et lenis videri voluit in eos, quibus maxime infensus erat.* Qua de re Sejanus, cui id notum, animadverso Tiberium ad Agrippinæ facinus aperte non erupisse, serio conjicit eam simultatem ex illis esse, quas is ut præcipuas continere, spatioque temporis cumulatiores expromere solebat. Avidus ergo perdendi domum Germanici ulcus refricat, et lacessit animum satis sua sponte exacerbatum, 'gnarus lentum in meditando, ubi prorupisset, tristibus dictis atrocia facta conjungere.' At *in longum jacere*, est extendere, augere, et similia id genus.

In longum jaciens] Quasi metaphora ducta a seminibus, quæ terræ *in longum* tempus mandantur, jaciunturque, ut altas et firmas radices agant, sensimque sic reconditæ demum oriantur, crescant, adolescant, et in summum fastigium tandem erumpant. Sic odia et odiorum semina in longum jaciebat Sejanus, pravus agricola, sed peritus ingenii Tiberiani.

[r] *Quæ reconderet*] Quæ alta mente reconderet Tiberius, ut aucta, adulta, firmataque, suo tempore acrius erumperent.

[s] *Reciproco sideret*] Est hoc in eo littore Chaucorum et Frisiorum, ut mare longissime a terris recedat, et in sicco naves destituat. Ipsi navigavimus, atque experti sumus. *Lipsius.*

Reciproco] Sic Veg. IV. 42. ubi de æstuariis. 'Certis horis, diebus pariter ac noctibus æstu quodam (quod Rheuma vocant) ultro citroque procurrit: et more torrentium fluminum: nunc exundat in terras, nunc refluit in altitudinem suam. Hæc reciprocantis meatus ambiguitas cursum navium secunda adjuvat, retar-

modice allabente æstu quietum habuit:[1] mox impulsu aquilonis,[t] simul sidere æquinoctii,[u] quo maxime tumescit Oceanus, rapi agique agmen: et opplebantur terræ: eadem freto, littori,[v] campis facies: neque discerni poterant incerta ab solidis, brevia[w] a profundis. Sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus jumenta, sarcinæ: corpora exanima interfluunt, occursant: permiscentur inter se manipuli, modo pectore, modo ore tenus extantes, aliquando subtracto solo disjecti, aut obruti. Non vox et mutui hortatus juvabant, adversante unda: nihil strenuus ab ignavo, sapiens ab imprudenti,[2] consilia a casu differre: cuncta pari violentia in-

rente; sed postea impetu Boreæ, simul et sideris æquinoctialis exortu, quo tempore præcipue increscit Oceanus, agi ferrique exercitus: et aquis obruebantur campi. Eadem pelago, ripæ, terrisque species; neque discerni poterant instabilia a firmis, brevia a profundis. Dejiciuntur undis, absorbentur voraginibus; equi, impedimenta, corpora inanima jactantur fluctibus, et invicem incurrunt. Confunduntur inter se numeri, nunc ventre, nunc ore tenus eminentes, interdum rapto interceptoque solo disturbati, aut submersi. Nihil proderat se alloqui, aut se invicem incitari, obsistente fluctu: nihil discrepare fortis ab inerti, nihil peritus ab imperito, nil prudentia a fortuna differre. Omnia pari sævitia confundebantur. Tandem cum

1 Fortasse castigandum est, *primum iter siccata humo aut modice uda, relabente æstu quietum habuit.* Possis quoque *ut modice allabante æstu:* tum mox scribendum, *magna pars udo, aut mulcato corpore,* non *nudo,* quo spectat illud, *sine igni,* quo vestes udæ siccarentur. *Brotier.*—2 In libris editis, *sapiens a prudenti.* Emendandum, *ab imprudenti,* vident omnes; et ita vertunt optimi quique interpretes. Wolf. animad. in Tacit. Ubi nunc ex Lipsii conjectura

NOTÆ

dat adversa, quæ dimicaturo magna sunt cautione vitanda. Neque enim auxilio remorum Rheumatis impetus vincitur, cui interdum cedit et ventus.'

[t] *Aquilonis*] Aquilo, ventus a septentrione spirans; hodie a nautis Oceani dicitur *Nort*, in mari Mediterraneo vocatur *Tramontane.* Tillem.

[u] *Sidere æquinoctii*] Idem Cæsar sensit, scripsitque, navigatione Britannica, in commentariis suis. Et vide Posidonii non abhorrentem ab usu hodierno disputationem super tota re, apud Strabonem, libro tertio extremo; quem tamen ipse haud juste refellit.

[v] *Eadem freto, littori*] Ex his pluribusque locis clarum, non fuisse loco littoris olim arenarias illas moles verius, quam montes, quæ Oceanum hodie arcent: succrevitque majorum ævo illa arenarum vis, satione *Caricis*, non sine monitore Deo. *Lipsius.*

[w] *Brevia*] Sunt quædam fossæ intra vada seu æstuaria illa sublatentes, quæ licet non admodum profundæ sint, tamen incedentium equorum vel hominum pedes sæpius fallunt, hauriuntque transmeantes. Vocantur *brevia*, quia humiles fossæ illæ, et breve spatium obtinent.

volvebantur. Tandem Vitellius in editiora enisus, eodem agmen subduxit. Pernoctavere sine utensilibus,[x] sine igni, magna pars nudo aut mulcato corpore; haud minus miserabiles, quam quos hostis circumsidet: quippe illis etiam honestæ mortis usus: his inglorium exitium. Lux reddidit terram; penetratumque ad amnem [3]Unsingim,[y] quo Cæsar

Vitellius in altiora evasisset, eodem recepit exercitum: traduxere noctem sine supellectili, rebusque ad victum necessariis, sine igni, magna pars intecto aut mutilo corpore. Non minus deflendi, quam qui hostilibus armis obsidentur. Nam illis etiam cum decore perire licet: his inhonesta mors contigerat. Lux terram per noctem recedente æstu aperuit, perventumque ad flüvium Visurgim, quo Cæsar

legitur *sapiens ab imprudenti*, Cod. habuit *a prudenti*. Hoc forsan uno Lampugnani larva, cum Lips. pugnans, proxime accessit ad verum. Leniter ea correxit *sapiens ad rude*. Sed ex bonorum scriptorum observatione et regula Plinii maj. apud Charis. I. p. 114. ac Prisciani, VII. p. 767. debebat esse *rudi*. Inde vitio irrepsisse videtur *aprudi*, tum corrector aliquis dedit *a prudenti*. Gronovius et Ryckius habent *a prudenti*.—2 Ita libri veteres. Cl. Lallemand, *igne*.—3 In Ms. Flor. et editionibus veteribus, *ad amnem Visurgin*, manifesto

NOTÆ

[x] *Pernoctavere sine utensilibus*] Sine supellectile, inquit Freinshemius. Ego accipio, sine cibariis: quæ aut amissa, aut corrupta erant. Neque aliter ea voce utitur Tacitus. Ut cum lib. II. 1. ait, 'vilissima utensilium annulo clausa.' Ubi Lipsius etiam, *supellex penusque:* sed quæcumque affert loca, penum tantum demonstrant, præter unum Plinii: ex quo ut appareret, etiam vasa aurea et argentea obsignatis arcis fuisse condita, ita non de pretiosis isto loco Tacitus: sed quod servus comicus diceret, 'allium,' vel 'acetum obsignatum eum sale,' indignabantur. Eodem lib. c. 60. 'Quasque copias frumenti et omnium utensilium quæque natio penderet.' Freinshemius hic accipi ait pro quaque re, quæ usui esse posset. Nimis laxe: immo non nisi ad victum, l. III. 52. 'Sperni sumtuariam legem, vetitaque utensilium pretia angeri in dies.' Eum c. 55. 'Luxum mensæ' appellat. Lib. XV. 39. 'subvecta utensilia ab Ostia et propinquis municipiis, pretiumque frumenti minutum.' Utique ad alendam inopem plebem. *Gronovius.*

Sine utensilibus] Sine rebus ad victum necessariis, et sine supellectili. Utraque enim ea intelliguntur *utensilium* nomine. In legibus. 'Si quis ipsos cultores agrorum, vel piscatores deferre utensilia in civitatem jusserit.' Callistratus. 'Eos qui utensilia negotiantur, et vendunt, licet ab ædilibus cædantur, non oportet quasi viles personas negligi.' Plautus: 'Neptunus ita solet, quamvis fastidiosus Ædilis est: si quæ improbæ sunt merces, jactat omnes.'

[y] *Penetratum ad amnem Unsingim*] Plerumque scribitur *Visurgium;* et merito hic hæsimus: at nunc me (animo hercle meo) expedivi. Nam scribendum *ad amnem Vidrum*, quem Ptolemæus in hoc tractu novit, et ille ipse est quem *Vechtam* hodie vocant. Et ad *Gelmudam* in sinum australem, mox Oceanum, influit. Sane Taciti narratio evincit, pensitata. Ecce ad

classe contenderat. Impositæ deinde legiones, vagante fama, submersas: nec fides salutis, antequam Cæsarem exercitumque reducem videre.

71. Jam Stertinius, ad accipiendum in deditionem Segimerum, fratrem Segestis, præmissus, ipsum et filium ejus[z] in civitatem Ubiorum[a] perduxerat: data utrique venia; facile

cum navibus se contulerat, quibus mox impositæ sunt legiones, sparsa fama fluctibus haustas esse; nec credidere incolumes, nisi cum Germanicum legionesque simul reversas conspexere.

Jam Stertinius præire jussus, ad excipiendum Segimerum fratrem Segestis, qui se fidei Romanæ permittebat, ipsum, filiumque ejus in oppidum Ubiorum

errore. Quomodo enim Vitellius Amisia profectus, ut Rhenum versus itinere terrestri tenderet, ad amnem Visurgim, *the Weser*, perveniret? Jam Lipsius emendaverat *ad amnem Vidrum*, *the Wecht*. Verum ne toto quidem triduo legiones cum utensilibus huc penetrassent. Unus Cl. Alting, Not. Germ. Inf. Antiq. p. 130. felicissime emendavit, *ad amnem Unsingin:* amnis ille adhuc, *Hunse* vel *Hunsing* appellatur; ei adjacet urbs *Groningen*. De hac emendatione nulla suboriri potest dubitatio, et plana sunt omnia. Germanicus enim ab Amisia, *the Ems*, ad Unsingin, seu portum Marnamanem, nunc *Marnsters*, classe contenderat; pedes Vitellius eo pervenit. Legiones, classi impositæ, Rhenum petunt, ac tandem ad castra Vetera, et deinde in civitatem Ubiorum reduces salutis suæ fidem faciunt. Gronovius et Ryckius habent *Visurgim:* at hic in margine posuit *Vidrum*.

NOTÆ

Amisiam mittit Vitellium, ipse naves conscendit: uterque progressus, ille terra, hic mari: et ubi convenire ad amnem, nisi hic potuere? Enimvero et portus a Ptolemæo locatur, μαναρμανὶς λιμὴν, *Manarmanis palus;* neque abhorret *Stauriam* esse. *Lipsius.*

Penetratumque ad amnem Unsingem] Nihil verisimilius, quam quod postremum docuit doctissimus Lipsius, delendum τὸ *Visurgim:* quæ vocula hic contra omnem historiæ et geographiæ rationem. Sed *amnem* capies Rhenum, non Amisiam: lege diligenter totum hunc locum, fateberis. *Mercerus.* Approbat *Mercerus* delendam vocem *Visurgim*, non tamen reponendum *Vidrum* censet, sed *Rhenum* intelligendum, quem forte Tacitus *amnem* per excellentiam vocat. Forte Tacitus *flumen*, aut amnem absolute dixerat, intelligens Rhenum, ut qui princeps fluviorum sit in hac regione. Sic Sueton. Claud. 9. 'Missus in Germaniam inter legatos ad gratulandum, etiam vitæ periculum adiit, &c. adeo ut non defuerint qui traderent præcipitatum quoque in flumen, sicut vestitus advenerat.' At in quod flumen præcipitatus Claudius? Haud dubie intelligit Sueton. *Rhenum*, qui absolute flumen dicitur. Ut Roma *urbs* dicebatur per excellentiam.

[z] *Ipsum et filium ejus*] Segimeri filium Scsithacum nomine. Strabo l. VII. Ἔτι δὲ Ξεσίθακος Αἰγιμήρου υἱὸς, τῶν Χερούσκων ἡγεμόνος· sed corrige in Strabone, Σιγιμήρου. *Adhuc vero Sesitacus Segimeri Cheruscorum principis filius.* Forte scripserat Strabo Σεσίτακος Σαιγιμήρου.

[a] *Civitatem Ubiorum*] Ubii populi Germaniæ inferioris provinciæ, in Gallia regione, et ad Rhenum fluvium.

Segimero, cunctantius[1] filio: quia Quintilii Vari corpus illusisse[a] dicebatur. Ceterum ad supplenda exercitus damna certavere Galliæ, Hispaniæ, Italia: quod cuique promtum, arma, equos,[b] aurum, offerentes: quorum laudato studio Germanicus, armis modo et equis ad bellum sumtis, propria pecunia militem juvit: utque cladis memoriam etiam comitate leniret, circumire saucios,[c] facta singulorum

perduxerat: concessa utrique est vita, propere Segimero, difficilius filio, quod mortuo Varo insultasse per contumeliam diceretur. Ceterum Galliæ, Hispaniæ, Italia certatim contendere, de instaurandis legionum damnis; quod quisque habuit, arma, equos, aurum offerebunt: quorum celebrata benevolentia, Cæsar armis tantummodo et equis in belli usum sumtis, propriis opibus militem fovit. Et ut memoriam infortunii etiam humanitate sua demulceret, invisere saucios, eximia

1 Ita Ms. Flor. Pichena et receutiores. Male Beroaldus, *cunctatius*.

NOTÆ

Hodie Archiepiscopatus, seu electoratus *Coloniensis*, seu *Cologne*, et ducatus *Juliacensis*, aut *Juliers*, &c. in circulis Rheni inferioris, et Westphaliæ. *Tillemonius*.

[b] *Quintilii Vari corpus illusisse*] Plut. in Bruto, de his qui illuserant Crasso mortuo. Μεσσάλας δὲ Κορβῖνος ἐδικαίου, πληγαῖς κολασθέντας ἐπὶ σκηνῆς γυμνοὺς ἀποδοθῆναι τοῖς στρατήγοις τῶν πολεμίων: *Messala Corvinus censebat, ut plagis afficerentur in tabernaculo, nudique sic hostium ducibus redderentur.* Valer. l. v. de Pyrrho Rege: 'Cum diris auspiciis Argivorum invasisset urbem, abscissumque caput ejus Alcyoneus Antigoni Regis filius ad patrem propugnatione laborantem lætus, velut aliquod felicissimum victoriæ opus, attulisset; Antigonus, correpto juvene, quod tanti viri subitæ ruinæ, immemor humanorum casuum, effuso gaudio insultaret, humo caput sublatum, Causia, qua velatum caput suum more Macedonum habebat, texit, corporique Pyrrhi redditum honoratissime cremandum curavit.'

[a] *Illusisse*] Aristot. Rhet. εὖ περὶ τοῦ Ἕκτορος ὁ ποιητὴς, παῦσαι βουλόμενος τὸν Ἀχιλλέα τῆς ὀργῆς τεθνεῶτας· κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων: *Recte de Hectore Poëta, sedare cupiens iram Achillis in mortuos: surdum quippe terram vexat furens.* Idem Aristot. Rhet. 4. et illud in Repub. Platonis *qui mortuos spoliunt, similes esse canibus, qui lapides mordent, jacientes non uttingendo.*

[b] *Arma, equos*] Arma, equos, viros offerebat Gallia, aurum Hispania. Attamen ditissima etiam Gallia censebatur tum temporis.

[c] *Circumire saucios*] Livius l. VIII. de L. Papirio Cursore: 'Itaque adhibitis legatis, ipse circum saucios milites, inscrens in tentoria caput, singulos ut sese haberent, rogitans, curam eorum nominatim legatis, tribunisque et præfectis demandabat: rem per se popularem ita dexter egit, ut medendis corporibus, animi multo prius militum Imperatori reconciliarentur; nec quicquam ad salubritatem efficacius fuerit, quam quod grato animo ea cura accepta sit.'

extollere; vulnera intuens,[d] alium spe, alium gloria, cunctos alloquio et cura, sibique et prælio firmabat.

72. Decreta eo anno triumphalia insignia[e] A. Cæcinæ, L. Apronio, C. Silio, ob res cum Germanico gestas. Nomen *Patris patriæ*[f] Tiberius, a populo sæpius ingestum, repudiavit; neque in acta sua[g] jurari, quanquam censente Senatu, permisit: 'cuncta mortalium incerta; quantoque plus adeptus foret, tanto se magis in lubrico' [1]dictitans.[h] Non

singulorum facinora laudare, plagas illorum aspiciens alium spe, alium honore, omnes solatio et studio, sibique et certamini conciliabat.

Eo anno decreto patrum concessa sunt ornamenta triumphalia A. Cæcinæ, L. Apronio, C. Silio, ob res administratas cum Germanico. Recusavit Tiberius cognomentum Patris patriæ, *quod plebs illi sæpe obtulerat: neque passus est jurari in acta sua, quamvis decernente Senatu: dictitans* res omnes humanas mutationi obnoxias, et quanto plura asseeutus foret, tanto se magis in aneipiti fore. *Neque tamen*

1 *Dictans* Ryckius, Gronovius et Homer. At melius *dictitans*, ut monuit Muretus; pronusque in hoc librariorum error.

NOTÆ

[d] *Vulnera intuens*] Forte dum curarentur, et ut euratius sanarentur, vel etiam in laudem et decus militum. Neque enim major fingi potest gloria, quam quæ ex honestis vulneribus accipitur. Florus l. IV. 12. de Augusto: 'Cum Illyricus multitudine pontem sueeidisset, saucius manibus ac cruribus, speciosior et sanguine, et ipso periculo augustior terga hostium perceeidit.'

[e] *Triumphalia insignia*] Horum originem describit Dio l. LIV. 'Ob res eximie gestas supplicatio Agrippæ nomine fuit; neque tamen triumphum, quamvis sibi decretum duxit ille, nec omnino quicquam de his rebus ad Senatum scripsit. Cujus exemplum pro lege quadam acceptum posteriores imitati, ne ipsi quidem Senatum per literas de re gesta certiorem fecerunt, neque triumphum oblatum acceperunt; ideoque, ut ego censeo, nulli etiam alii, qui ejus similis esset, triumphus eonecssus est postea, sed solis triumphalibus ornamentis decorati sunt.'

[f] *Nomen patris patriæ*] De quo sic Dio l. LIII. 'Patris autem nomen tametsi eis aliquid juris in nos omnes tribuit, quale patribus olim erat in liberos, tamen initio, non in hunc finem eis impositum est, sed honoris gratia, utque admonitioni esset ipsis, ut subditos instar liberorum diligerent, hique rursus ipsos veluti parentes venerarentur.'

[g] *In acta sua*] Fuit tale Jusjurandum, seu Sacramentum, quo sese obstringebant Patres, rata habituros, firmaturosque suffragiis suis, quæcumque egisset, aut acturus esset Princeps toto imperio, salutemque ipsius propugnaturos.

[h] *Tanto se magis in lubrico dictitans*] Cur honores ita vehementer respuerit Tiberius, causam affert Suet. Tib. 67. 'Existimant quidam præseisse hæc eum peritia futurorum; ac multo ante, quanta se quandoque acerbitas,

tamen ideo faciebat fidem[i] civilis animi: [j]nam legem majestatis[k] reduxerat; cui nomen apud veteres idem, sed alia in judicium veniebant: si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta republica majestatem

propterea persuadebat se civilis esse ingenii. Quippe revocarat legem majestatis, cui vocabulum idem apud antiquos, sed alia vindicabantur ea lege: *si quis læsisset majestatem populi Romani, vel prodendo exercitus, vel plebem discordiis agitando, vel utcum-*

NOTÆ

et infamia maneret, prospexisse. Ideoque ut imperium inierit, et PATRIS PATRIÆ appellationem, et ne in acta sua juraretur, obstinatissime recusavisse: ne mox majore dedecore impar tantis honoribus inveniretur,' &c. Et ipse Tiberius apud Suet. ibid. 'Si quando autem,' inquit, 'de moribus meis, devotoque vobis animo dubitaveritis, (quod priusquam eveniat, opto ut me supremus dies huic mutatæ vestræ de me opinioni eripiat) nihil honoris adjiciet mihi *patris* appellatio: vobis autem exprobrabit, aut temeritatem delati mihi ejus cognominis, aut inconstantiam contrarii de me judicii.'

[i] *Non tamen ideo faciebat fidem civilis animi*] Sic alibi Tacitus de Tiberio; 'Quod ad præsens civiliter accepit.' Τὸ *civiliter*, non satis explicatur per *comiter*, id est, Tiberius id accepit more civili, seu *ut unus civium*, nec tum se efferens supra jus æquum, quo cives inter se pariter gaudent. Id accepit, ut civis Romanus, nulla superbia regia, et qui nihil majestatis tunc sibi arrogaret. Et id clarius patebit ex illo loco l. 1. 2. Ubi de Asinio Gallo, qui 'Tiberio prideni invisus, et tanquam ducta in matrimonium Vipsania, quæ quondam Tiberii uxor fuerat, plusquam civilia agitaret,' &c. Id est, quasi talibus nuptiis principem æmularetur, et se sic quasi candidatum principatus, et principis æmulum ferret. Vipsania filia fuit Agrippæ, et Drusi mater.

[j] *Civilis animi*] Plut. de Pompeio, quem præterierat Sylla in testamento, τὸν Πομπήϊον ὅλως παρῆλθεν· ἤνεγκε μέντοι τοῦτο μετρίως πάνυ καὶ πολιτικῶς ἐκεῖνος: *Supremis tabulis Sylla præteriit omnino Pompeium, quod tamen ille modeste prorsus et civiliter accepit.* Id est, ut unus civium, neque superbia plus quam civili, seu regia, id ægre tulit Pompeius. Lucanus de Julio, 'Concessa pudet ire via, civemque videri.'

[k] *Legem majestatis*] Læsa majestas judicatur, ubi quid in populum suum, suamve Rempublicam, aut in magistratus, personamve Principis commissum est: in populum, ut si quis exercitum hostibus tradidit; si quis exercitum extra suam provinciam injussu populi duxit, aut ipse relicto exercitu, provinciæ finibus excessit. Si quis Rempublicam sua culpa male gessit: si stationem deserit: si contra libertatem consilia iniit: si seditionem aut bellum excitavit: si publicum hostem privatus domi habuit: si jus civitatis aut magistratus imminuit: si præter dignitatem populi Romani regio in comitatu fuit: si contra bonum publicum locutus est (quod tamen non capitale fuit vetere Republica) si quis ad hostes transiit, aliudve cum iis adversus Rempublicam pactus est. Crimen in Magistratum, aut Principis personam fuit: si quis vim ullam attulit: si tribuno plebis intercedenti non paruit, aut ab eo

populi Romani minuisset;[l] facta arguebantur, dicta impune erant.[m] Primus Augustus cognitionem de famosis libellis,[n]

que male administrata Repub. tum facinora puniebantur, verba inulta erant. Primus

NOTÆ

Concionem avocavit, eumque privati loco habuit, ut puta, si occurrenti in via non cessit: si consilium plebis disturbavit, et universim 'majestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus civitatis amplitudo constat.'

[l] *Minuisset*] *Læsisset*, tamen solenne in hac materia. Tò *minuisset*, quasi fines Imperii et magnitudinem populi minueret, qui male Rempublicam gereret, aut qui civitatem aliquam, vel exercitum proderet.

[m] *Dicta impune erant*] Attamen Gellius l. x. 6. 'Non in facta modo, sed in voces etiam petulantiores publice vindicatum est. Ita enim debere esse visa est Romanæ disciplinæ dignitas inviolabilis. Appii namque illius Cæci filia in turba populi arctius pressiusque conflictata, &c. 'Utinam' inquit, 'reviviscat frater, aliamque classem in Siciliam ducat, atque istam multitudinem perditum eat, quæ me male nunc miseram convexavit.' Ob hæc mulieris verba tam improba, ac tam incivilia, C. Fundanius et Tib. Sempronius ædiles plebei multam dixerunt ei æris gravis viginti quinque millia.' Sed forte raro id factum est, et in una fœmina, cujus sævitia superbiaque pares, exemplum meruerunt.

[n] *De famosis libellis*] Gell. l. III. 3. 'Sicuti de Nævio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Ariolum et Leontem, cum ob assiduam maledicentiam, et probra in Principes civitatis, de Græcorum, Poëtarumque more dicta, in vincula Rom. a Triumviris conjectus esset. Unde post a Tribunis plebis exemtus est, cum in iis, quas supra dixi, fabulis, delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante læserat, diluisset.'

De famosis libellis] Sueton. Aug. 55. 'Sparsos de se in curia famosos libelles, nec expavit, nec magna cura redarguit. Ac ne requisitis quidem auctoribus, id modo censuit, cognoscendum posthac de iis, qui libellos aut carmina ad infamiam cujuspiam sub alieno nomine edant.'

De famosis libellis] Tullius 4. de Republ. 'Nostræ contra duodecim Tabulæ, cum per paucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt; si quis actitavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri precaretur.' Augustinus de Civitate Dei. Arnobius l. IV. 'Carmen malum conscribere, quo fama alterius coinquinetur et vita, Decemviralibus scitis evadere noluistis impune.' Pœna fuit Fustuarium. Nam Cornutus in Persii Satiram I. dixit: 'Lege duodecim Tabularum cautum esse, ut fustibus feriretur, qui publice invehebatur.' Fustuarium est fustibus nempe cædi ad necem. Est ea pœna *more majorum* instituta, qua exterritus Nero apud Sueton. 49. 'Nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi.' Eutropius l. VII. 'quæ pœna erat talis, ut nudus per publicum ductus, furca capiti ejus inserta, virgis usque ad mortem cæderetur, atque ita præcipitaretur de saxo.' Virgæ non scopæ, sed bacilla de fascibus lictorum. Eæque *virgæ* Neroni *aureæ* apud Senecam, ut Honorio postea *fasces aurati* apud Claudianum. Cæsi sub furca rei servilem in modum, et pœna hæc servorum damnatorum fuit. Itaque duo-

specie legis ejus,[a] tractavit,[2] commotus Cassii Severi libidine, qua viros fœminasque illustres procacibus scriptis diffamaverat: mox Tiberius, consultante Pompeio Macro,

Augustus coërcuit famosos libellos, obtentu istius legis, incitatus Cassii Severi pravitate qua petulantibus scriptis suis, virosque et nobiles fœminas infamarat. Dein Tiberius consulente Pompeio Macro prætore, an lex majestatis exerceri deberet? uten-

2 An, *specie legis vetustæ retractavit*, vel *iteravit?*

NOTÆ

decim Tabulis, ' si quis actitavisset, carmenve condidisset, quod infamiam flagitiumve alteri inferret, capite puniebatur.' Sed hoc postea L. Sylla lege lata majestatis crimen fecit. Cicero epistola ad Appium: ' Est majestas ut Sylla voluit, ne in quemvis impune declamare liceret.' At si majestatis crimen fuit declamare, seu famosum carmen facere *in quemvis*, quanto magis, si in ipsum *populum Rom.* Si in magistratum populi Rom. et quanto adhuc magis, si in ipsum Principem, qui omnem vim majestatemque populi Romani, et magistratuum legumque in se traxerat; ita ut sacrosanctus esset, et quia summus Pontifex, et quia Tribunus plebis, quia Censor, Princeps Senatus, et uno verbo *omnia Cæsar erat*, qui omne decus et majestatem populi Romani, et quicquid sacrum sanctumque esset in Repub. sibi uni circumdederat; sicque omni modo, et omni jure sacrosanctus et inviolatus esse debuit. Et si quis læderet ipsum aut aliquem e familia Cæsaris, non modo majestatem, sed etiam *sacra imminuere* videbatur (majestas totam domum Cæsaream complecti censebatur): inde forte est, quod adulteria eum filia et nepte commissa appellet Augustus, *læsas religiones*, et *violatam majestatem;* nempe *læsas religiones*, quia sacratis legibus inviolatus princeps; et *violatam majestatem*, quia illud crimen etiam ad Rempub. et majestatem pertinebat, ut et ipsæ fœminæ, quibus tali crimine illudebatur.

[a] *Specie legis ejus*] Fecit id Augustus in speciem, et quasi gratificaretur populo Romano et primoribus urbis; sed revera, ut sibi consuleret; nam habuit in animo comprimere nimiam quorundam procacitatem in loquendo, a qua nec ipse exemtus. ' Nam suo nomine compescere erat invidiosum, sub alieno facile, et utile. Ergo *specie legis* tractavit, quasi populi Romani majestas infamaretur. *Aurelius.*

Legis ejus] Colligi facile potest ex allatis locis supra, jam olim aliquam fuisse legem institutam *de famosis libellis*, et forte jam sub ipsis Regibus Romanis, quæ postea sub Consulibus seu Decemviris ascripta est duodecim Tabulis, non tamen sub nomine *majestatis*, quod nomen habuit tantum a Sylla dictatore, dein renovatam eandem legem ab Augusto, eodem nomine *majestatis*, quam tamen non nisi modeste exercuit ille princeps, sed sævitia et atrocitas talis legis mox erupit sub sequentibus principibus; ita ut Sylla invento illo nomine *majestatis* ingenii sui sævitiam jam tum transfuderit posterorum animis, ut non desineret immanitas dictatoris in Repub. licet nomen desiisset; sic facile lactatur, illiciturque rudis populus. Is exhorret nomen dictatoris, et sævitiam approbat.

Prætore,[o] ‘ an judicia majestatis redderentur?’ ‘ exercendas leges esse,’ respondit. Hunc quoque asperavere carmina, incertis auctoribus[p] vulgata, in sævitiam superbiamque ejus et discordem cum matre animum.

73. Haud pigebit referre in Falanio et Rubrio, modicis equitibus Romanis, prætentata crimina: ut, quibus initiis, quanta Tiberii arte, gravissimum exitium[q] irrepserit, dein repressum sit,[r] postremo arserit, cunctaque corripuerit, noscatur. Falanio objiciebat accusator, ‘ quod inter cultores[s] Augusti, qui per omnes domos,[t] in modum collegi-

dum esse legibus, *respondit. Hunc etiam irritavere carmina dubiis auctoribus edita, adversus immanitatem arrogantiamque illius, aut discordiam cum parente Livia.*

Haud tædebit memorare quæ prælibata sunt adversus Falanium et Rubrium, tenues equites Rom., in quibus experimentum sumtum est talium criminationum, ut sciatur quibus principiis, et quanta calliditate Tiberii gravissima lues arrepserit, mox coërcita sit, et tandem rursus efflagraverit, et omnia invaserit. Exprobrabat accusator Falanio, quod ascripsisset Cassium quendam histrionem prostratæ

NOTÆ

Patet etiam vindicatum esse vetere Repub. in *verba* et *famosa carmina*, sed raro admodum, quippe cum accusare publice liceret, vix ratio fuit, cur alieno seu occulto nomine tales *libellos* ederent, nisi forte in proceres quosdam, quorum flagitia veluti nova prodigia non aliter procurantur.

[o] *Pompeio Macro prætore*] Huic Pompeio cognomen fuit *Macer;* quod et Clodiorum, et Marciorum familiæ commune fuisse ex auctore nostro notum est: atque insuper Æmiliorum, Bæbiorum, et Calpurniorum.

[p] *Carmina, incertis auctoribus*] Intelligit ea ipsa carmina, quæ extant Suetonio, Tiber. c. 59. ‘ Asper et immitis, breviter vis omnia dicam: Dispeream si te mater amare potest,’ &c. ‘ Fastidit vinum, quia jam sitit iste cruorem.’ ‘ Roma perit; regnabit sanguine multo Ad regnum quisquis venit ab exilio.’

[q] *Gravissimum exitium*] Seneca de Benef. l. III. 26. ‘ Sub Tiberio Cæsare fuit accusandi frequens et pæne publica rabies, quæ omni civili bello gravius togatam civitatem confecit.’

[r] *Dein repressum sit*] Quando? sub Vespasiano et Tito, opinor. Nam eo usque calumniis ex lege ista locus: illi principes minuerunt, aut sustulerunt. Iterumque *arsit*, inquit, *et cuncta corripuit*, haud dubie sub Domitiano, qui telo eo passim usus ad sæviendum. *Lipsius.*

[s] *Cultores*] Qui distinguendi sunt a sodalibus Augusti, qui tantum fuerunt viginti quinque, et ex proceribus electi fuerunt; attamen isti, ut puto, sodales, et *συνθιασῶται* Augusti, sed minoris notæ, et minus nobiles; qui tamen pietatem principum æmulabantur pro suo modulo.

[t] *Per omnes domos*] Hoc est, quod Ovidius de pietate sua gloriatur,‘ Nec

orum, habebantur, Cassium quendam, mimum corpore infamem,[u] ascivisset: quodque, venditis hortis, statuam Augusti simul mancipasset.'[v] Rubrio crimini dabatur 'violatum perjurio[w] numen[1] Augusti.' Quæ ubi Tiberio

pudicitiæ inter adoratores Augusti, qui per cunctas ædes instar sodalitatum conveniebant: et quod venundatis hortis, simul vendidisset effigiem Augusti. *Accusabatur Rubrius*, quod per Augustum jurans fefellisset, sicque diviuitati ejus illusisset. *Quæ postquam Tiberio comperta sunt, nuntiavit consulibus:* non

1 *Nomen* Gronovius, Ryckius, et Homer. At Freinshemius mallet, *numen*. Brotier. Malim cum Freinshemio legere *numen*. Sic enim solebant loqui. Suetonius Calig. c. 24. *Nec unquam postea quantiscumque de rebus, ne pro concione quidem aut apud milites, nisi per numen Drusillæ dejeravit.* Dio lib. LVII. *καὶ ἐγκληθέντας τινὰς ὡς καὶ ἐπιωρκηκότας τὴν τύχην αὐτοῦ ἀπέλυσε· accusatos nonnullos quod per ipsius fortunam pejerassent, absolvit.* Ryckius.

NOTÆ

pietas ignota mea est; videt hospita tellus, In nostra sacrum Cæsaris esse domo.' Non tamen ut *singulæ domus* collegia sua habuerint, (id non videtur, neque is sensus his verbis) sed quod circuibant domesticatim collegæ, et sacrum alibi atque alibi faciebant. Sparsi igitur per omnes domos, sed statis temporibus conveniebant. *Lipsius.*

Per omnes domos] Is forte sensus sit, ut quælibet domus ditiorum et procerum esset instar collegii, cui ascribebantur cultores Augusti; sed hi ex amicis et clientibus istius modi familiarum dilecti. Sic Cassius, utpote cliens Falanii fuit in tale collegium cooptatus. Ita ut singulæ domus procerum in modum collegiorum essent, quod ad cultum illum Augusti spectabat, et in illis domibus sui quique cultores habebantur. Et certe, an putas omnes illos Augusti cultores, seu collegas potuisse unam intra domum claudi, et præcipue in tantis opibus, et in ea nova religione, qua magis principi adulabantur, quam Divum adorarent?

[u] *Corpore infamem*] Non infamis corpore Cassius, quia *mimus* præcise, sed forte quia muliebria patiebatur; vel alia simili de causa obscœna, quia forte ob artem talibus probris et flagitiis expositus erat.

[v] *Statuam Augusti simul mancipasset*] Jurisconsultis etiam discrimen aliquod repertum hac in re, qui tradunt; 'Non videri contra majestatem fieri, ob imagines Cæsaris, nondum consecratas, venditas,' l. v. et vi. D. ad leg. Jul. Maj. Ergo *consecrutas vendi*, commissum fuit. Jure exagitat purpuratos illos stipites Tertullianus: 'Publicos æque Deos fœdatis, quos in hastario vectigales habetis. Si Capitolium, si olitorium forum petitur, sub eadem voce præconis, sub eadem hasta, sub eadem annotatione Quæstoris, divinitas addicta conducitur.'

[w] *Violatum perjurio*] Vulgatum, ut sanctissimum jusjurandum esset per nomen et numen Augusti. Horatius id accidisse testatur; eo etiam vivo: 'Præsenti tibi maturos largimur honores, Jurandasque tuum per

notuere, scripsit Consulibus:[x] ‘non ideo decretum patri suo cœlum, ut in perniciem civium is honor verteretur. Cassium histrionem solitum, inter alios ejusdem artis, interesse ludis, quos mater[y] sua in memoriam Augusti sacrasset.[z] Nec contra religiones fieri, quod effigies ejus, ut alia numinum simulacra, venditionibus hortorum et domuum accedant. Jusjurandum[a] perinde æstimandum, quam si Jovem fefellisset: Deorum injurias[b] Diis curæ.’

ideo dicatum cœlo parentem suum, ut in exitium civium id decus traheretur. Cassium mimum inter alios histriones adesse solere ludis, quos mater sua instituisset in gloriam Augusti. Nec contra cærimonias usurpari, quod statuæ ejus, ut aliæ deorum imagines, venditionibus hortorum prædiorumque adjungantur. Perjurium habendum perinde, ac si Jovem decepisset: numinum injurias numina vindicare.

NOTÆ

nomen ponimus aras.’ Sapiens ille Claudius, ‘Jusjurandum neque sanctius sibi, neque crebrius instituit, quam per Augustum:’ ait Sueton. c. 11. Tertullianus: ‘Majore formidine et callidiore timiditate Cæsarem observatis, quam ipsum de Olympo Jovem: citius denique apud vos per omnes Deos, quam per unum genium Cæsaris pejeratur.’ Minutius Felix: ‘Et est eis tutius per Jovis genium pejerare, quam Regis.’ Nec mentiuntur nostri Scriptores, ex eis quæ legibus firmata video de jurejurando, l. XIII. sub finem. Lucanus inter ultiones sanguinis civilis hanc posuit, ut mihi videtur faciunde: ‘Cladis tamen hujus habemus Vindictam, quantum terris dare numina fas est. Bella pares superis facient civilia Divos, Fulminibus Manes, radiisque ornabit et astris, Inque Deum templis jurabit Roma per umbras.’ Formulæ autem jurandi erant, *per genium, per fortunam, per salutem principis.* Lipsius.

[x] *Scripsit Consulibus*] Vel scribebant principes epistolam Consulibus, quam ipsi Consules fegerent in Senatu, vel epistolam; seu rescriptum legebant Principes per suum Quæstorem, aliquando per filios, ut Vespasianus per Titum.

[y] *Ludis, quos mater*] Credo eos esse, qui *Palatini* postea a loco dicti, qui diversi ab *Augustalibus.* Videnturque non equestres aut curules fuisse, ut illi, sed scenici. Dio lvi. ‘Præter hæc etiam Livia proprios quosdam ludos Augusto per triduum in palatio fecit, qui ad hoc ævum celebrantur ab iis qui rerum potiuntur.’ Suetonius Caligula: ‘Cumque placuisset Palatinis ludis spectaculo egressum meridie aggredi.’ *Idem.*

[z] *Sacrasset*] Tamen postea sub Nerone, histriones prohibiti interesse ludis saeris, nempe ne quis motus oriretur ex Theatrali lascivia, ob diversas factiones et immodestiam spectantium.

[a] *Jusjurandum*] Jusjurandum per quodcumque numen, perinde reputandum, quam si Jovem fefellisset, quasi ex natura ipsa jurisjurandi peteretur flagitii enormitas, non ex tali divinitate per quam pejeratur: non quod adæquet Augustum Jovi, sed paritas in flagitio est, et ex perjurio quocumque par scelus.

74. Nec multo post, Granium Marcellum, Prætorem [1]Bithyniæ,[c] Quæstor ipsius,[d] Cæpio Crispinus, majestatis pos-

Et paulo post majestatis accusavit Granium Marcellum, rectorem Bithyniæ, Quæstor ipsius Cæpio Crispinus, subscribente Romano Hispone, qui (Crispinus) *genus vitæ in-*

1 Bithynia, populi, non vero Cæsaris erat provincia. Cum tamen non

NOTÆ

[b] *Deorum injurias*] Expressit eam sententiam et Imperator l. II. de reb. cred. 'Jurisjurandi contemta religio satis Deum ultorem habet.'

[c] *Granium Marcellum, Prætorem Bithyniæ*] Maneo in eo quod dudum monui, rescribendum, *Proconsulem.* Nam Bithynia in Senatus populique Romani provinciis ex divisione Augusti apud Dionem et Strabonem; nec causa fuit, cur postea mutaret, pacatissima quippe provincia. Quin mansisse indicio est Plinius Secundus, qui Trajani ætate *Proconsul* ei Provinciæ. Et post eum alii. Et mox *quæstor* additus huic Marcello, qui sane non missus in provinciam Cæsaris. Quo argumento etiam convicit hanc scripturam eruditissimus, et omni literatura politissimus Henricus Saville in doctissimis ad Tacitum notis. Error ortus ex notis, quas fere ubique corruperunt imperiti Librarii. Sic *Mercerus.*

Prætorem Bithyniæ] Teste Dione, l. LIII. hi Legati, quos mittebat Augustus in suas Provincias *Proprætores* dicti, quia in provincias armatas mittebantur, ut sic speciem aliquam adumbrarent Prætorum veteris Reipub. qui præerant exercitibus Rom. et tamen hi vere Proconsules erant, quemadmodum et hi legati, seu Præfecti, quos populus Senatusve mittebat in suas Provincias, *Proconsules* dicti, eodem Dione teste; quia mittebantur in Provincias inermes imbellesque, ut sic etiam adumbrarent veteris Reipub. Consules, seu Consulares, qui togati et in pace florebant; et tamen hi vere, et reipsa *Prætores* fuere, quia hæ Provinciæ populi dabantur prætura functis, seu Prætoriis, id est, insignia Prætoria adeptis; et tanto magis, quod teste eodem Dione ibidem, duæ tantum Provinciæ earum, quæ populi essent, Consularibus dabantur, et Proconsulatus dicebantur, nempe *Asia* et *Africa;* ceteræ vero prætoriis dabantur. Ratio autem cur duæ istæ tantum Provinciæ proprie consulares essent, fuerit, quia viri consulares tantum in eas mittebantur, nec alii mitti possent. At in ceteras populi Provincias mittebantur *Prætorii,* quamvis et sæpe in eas mitterentur *Consulares,* utpote jam ad duos menses coarctato consulatu. Igitur Tacitus hoc loco, vel more veteris Reipub. locutus est, vel de facto sic res se habuit, etiam sub principibus, quamvis nomina immutata essent. Nam post Augustum non modo consulares in populi Provincias missi, 'Proconsules dicebantur; sed etiam qui prætura functi erant, aut qui prætoria tantum ornamenta adepti erant.' Sic quippe explico illa verba Dionis, lib. LIII. καὶ ἀνθυπάτους καλεῖσθαι, μὴ ὅτι τοὺς ὑπατευκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἐστρατηγηκότων, ἢ δοκούντων γε ἐστρατηγηκέναι μόνον ὄντας. Quæ verba non satis ceperat interpres Dionis.

Bithyniæ] Bithynia provincia Asiæ Minoris peninsulæ ad Pontum Euxinum et Propontidem; hodie pars septentrionalis præfecturæ *Natoliæ* ad mare Nigrum, seu Majus, et ad mare Marmoræ, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

[d] *Quæstor ipsius*] In consuetudine

tulavit, subscribente Romano Hispone:[e] qui formam vitæ iniit, quam postea celebrem miseriæ temporum et audaciæ hominum fecerunt: nam egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis[f] sævitiæ Principis arrepit, mox clarissimo cuique periculum facessit, potentiam apud unum, odium apud omnes adeptus, dedit exemplum, quod secuti, ex pauperibus divites, ex contemtis metuendi, perniciem aliis ac pos-

stituit, quod postea calamitates temporum et pravitas hominum magnopere illustraverunt. Quippe inops, incognitus, et quietis impatiens, dum secretis literis se insinuat immanitati principis; dein illustrissimo cuique discrimen intentat, auctoritatem apud unum assecutus, et offensionem adversus omnes, præbuit exemplum, quod æmulati ex egenis locupletes, ex spretis formidandi, exitium aliis ac tandem sibi reperere.

modo a consularibus, sed etiam a prætoriis viris administraretur, ejus rector appellari potuit prætor, sicut a Strabone, XIV. p. 684. Cyprus dicitur *prætoria provincia*, στρατηγικὴ ἐπαρχία. Nec *prætorem* in *proconsulem* mutandum, ut voluere Mercerus et Lipsius. Vide Cl. Spanheim. de Præstant. numism. Vol. II. p. 593. Norisium Cenotaph. Pis. Dissert. IV. p. 207. Bithynia, nunc *the western part of Natolia.*

NOTÆ

positum fuisse, ut cum Prætores repetundarum postularentur, quæstoribus potissimum ipsorum accusandi munus mandaretur, constat e divinatione Ciceronis. Id autem eo fiebat, quod illis notissima esse prætorum furta, verisimile erat. *Muretus.*

[e] *Romano Hispone*] Cujus declamationum Electa in Senecæ controversiis, non uno loco. *Lipsius.*

Subscribente Romano] Subscriptores erant Advocati et adjutores patronorum in causis: qui etiam tanquam custodes Patronorum adhibebantur, ne corrupti prævaricarentur. 'Qui defendit alterum,' inquit Asconius,' 'aut patronus dicitur, si Orator est, aut Advocatus, si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico; aut Procurator, si negotium suscipit: aut cognitor, si præsentis causam novit, et sic tuetur ut suam.' Cicero in divinatione: 'At venit paratus cum subscriptoribus exercitatis et disertis. Est tamen hoc aliquid, et si non est satis. Omnibus enim rebus is qui princeps in agendo est, ornatissimus et paratissimus esse debet.' *Budæus.*

[f] *Occultis libellis*] Non reperio fere discrimen inter epistolas, codicillos, et libellos. Hosce libellos scribebant delatores, seu indices principi, etiam præsenti in civitate, quibus nec ipsum adire licuisset, et id magis congruebat majestati principum, qui sine aditu talium interventorum, sciebant ea quæ agerentur, longe antequam ulli amici, aut ipsi privati, quorum pernicies struebatur, rescirent, vel suspicari quidem possent, hisce rebus attentum esse principem aut jam esse admonitum occultis hisce libellis. Sic Sejanus adibat Tiberium per epistolas, quamvis præsentem in civitate. Sic Augustus amicos, sic invicem amici Augustum allocuti, teste Suet. Tacit. II. 28. ubi de Libone Druso, quem Firmius Catus detulit, 'aditum ad principem postulat, de-

tremum sibi[g] invenere. Sed Marcellum insimulabat, ‘sinistros de Tiberio sermones habuisse:’ inevitabile crimen, cum ex moribus Principis fœdissima quæque deligeret accusator, objectaretque reo: nam, quia vera erant, etiam dicta credebantur. Addidit Hispo, ‘statuam Marcelli altius quam Cæsarum sitam:[h] et alia in statua,[i] amputato capite[j] Augusti, effigiem Tiberii inditam:’ ad quod exarsit[k] adeo, ut, rupta taciturnitate, proclamaret, ‘se quoque in ea causa

Verum Cæpio *arguebat Marcellum*, verba quædam probrosa de Tiberio protulisse: *quæ fuit ineluctabilis criminatio, cum accusator turpissima quæque seligeret ex vita principis, eaque reo exprobraret. Nam quia vera erant* illa flagitia, *etiam prolata* a Marcello *putabantur. Adjunxit Hispo*, effigiem Marcelli altius esse positam, quam statuas Cæsarum; et alio in simulacro insertam imaginem Tiberii præciso capite Augusti. *Ad quod adeo commotus est Tiberius, ut abrupto*

NOTÆ

monstrato crimine, per Flaccum Vesculariun equitem Romanum, cui propior cum Tiberio usus erat. Cæsar indicium haud aspernatus, congressus abnuit; posse enim eodem Flacco internuntio sermone commeare,’

[g] *Ac postremum sibi*] Iis nempe utebatur, seu potius abutebatur Tiberius ad tempus; dein novis delatoribus repertis, eorum ope veteres subvertebat; sicque perpetuo illusit Civitati, Senatui, et Reipublicæ: sic delatores alii aliis exitium struendo, tandem sibimet perniciem accelerabant.

[h] *Altius quam Cæsarum*] Vel quia altior et procerior ipsa statua Marcelli fuit; sic facta jussu ipsius ab artifice; forte tamen imprudenter, neque respectante Marcello ad statuas Cæsarum, sed casu tantum; vel ex solo ingenio, et sponte ipsius artificis, vel quia altiori loco et magis conspicuo posita, vel etiam altiori basi, forte quasi columna superstructa fuerit illa statua Marcelli, quod decus maximum fuisset.

[i] *Alia in statua*] Puto, vere nonnulli contumeliose se gerebant in imagines Augusti: nam apud Dionem vocantur Augusti imagines ἐνεδρεύοντοι, hoc est, *insidiis obnoxiæ;* sed talia cum deferrentur, docebantur.

[j] *Amputato capite*] Quod nunc crimini datur, id receptum fuisse suo ævo Plinius indicat: ‘Surdo,’ inquit, ‘figurarum discrimine capita permutantur.’ Et Caligula, simulacra numinum e tota Græcia conquisivit, quibus capite demto suum imponeretur. *Sueton.* Cur tamen Tiberius ita hic exarsit, causa aliqua est. Nam solebant Tyrannos ea ignominia afficere: videbaturque occulte quasi talem Marcellus damnasse Augustum. Hieronymus in Prophetam Abacuc. cap. 3. ‘Cum Tyrannus detruncatur, imagines quoque ejus deponuntur et statuæ, et vultu tantummodo commutato ablatoque capite, ejus facies, qui vicerit, superponitur.’

[k] *Ad quod exarsit*] Quæ ergo causa tam impotentis iræ? numquid suæ memoriæ consultum ibat, dum integritatem statuarum asserit? facile enim conjectare poterat, si mos iste reciperetur, ut bonorum etiam principum imagines abolerentur, multo magis suam memoriam perituram.

laturum sententiam palam et juratum:'[l] quo ceteris[m] eadem necessitas fieret. Manebant etiam tum vestigia morientis libertatis.[n] Igitur Cn. Piso, ' Quo,' inquit, ' loco censebis, Cæsar? si primus, habebo quod sequar: si post omnes, vereor ne imprudens dissentiam.' Permotus his, quantoque incautius efferverat, pœnitentia patiens[2] tulit, absolvi reum[o] criminibus majestatis: de pecuniis repetundis[p] ad reciperatores itum[q] est.

silentio exclamaret, se etiam in eo judicio dicturum sententiam palam, et obstrictum jurejurando : *ut aliis patribus idem faciendi necessitas esset. Supererant adhuc vestigia exspirantis libertatis. Itaque Cn. Piso*, Quo, *inquit*, ordine feres sententiam, Cæsar? si primus, idem censendi tecum mihi necessitas incumbet : si postremo loco, metuo ne imprudens aliud statuam. *Ad hæc lenitur, et quanto imprudentius exarserat, pœnitentia placatior permisit absolvi Marcellum criminibus lesæ majestatis ; et dati judices, qui de pecuniis repetundis, jam damnato in senatu reo, litem æstimarent.*

2 Frustra tentant Faërnus et Muretus, *tanto patientius.* Heinsius, *pœnitentiæ patiens.* Ernestus *quandoque incautius*, ita ut *quando* pro *quia* accipiatur. Nobis scribendum videtur *pœnitentiæ patens.* Brotier.

NOTÆ

[l] *Laturum sententiam palam et juratum*] Vetere Repub. jurabant in leges, scilicet in criminalibus causis. Idque principio cognitionis ; aliquando etiam priusquam sententiam expromerent, vel in media sententia, jurabant. Plin. VII. 34. ' a jurato Senatu vir optimus semel a condito ævo judicatus est Scipio Nasica.' Cic. ait l. in Verrem : ' Hoc factum esse in hac civitate, cum Senatorius ordo judicaret, ut discoloribus signis juratorum hominum sententiæ notarentur.' Suet. Jul. 30. ' M. Cato identidem, nec sine jurejurando delaturum se nomen, simul ac primum exercitum dimisisset.' Et Claud. 22. ' In cooptandis per collegia sacerdotibus, neminem nisi juratus nominavit.'

[m] *Quo ceteris*] Vix opinor hæc inter verba Tiberii fuisse. Nimis hoc superbum, aut sævum : sed interpretatione sua, et vera, addit noster. Et sequentia Pisonis argutius ad priora referuntur. *Lipsius.*

[n] *Vestigia morientis libertatis*] Ea verba referunt ad præcedentia : ' Laturum sententiam palam et juratum.' Sed potius ea referenda ad libertatem, qua loquitur Piso.

[o] *Absolvi reum*] *Absolvi* ne? atqui damnatum eum Suetonius ait : ' Statuæ quidam Augusti caput demserat, ut alterius imponeret. Acta res est in Senatu ; et quia ambigebatur, per tormenta quæsita est. Damnato reo, paulatim hoc genus calumniæ co processit,' &c. Ego non concilio, nisi repetundarum damnatus fuit, non majestatis. Quæ tamen omnino Suetonius voluisse videtur. *Lipsius.*

[p] *Repetundis*] Et tamen nulla mentio in hac causa talis criminis supra :

75. Nec Patrum cognitionibus satiatus, judiciis assidebat in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret, multaque eo

Nec contentus disquisitionibus patrum, assistebat judiciis in cornu tribunalis: ne abire cogeret prætorem c sede *curuli; multaque eo præsente judicata sunt adversus*

NOTÆ

'Crispinus majestatis postulavit,' sed de *repetundis* altum silentium, nisi quod statim atque Quæstor accusat Prætorem hoc ipso: id crimen subintelligatur, quod crimini majestatis subjungitur velut appendix: nam omnia judicia lege majestatis exercebantur sub Tiberio, seu eo nomine et prætextu, et fuit tum illud crimen eorum qui nullum crimen habcrent.

q *Ad reciperatores itum*] Ergo damnatus repetundarum fuit, et tum judices dati ad æstimandum. Vide sodes quæ scribo in XIV. Annal. super criminis hujus pœna. *Lipsius.*

Ad reciperatores item est] Vir doctus παραφράζει *ad judices ei negotio destinutos.* Quod et obscurum et χυδαῖον, nec verbis solennibus. Marcellus Donatus causatur Senatum recuperatores dedisse nusquam legi; sed Senatu jubente a Prætore dari solitos: ita hoc quoque loco accipiendum, non recuperatores in causa Granii a Senatu datos, sed jussu illius, cum consensu Tiberii, vel ex hujus mandato commissum judicium recuperatorium: id innuunt verba, 'itum esse ad recuperatores:' aliter enim *datos* dicturum fuisse. At ille cum dicit, 'itum ad recuperatores,' datos dicit a Senatu judices, non qui rem, ut integram, audirent (jam enim apud Senatum acta erat, ut et proconsulis Asiæ Silani III. Annal. 66. et 67.) sed qui lites æstimarent, quod et Lipsius voluit. Sic Plinius lib. II. epist. 12. 'Marius priscus accusantibus Afris, quibus Proconsul præfuit, omissa defensione judices petiit.' Et mox 'excessisse Priscum immanitate et sævitia, crimina, quibus dari judices possent.' Lib. IV. epist. 9. 'Censuit Bæbius Macer, Consul designatus, lege repetundarum Bassum teneri; Cœpio *Hispo*, salva dignitate judices dandos.' Et lib. IX. epist. 29. 'Tuitus sum Julium Bassum, ut incustoditum nimis et incautum; ita minime malum: judicibus acceptis in Senatu remansit.' In commemorata undecima epistola sic legimus: 'Marium repetundarum pœnæ, quam jam passus erat, censuit relinquendum.' *Gronov.*

Ad reciperatores] Ascon. 'reum autem fieri, est apud Prætorem legibus interrogari. Cum enim in jus ventum esset dicebat apud Prætorem accusator reo, Aio te Siculos v. g. spoliasse. Si tacuisset, lis ei æstimabatur, ut victo, si negasset, petebat a magistratu dies accusator inquirendorum criminum, et instruebatur accusatio.'

Ad reciperatores] *Reciperatores*, seu *Judices* non modo cum de pœnis, sed etiam de præmiis ageretur, dati. Apud Livium lib. XXVI. duo profitebantur, contendebantque de *corona murali*: 'Ea contentio cum prope seditionem veniret, Scipio, tres recuperatores, cum se datumm pronuntiasset, qui cognita causa, testibusque auditis, judicarent, uter prior in oppidum transcendisset; C. Lælio et M. Sempronio advocatis partis utriusque

coram adversus ambitum et potentium preces[r] constituta : sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur. Inter quæ Pius Aurelius,[s] Senator, questus, ' mole publicæ viæ[t] ductu-

favorem, et ambitionem procerum; sed dum justitiæ providetur, libertas labefactabatur. Interea pius Aurelius, unus e patribus, expostulans concussam esse domum suam

NOTÆ

P. Cornelium Claudinum de medio adjecit : cosque tres recuperatores considere, et causam cognoscere jussit.'

[r] *Potentium preces*] In judiciis : solebant enim Advocatos, aut deprecatores adducere potentissimos civitatis. Ex Cicerone et Asconio notum : repressitque Tiberius, quia sic justitiam corrumpebant. At ipse Tiberius, adjungit noster, libertatem corrumpebat : quomodo ? quia scilicet in judiciis assiduus, ea velut regebat ac temperabat, et sententiæ obnoxiæ illi erant. *Lipsius.*

Potentium preces] Tum pro more potentissimi procerum assistebant ad tribunal, cum ageretur causa amicorum, tanquam fautores et deprecatores, contra quem ambitum, legem statuerat Pompeius, quam dein primus ipse infregit.

Potentium preces] Suet. Tib. 33. ' Ac primo eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. Itaque et constitutiones quasdam senatus rescidit ; et magistratibus pro tribunali cognoscentibus, plerumque se offerebat consiliarium, assidebatque mistim, vel ex adverso in parte primori : et si quem reorum elabi gratia rumor esset, subitus aderat : judicesque, aut e plano, aut e quæsitoris tribunali, legum, et religionis, et noxæ, de qua cognoscerent, admonebat.'

[s] *Pius Aurelius*] Festus : ' Aureliam familiam ex Sabinis oriundam a sole dictam putant : quod ei publice a populo Romano datus sit locus, in quo sacra facerent soli, qui ex hoc Auselii dicebantur, ut Valesii, Papisii, pro eo quod est Valerii, Papirii.'

Pius Aurelius] Fortasse hic inter majores optimi principis Antonini : etsi nulla mentio Capitolino.

[t] *Mole publicæ viæ*] Ob ingentes illos silices, quibus viæ omnes publice sternebantur. *Muretus.* Alii omnes sic accipiunt, quasi per reparationem atque aggerationem viæ, domus ista labefacta fuerit. Mihi aliter visum, ob locum Plinii XXXVI. 2. ubi de columnis marmoreis in atrio Scauri collocatis : ' Satis dari sibi infecti egit redemtor Cloacarum, cum in palatium extraherentur.' Item hunc alterius Plinii, panegyr. 61. 1. ' Non ut ante, immanium transvectione saxorum, urbis tecta quatiuntur : stant securæ domus, nec jam templa nutantia.' Seneca : ' in hunc usum pinus aut abies deferebatur, longo vehiculorum ordine, vicis intrementibus.' *Freinshemius.*

Mole] Paulus L. pro penult. D. Ne quid in loco publico : ' Si per publicum locum rivus aquæductus privato nocebit, erit privato actio et lege XII. tabul. uti noxæ domino caveatur :' forte per interpretationem. Et tamen, teste Jul. Frontino, initio libri de aquæductibus ; ' Ab urbe condita per annos CDXLI. contenti fuerunt Romani usu aquarum, quas aut ex Tiberi, aut ex puteis, aut ex fonti-

que aquarum labefactas ædes suas,' auxilium Patrum invocabat. Resistentibus ærarii Prætoribus,[1] subvenit Cæsar,[u] pretiumque ædium Aurelio tribuit, erogandæ per honesta pecuniæ cupiens: quam virtutem diu retinuit, cum ceteras exueret. Propertio Celeri, Prætorio, veniam ordinis ob paupertatem[v] petenti, decies sestertium[w] largitus est, satis comperto, paternas ei angustias[x] esse. Tentantes eadem

aggere itineris publici, et ductu aquarum, *opem senatus implorabat: obnitentibus ærarii præfectis, succurrit Cæsar, et valorem prædiorum dedit Aurelio, elargiendæ honestis in rebus pecuniæ appetens; quam virtutem diu servavit, cum ceteras omitteret. Decies sestertium tribuit Propertio Celeri prætorio, qui petebat facultatem exeundi ordine, ob egestatem, cum satis constaret angustam ei rem familiarem a patribus relictam esse. Eandem opem rogantes alios, causam* paupertatis *expo-*

1 Mallet Ernestus, *ærarii præfectis.* De prætoribus ærario præfectis vide infra Annal. XIII. 29. Hist. IV. 9.

NOTÆ

bus hauriebant.'

Mole publicæ viæ] Duo ibi consideranda sunt, aggĕr seu moles et pondus materiarum, quibus via aggerata atque strata fuit, et etiam res magnæ molis quæ per talem viam vehebantur, quemadmodum trabes, saxa, columnæ, et cetera magnæ molis, qualia advehebantur in urbem. Præterea ductus aquæ, qui forte non modo juxta domum Aurelii perducebatur, sed forte sub ipsa domo structus erat, quo forte rupto vel labefactato, simul cum mole viæ, necesse fuit simul et labefactari domum imminentem impendentemque aggeri viæ.

[u] *Subvenit Cæsar*] Sed an ex fisco vel ærario quæstio est; censet Freinshemius ex fisco Tiberium subvenisse. Sed an ex fisco, an ex ærario, quid refert? omnia in se princeps traxerat. Jam Senatus populusque Romanus, et ærarium vana nomina: 'Omnia Cæsar erat,' inquit Lucanus Et Tacitus infra ubi de re simili, 'quasi referret,' an fiscus, an ærarium esset. Sic et Dio l. LIII. 'Verbo tenus publicæ opes separabantur ab illis Augusti propriis; nam et illæ publicæ ex ejus arbitrio tantum impendebantur.'

Inferre tamen licet, quia hoc loco Taciti resistebant tali largitioni prætores ærarii, Aurelio subvenisse Cæsarem ex ærario: id quippe tum agebatur. Etiam, quia largitio illa publica et Senatus auctoritate fiebat, idcirco pertinebat proprie ad *ærarium* et ad Rempublicam.

[v] *Paupertatem*] Maluerunt paupertatem cum decore, quam beneficium cum pudore.

[w] *Decies sestertium*] Sunt quinque et viginti millia coronatorum, seu quinque et septuaginta millia librarum.

[x] *Paternas angustias*] Recte *paternas*, ut ostenderet paupertatem esse, haud culpa sua. Contra, de Cotta Messalino l. VI. 'Egens ob luxum.'

Paternas] Sicque avitas opes non decoxisse, aut dilapidasse per flagitia. De Augusto sic Dio l. LV. 'Cum multi e senatoribus orti, ac equestres juvenes citra ullum crimen ad paupertа-

alios[y] probare causam Senatui jussit, cupidine severitatis, in his etiam, quæ rite faceret, acerbus: unde ceteri silentium et paupertatem confessioni et beneficio præposuere.

76. Eodem anno continuis imbribus[z] auctus Tiberis[a] plana urbis stagnaverat: relabentem secuta est ædificiorum et

nere apud patres jussit, affectu severitatis, in his etiam, quæ recte ageret, austerus. Itaque ceteri prætulerunt silentium et egestatem tali professioni et liberalitati.

Eodem anno Tiberis assiduis pluviis intumescens in plana urbis loca se effuderat: cum postea *recederet, domorum et mortalium strages subsecuta est. Igitur senten-*

NOTÆ

tem redigerentur, plerisque censum constitutum eorum ordini, complevit: octoginta autem, quibusdam eum usque ad duodecies sestertium adauxit.'

Illud consilium dabat Mæcenas Augusto apud Dionem l. LII. 'Principio igitur statim senatores omnes accurate examinandi, ac delectus eorum tibi habendus, (nam multi in senatum propter seditiones parum idonei asciti sunt,) boni retinendi, reliqui autem expungendi sunt. Hinc neminem bonum virum paupertatis causa removebis, verum ipsi pecuniam potius, quantum opus habet, dabis: et in locum rejectorum, nobilissimos optimosque et ditissimos sufficies, non ex Italia tantum, sed a confœderatis etiam ac subditis desumtos.'

[y] *Tentantes eadem alios*] Suetonius, 'Paucorum senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negavit se aliis subventurum, nisi Senatui justas necessitatum causas probassent. Quo pacto plerosque modestia, et pudore deterruit.'

Seneca de benef. II. 7. 'Tiberius rogatus a nepote M. Allio prætorio, ut æri alieno succurreret: edere illum sibi nomina creditorum jussit. Hoc non est donare, sed creditores connotare. Cum edita essent, scripsit nepoti jussisse se pecuniam solvi. Adjecta contumeliosa admonitione effecit, ut nec æs alienum haberet, nec beneficium, &c. Puto, noluit plures esse, qui idem rogaturi concurrerent, ista fortasse efficax ratio fuerit, ad hominum improbas cupiditates pudore reprimendas.'

[z] *Eodem anno continuis imbribus*] Hæc verissima causa est, cur Tiberis interdum inundet plana urbis. Et hac de re ita Dio l. LVII. 'Cum Tiberis multas urbis partes occupasset, ita ut navigarentur, alii quidem hoc prodigii loco excipiebant: ut et magnitudinem terræ motuum, quibus etiam pars muri dejecta erat, et crebros fulminum jactus, quibus etiam, illæsis vasis, vinum consumtum erat; ipse autem existimans id fieri ex multitudine aquarum quæ in eum influerent, constituit, ut semper quinque Senatores sorte ducti curarent, ne flumen, aut æstate minueretur, aut hyeme supra modum excresceret, sed semper, quoad ejus fieri posset, æquale ferretur.'

[a] *Auctus Tiberis*] Victor in Valeriano: 'Tiberius diluvii facie inundavit, prudentes perniciosum cecinere Reipublicæ.' Plinius vocat Tiberim 'rerum in toto orbe nascentium mercatorem, futurorum omnium monitorem, et auctu religiosum.'

Tiberis] Fluvius Hetruriæ, Umbriæ, Samnii, et Latii proviuciarum Italiæ; in mare Tyrrhenum seu Infernum se exonerat. Hodie Itali vocant *Tevere*, et a Francis dicitur *le Tibre;* est in magno Ducatu Toscanæ, et in statu Ecclesiastico. *Tillem.*

hominum strages. Igitur censuit Asinius Gallus, ‘ut libri Sibyllini[b] adirentur:’ renuit Tiberius, perinde divina humanaque obtegens. Sed remedium coërcendi fluminis Ateio Capitoni et L. Arruntio mandatum. Achaiam[c] ac Macedoniam, onera[d] deprecantes, levari in præsens proconsulari imperio,[e] tradique Cæsari[f] placuit. Edendis gladiatoribus,

tiam tulit Asinius Gallus, ut legerentur libri Sibyllini: *recusavit Tiberius, divinas humanasque res perinde occultans. Sed Ateio Capitoni et L. Arruntio datum negotium cohibendi amnis. Decrevere patres proconsulari potestate liberari in præsens tempus, Achaiam et Macedoniam, quæ minui tributa postulabant, et dari Cæsari*

NOTÆ

[b] *Libri Sibyllini*] Quippe illa inundatio Tiberis non modo importabat cladem, seu stragem præsentem, sed etiam portendebat alias clades mox futuras, veluti sterilitatem, famem, lucm, et forte etiam mutationem in Repub. Ideoque vult Arruntius adiri seu consuli libros Sibyllinos, ut ipsorum monitu procurentur vitenturque mala Reipub. imminentia. ‘Sed rennit Tiberius divina humanaque pariter obtegens.’ Qui alioquin teste Suetonio 69. ‘Circa Deos ac religiones negligentior: quippe addictus mathematicæ, persuasionisque plenus cuncta fato agi.’

[c] *Achaiam*] Tribus modis est consideranda Achaia. Primo, est provincia meridionalis Græciæ regionis ad mare Ægæum, Ionium, et Siculum: aliquando *Hellas* et *Græcia* dicta. Hodie vocatur etiam *Achaia*, et a quibusdam *Livadia:* provincia est imperii Turcici Europæi. Secundo modo, *Achaia* quæ *propria* dicitur, regio minor est Peloponnesi provinciæ, et ad sinum Corinthiacum: hodie pars major *Clarensæ* regionis, ad sinus *Lepante* et *Patras* in Morea provincia Turcici imperii, &c. Tertio denique modo, Romani ex Achaia et Peloponneso unicam fecere provinciam sub *Achaiæ* nomine, quæ Proconsuli Diœceseos Macedoniæ parebat: hodie *Achaie* et *Morée*, &c. De ista videtur hic loqui Tacitus. *Tillem.*

Achaiam ac Macedoniam] Achaiam quod ait, capies Græciam totam; nec enim aliter tunc appellabant Romani. Scriptor quispiam apud Suidam: ‘Mummius Corinthum statim et primo impetu cepit, tunc principem totius Græciæ, ex quo Romani et nunc videntur Achaiam nominare totam Græciam: a gente devicta, quæ tunc Græciæ præerat, universam appellationem sumentes.’ Pausanias l. VII. ‘Porro redacta universa Græcia in provinciæ formam, mittitur ad eam obtinendam ex urbe prætor, quem Achaiæ, non Græciæ, appellant, quod scilicet Græci subacti sunt, obtinentibus principatum Achæis.’

Macedoniam] Provincia Græciæ regionis ad Septentrionem et ad mare Ægæum Adriaticumque hodie *Macédoine* provincia, et pars major *Albaniæ* provinciæ, in Turcico imperio Europæo. *Tillemonius.*

[d] *Onera*] Id est, *vectigalia* et *tributa:* forte etiam intellexit alia onera, ut prætoris, seu proconsulis, quæ forte graviora omni tributo.

[e] *Levari proconsulari imperio*] Durius ergo proconsulare imperium præsidiali: nec causam satis scio. Inquiro. Provinciarum divisio a Cæsare Augusto sexto consulatu facta duplex. Aliæ populo datæ, aliæ Cæsari. In easque populi, proprie dicti

quos Germanici fratris ac suo nomine obtulerat, Drusus præsedit, quanquam vili sanguine nimis gaudens: quod

regendas. Præfuit Drusus certamini gladiatorum, quod Germanici fratris suoque nomine populo promiserat, quanquam is vili cruore nimis oblectaretur, quod plebs

NOTÆ

Proconsules mittebantur; in Cæsaris *legati* aut *proprætores*, qui interdum tamen et *prætores* dicti; aut conjunctim *legati proprætores*, ut in lapidibus plerumque *Rectorum præsidum* nomen generale est: etsi *præses*, *præsidiales*que provincias de Cæsarianis reperies etiam, significatione arcta. Discrimen inter *proconsules legatosque* multum. Primo, quod ii in populi provincias missi, quæ fere inermes: hi in Cæsaris, quæ copiis instructæ. Quod illorum annua tantum administratio (unde in Tac. l. III. Flamen ait, ‘Quanto facilius se abfuturum ad unius anni proconsulare imperium?’ et Apulæi Florid. II. ‘Quid nobis cum istis proconsulum vicibus? quid cum annis brevibus et festinantibus mensibus?’) horum largior contractiorve, ut Cæsari visum. Proconsules sorte missi. Eoque Suetonius Aug. c. 47. ‘Ceteras provincias proconsularibus sortito præmisit.’ Et Tacitus l. III. ‘Eoque etiam Asiæ sorte depellendum incusavit:’ at legati Cæsaris dilectu ἀκληρωτοὶ, ut ait Dio. Statius: ‘cum tanti lectu rectoris habenas Gallice, fortuna non admirante, subisti.’

Proconsules statim egressi insignia imperii sumunt; puta, lictores, fasces: nec deponunt, nisi ingressi iterum urbem: at legati, non antequam provinciam attigerint, et in ipsa provincia deponunt. 5. Proconsules pacato habitu, et gladio non accincti fuerunt (ex instituto quidem Augusti, quod tamen postea mutavit): legati, paludamentum gestarunt, et gladium, ut quibus jus esset militis animadvertendi. 6. Proconsules, sex lictoribus fascibusque usi: quinque duntaxat legati qui consulatum nondum gessissent. Dio auctor, LIII. Septimo, proconsuli tres legati fuere: legato unus. Dio ibidem. Atque hæc discrimina: sed ex iis nihil emas, cur provinciarum Cæsaris conditio (quod tamen hic ex Tacito clarum) melior pensiorque. Nisi id tamen in bonum provincialium vertit, quod utraque provincia uni credita legato; ideoque minus onerum alendo ipso et canibus illis qui Tribunal lambunt. Clare Tacitus l. v. ‘Is Macedoniæ tum intentus, Achaiam quoque curabat.’

Proconsulari imperio] Provinciæ *proconsulares* longe majori onere premebantur, quam præsidiales. *Præsidiales* uni legato seu procuratori parebant. *Proconsulares* ipsi *Proconsuli*, et præterea *tribus legatis* obedicbant, præterea *Quæstori*, et tot præfectis seu dominis, quot erant *legati legionum*, et præterea multi alii sinus implendi. Dein si *proconsul* pecuniæ interceptæ seu repetundarum interrogaretur, tum apud eosdem, vel similes judices agebatur, nempe apud senatum, et sic semper ‘victrix’ licet ‘provincia plorabat;’ at in præsidialibus, cum tales præfecti uni principi responderent; uno illo judice facilius et severius coërcebantur avaritia, sævitia, libido, et cetera *præsidum* flagitia. Tum sub Tiberio *proconsulibus* parebant, quotquot erant legiones et copiæ in ea provincia quam regebant; sed postea Caligula divisit imperium in quibusdam provinciis, ita ut uni provinciales parerent, alteri obediret miles; sicque multiplicati domini, sinusque avaritiæ, ita ut si unum evaderes, in alterum cadere necesse esset.

vulgo formidolosum,[2 g] et pater arguisse dicebatur. Cur abstinuerit spectaculo ipse, varie trahebant: alii tædio cœtus, quidam tristitia ingenii,[h] et metu comparationis, quia Augustus comiter interfuisset.[i] Non crediderim, ad ostentandam sævitiam,[j] movendasque[3] populi offensiones, concessam filio materiem: quanquam id quoque dictum est.

77. At[1] theatri licentia, proximo priore anno cœpta, gravius tum erupit, occisis non modo e plebe, sed militibus et

meticulosa, et Tiberius reprehendisse ferebatur. Cur non affuerit spectaculo ipse Tiberius, *alii aliter interpretabantur: alii tædio multitudinis, nonnulli tristitia morum et timore, ne compararetur cum Augusto, qui populi voluptatibus se civiliter immiscuisset. Non existimarim datam Druso occasionem, qua ostenderet immanitatem suam, et vulgi odium in se concitaret; quamvis id etiam dictum sit.*

At theatri petulantia, quæ incœperat anno proxime elapso, tum acrius exarsit, interfectis non solum ex vulgo, sed etiam militibus ac centurione, percusso tribuno

---

2 Plerumque legitur *vulgus formidolosum*, at plurimum placet Lipsii conjectura, *quod in vulgus formidolosum*. Licet Tacitus, *formidolosum* cum dativo sæpe conjunxerit, haud ita eleganter tentat Gronovius, *quod vulgo formidolosum*. Ryckius et Homerus habent *vulgus formidolosum*.—3 *Fovendasque* malim.

1 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. Perperam Beroaldus, *a theatri*.

NOTÆ

[f] *Tradique Cæsari*] Quod etiam factum. Ideoque Strabo, qui vixit medio Tiberii principatu, libro extremo, *Achaiam* et *Macedoniam* Cæsarianis provinciis accensuit: aliter quam Dio, qui populi. Sed mutavit iterum Claudius, qui populo restituit. Habes in Suetonii c. 25. et Dionis l. LX.

[g] *Quod vulgo formidolosum*] Ad rem pertinet, quod Suetonius de Claudio c. 34. ‘ Quocumque gladiatorio munere, vel suo, vel alieno, etiam forte prolapsos jugulari jubebat:’ et quæ sequuntur. Et de avo Neronis c. 4. ‘ Munus etiam gladiatorium: sed tanta sævitia, ut necesse fuerit Augusto clam frustra monitum edicto coërcere.’ At Nero ipse nondum perditus, ‘ munere neminem occidit, ne noxiorum quidem,’ c. 12.

[h] *Tristitia ingenii*] Suet. Tib. 47. ‘ Neque spectacula omnino edidit: et iis quæ ab aliquo ederentur rarissime interfuit, ne quid exposceretur, utique postquam comœdum Actium coactus est manu mittere.’

[i] *Quia Augustus comiter interfuisset*] De eo enim Suet. c. 45. ait: ‘ Verum quotiens adesset, nihil præterea agebat, seu vitandi rumoris causa, quo patrem Cæsarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum, epistolis libellisque legendis ac rescribendis vacaret, seu studio spectandi ac voluptate.’

[j] *Ad ostendendam sævitiam*] Nempe quo ipse Tiberius gratior et acceptior populo esset quam Drusus, quod fictum vel ex mente vulgi, vel pro ingenio Tiberii. Certe *vulgo formidolosum*: metuebat sævitiam in Druso successore.

centurione,[k] vulnerato tribuno prætoriæ cohortis,[l] dum probra in magistratus[m] et dissensionem vulgi prohibent. Actum de ea seditione apud Patres, dicebanturque sententiæ, ‘ ut Prætoribus jus virgarum in histriones esset :’ intercessit[n] Haterius Agrippa tribunus plebei, increpitusque est Asinii Galli oratione, silente Tiberio, qui ea simulacra libertatis Senatui præbebat. Valuit tamen intercessio, quia Divus Augustus[o] ‘ immunes verberum histriones’[p] quondam re-

prætorianæ cohortis, dum vetant contumeliis incessi magistratus, et discordiam plebis cohibent. Actum est de ea discordia in senatu, et proferebantur sententiæ, ut prætores haberent jus virgarum in mimos : *ne fieret senatusconsultum, obstitit Haterius Agrippa tribunus plebis, quem et objurgavit Asinius Gallus, multa facundia, per silentium audiente Tiberio, qui hanc imaginem libertatis patribus relinquebat : vicit tamen oppositio* Haterii tribuni ; *quia Divus Augustus* exemtos vir-

NOTÆ

[k] *Militibus et centurione*] Refer ad cohortem, quæ assidere ludis solita : itaque nota cruentas istas seditiones, et quid nisi pugnas ? ut non injuria Valerius ‘ Theatra’ dixerit ‘ *urbana castra:* quoniam hæc quoque,’ inquit, ‘ sæpenumero voluptatem et religionem civili sanguine, scenicorum portentorum gratia, maculârunt.’ II. 4.

[l] *Prætoriæ cohortis*] Quæ nempe excubabat, seu assidebat apud theatrum, ut immodestiam seu lasciviam spectantium coërceret, quæ cohors remota est a theatro sub Nerone, dein tamen revocata.

[m] *Probra in magistratus*] Licentia theatri, studio spectandi mimos, et habendi multos fautores talium hominum, sæpe jaciebantur probra in magistratus, in proceres, et etiam sæpe in insignes fœminas ; unde jurgia, rixæ, dein seditio, cædesque. Hanc immodestiam, dissensionemque coërcebat miles prætorianus in id appositus a principe.

[n] *Intercessit*] Talibus senatusconsultis sæpe intercedebant Tribuni ; nempe ne Pantomimi illi coërcerentur : Tribuni id agebant ut defensores plebis et fautores voluptatum illius, et id poterant sane pro suo jure Tribuni ; attamen tum acriter objurgabantur a Patribus, ut qui confusionem et licentiam in media civitate fovèrent, et auctoritate magistratus sui in Reipubl. perniciem abuterentur. Habes simile quid sub Nerone XIII. 28. ‘ Manebat nihilominus quædam imago Reipub. nam inter Vibullium prætorem, et plebei tribunum Antistium ortum certamen, quod immodestos fautores histrionum, et a prætore in vincula ductos tribunus omitti jussisset : comprobavere Patres incusata Antistii licentia ;’ nempe stetere Patres pro Prætore adversus Tribunum.

[o] *Quia Divus Augustus*] Augustus ad frangendos rigidos illos animos, non dubie rei ludicræ fautor. Ideo ‘ coërcitionem in histriones magistratibus omni loco et tempore lege vetere permissam, ademit ; præterquam ludos et scenam ;’ ait Suetonius c. 45. ubi emendo, *ludis et scena.* Verissima optimaque sententia. Mos vetus puniri histriones ab Ædilibus, Prætoribus, Consulibus, quovis tempore et quovis loco permittebat : arctavit Augustus, et non nisi per tempus ludo-

sponderat, neque fas Tiberio infringere dicta ejus. De modo lucaris,[q] et adversus lasciviam fautorum, multa de-

gis histriones *olim pronuntiarat; neque Tiberio licebat transgredi jussa illius.*

NOTÆ

rum permisit, et in loco ipso ubi peccarant, id est, in scena. Ademit etiam *jus virgarum*. Quod tamen redditum esse magistratibus videtur lege Julia, de vi publica: non quidem nominatim, sed prudentum interpretatione. Vide Paulum l. v. sentent. tit. 26. Quæ tandem coërcitio relicta ab Augusto? *Exilium*, et *carcer*. Ideo infra in Tiberii principatu legis: 'Pulsi tum histriones Italia:' et alibi, 'in vincula ductos fautores histrionum.' Idem ergo juris in histriones ipsos.

[p] *Immunes verberum histriones*] Sic Livius VII. 2. dicit Atellanos 'censoria nota vacuos fuisse, quod neque tribu moverentur, neque a militaribus stipendiis repellerentur,' qui infamia notati, tribu, et militia pulsi; sic id datum puto histrionibus, ut censoria nota vacui, nec ob artem infames essent, sic nec tribu moti, sicque ipsi cives Romani; igitur et flagri immunes.

[q] *De modo lucaris*] Lucar, merces histrionum a lucis, qui multi circa urbem, quorum reditus destinati ad ludos. Plutarchus in causis, et Festus: ibique, magni patris magna proles. *Scaliger.*

De modo lucaris] Vulgaris actoris merces videntur fuisse quinque denarii. Seneca epist. LXXXI. 'Ille qui in scena elatus incedit, et hæc resupinus dicit, Imperito Argis, servus est, quinque modios accipit, et quinque denarios.' Aut certe septem, ut in Icarom. apud Lucianum: 'Similes maxime tragicis illis histrionibus, quibus si personas demseris, et auratam illam vestem; quod relinquitur, ridiculus homuncio erit, septem drachmis, ad certandum agendumque conductus.' Sed sæpe mutata illa res, et populus vel auditores multa præter morem largiebantur famosis histrionibus. Ideo Tiberius apud Sueton. 'Ludorum ac munerum impensas corripuit mercedibus scenicorum reseissis.' Et M. Antonius Imperator apud Capitolin. 'Temperavit scenicas donationes, jubens, ut quinos aureos scenici acciperent: ita tamen, ut nullus editor decem aureos egrederetur.' Forte Senecea et Lucianus agunt de diurna mercede; at Capitolinus de menstrua, aut certe de productione tota; aut denique merces tam ampla pertinet ad principes scenæ, non ad pueros histrionum. Pecunia illa ab editoribus, id est, prætoribus, aut aliis magistratibus, qui ludos ederent, sæpe a fisco.

De modo lucaris] Plutarchus: Διὰ τί τὸ τελούμενον εἰς θέας λοῦκαρ καλοῦσιν; ἢ ὅτι πολλά ἐστιν ἄλση περὶ τὴν πόλιν ἀνειμένα θεοῖς, ἃ καλοῦσι λούκους, καὶ τὴν ἀπὸ τούτων πρόσοδον εἰς τὰς θέας ἀνήλισκον: *Quare ea merces, quæ solvitur ob spectacula, lucar vocant; vel quia multæ sunt sylvæ circa urbem sacratæ Diis, quos lucos appellant, et reditum ex iis nemoribus provenientem in scenas et spectacula impendebant. Lucar* θεατρικὸν Carisius et Glossarii.

Lucar] Scribebant, quod est *locar*, τὸ θεωρικὸν, merces pro loco in spectaculis. Ex ea depravata scribendi consuetudine *Lucar* a lucis deducunt ineptissime. Inde *Locarii*, qui sedes in theatro locabant. Martialis: 'Her-

cernuntur: ex quis maxime insignia: ' ne domos pantomimorum[r] Senator introiret; ne egredientes in publicum equi-

Constituuntur multa de mercede quæ daretur pro loco et sede in spectaculis, et etiam adversus licentiam fautorum, ex quibus hæc præcipua fuere; ne Senator ædes

NOTÆ

mes deliciæ locariorum.' Varro *locarium* dici notat; quod datur in stabulo et taberna, ab iis qui consistunt. *Salmasius.*

Festus. ' Lucar appellatur æs, quod ex lucis captatur.' Ad quem locum, sic notat vir doctissimus. *Lucar* θεατρικὸν a Charisio et glossis: itemque ἀπὸ φίσκου. Apud Livium l. III. ' Pythio Apollini Republica vestra bene gesta lucris meritis donum mittitote.' Nulla controversia legimus ' Lucaris meriti donum.' Ex eo lucare dabatur pecunia in sumtus et impensas scenicas, unde θεατρικὸν vertunt Grammatici, quibus impensis modum factum fuisse et lucar histrionum coërcitum temporibus Tiberianis refert Tacitus l. I. ann. Invenio in veteri inscriptione: LUCAR MUNÆ. REDEMPTUM REPUB. Tertullianus adversus Gnosticos loquitur de præcursore Domini: ' Ipse clausula legis et prophetarum, nec prophetes, sed angelus dictus, contumeliosa cæde in puellæ salticæ lucar.' Eleganter. Nam *Lucar* erat merces saltatorum et histrionum. Plutarchus vertit, τελούμενον εἰς τὰς θέας. *Scaliger.*

Ut vides Festus, Plutarchus, et Tertullianus de *lucari* constituunt, fuisse mercedem histrionum, etiam dictum *lucar* a *lucis*, et certe quidni esse potuerint quidam *luci* dicati Diis, ita ut reditus horum lucorum destinarentur in impensas ludorum, qui ederentur in honorem istorum Deorum? In id etiam consentiunt interpretes omnes præter Salmasium, nempe Lipsius, Muretus, Ursinus, Scaliger, qui omni exceptione major. Et si a locis et pro locis tale *lucar* dictum sumtumque, quomodo vocari potuit *merces* ex *fisco?* Etiam firmant dictum esse *lucar* a *lucis*, ea quæ sequuntur apud Festum ibid. ' Lucaria festa in luco celebrant Romani,' &c. Et si *lucar* sit *merces pro loco*, quo sensu præcursor Domini erit *lucar*, seu, *merces saltatricis puellæ*, ut habet Tertullianus? Qua prudentia Tiberii et Antonini principes impensas pro locis tam severe rescindunt atque reprimunt. Cur tam stricta decreta hoc loco apud Tacitum *de modo lucuris*, si tantum agitur de mercede pro locis data? Verisimile est, nihil solvisse plebem Rom. aut raro pro locis, dum ei magistratus adulantes tales ludos sumtu publico vel suo ederent; unde conjicere est non potuisse *lucar* a locis appellari, sed potius a *lucis*, ut tradunt auctores antiqui doctique: et verisimile est, non sponte ingenio id attulisse Plutarchum, sed ex moribus et auctoribus Rom. hausisse. In fragmento marmoris quod affert *Ursinus*, incisum est, ' de lucari ludorum sæcularium.' At quis tale *lucar* sumtum pro locis et ex locis dictum putet? quippe ludi sæculares sumtu principis celebrati. Quicquid sit de etymologia nominis, de qua non magnopere laborandum, modo rem tali nomine significatam intelligamus, certum est hoc nostro loco Taciti per *lucar* intelligi *mercedem scenicorum*, seu largitionem, quæ fiebat in histriones, mimos, pantomimos et ceteros id genus homines. Et si forte *lucar* dictum sit a locis, (quod non puto), id per catachresin translatum fuerit ad quamcumque mercedem scenicorum.

[r] *Ne domos pantomimorum*] Magnum

tes Romani cingerent;[s] aut alibi[t] quam in theatro spectarentur;[2] et spectantium immodestiam exilio multandi[u] potestas Prætoribus fieret.'

pantomimorum ingrederetur: ne illos exeuntes in publicum equites Romani comitarentur; aut alibi quam apud theatrum mimos agerent, et tribueretur Prætoribus jus exilio damnandi spectatores, qui per licentiam turbas excitarent.

2 Frustra tentat Heinsius, *sectarentur*.

NOTÆ

studium, ut video, Romanorum in has nugas hominum, immo furor. Vestibula eorum quasi principum, frequentabantur: adhærebant egressibus illorum, non vulgus modo, sed eques senatusque. Plinius l. XXXIX. 'Nullius histrionis equorumve Trigarii comitatior egressus in publico erat: cum Crinas Massiliensis,' &c. Seneca epist. XLVII. 'Ostendam nobilissimos juvenes mancipia pantomimorum.' Idem fine libri VII. Quæst. natural. 'Stat per successores Pyladis et Bathylli domus; harum artium multi discipuli sunt multique doctores. Privatim urbe tota sonat pulpitum: in hoc viri, in hoc fœminæ tripudiant. Mares inter se uxoresque contendunt, uter det latus illis.' *Dare latus*, explico, uter latero sit illis; ut hic Tacitus, 'ne egredientes in publicum equites Romani cingerent.'

[s] *Equites Romani cingerent*] Verba Senecæ l. VII. Quæst. natural. 'Mares inter se uxoresque contendunt, uter det latus illis;' quamvis etiam de comitatu accipi possint, aliud videtur velle Seneca; forma loquendi, ut solitum illi auctori, consulto ambigua; idque adeo ipsum, quod Tertullianus libello, de quo spectaculis, corrupto loco, quem tangit Lipsius: sed legerim: *quibus viri animas, fœminæ, aut etiam illi* (viris mollitiem exprobrat) *corpora sua substernunt*. Dictum autem *cingerent*, ut *latus cingere*, quod fiebat illis qui multos habebant clientes, a quibus per officium egredientes in publicum, regredientesve deducebantur: quod III. 33. 'egressus colere' dixit. Ovid. de Ponto IV. 9. 17. ad Græcinum consulem designatum: 'Dumque latus sancti cinget tibi turba senatus, Consulis ante pedes ire juberer eques: Et quanquam cuperem semper tibi proximus esse, Gauderem lateris non habnisse locum.'

[t] *Aut alibi*] Puto, ne domi, ne in hortis.

[u] *Exilio multandi*] Etiam vinculis infra, l. XIII. 'Inter Vibullium Prætorem et Tribunum Antistium ortum certamen, quod immodestos fautores histrionum a Prætore in vincla ductos omitti jussisset. Comprobavere Patres, incusata Antistii licentia.' Ex hoc decreto Patrum nata lex, quæ Pandectis insita, de pœnis l. XXVIII. 'Solent quidam qui vulgo se juvenes appellant, in quibusdam civitatibus, turbulentis se acclamationibus popularium' (ita vocat locum ipsum, ubi spectabat populi plebs) 'accommodare, qui si amplius nihil admiserint, fustibus cæsi dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur; quod si correcti in eisdem deprehenduntur, exilio puniendi sunt.' Ait ecce diserte, *exilio*; ut hic Tacitus.

78. Templum ut in colonia Tarraconensi[v] strueretur Augusto, petentibus Hispanis permissum; datumque in omnes provincias exemplum.[w] Centesimam rerum venalium,[x] post

Postulantibus Hispanis concessum est, delubrum excitarent in oppido Tarraconensi, in honorem Augusti; sparsumque per omnes provincias exemplum, pariter illi templa exstruendi. *Et cum rogaret populus, supprimi centesimam rerum venalium*, quod

NOTÆ

[v] *Templum ut in Colonia Tarraconensi*] Mansit id templum ad ævum Hadriani in ejus vita, 'Tarracone hyemavit, ubi sumtu suo ædem Augusti restituit.' Item in Severi vita, somniavit sibi dici, 'ut templum Tarraconense Augusti, quod tum labebatur, restitueret.' Antea jam vivus aram illic habuerat, de qua, et palma ibi enata, jocus ejus in Fabio. Quod sequitur, *datumque in omnes provincias exemplum*, cave acceperis, quasi literarum exemplaria diffusa, et transcripta sint ad omnes provincias cum Vertranio; sed hoc ait, exemplo Tarraconensium monitos alios populos, ut peterent impetrarentque idem.

[w] *Datumque in omnes provincias exemplum*] Nullum dum viveret Augustus ipse sibi templum strui permiserat, nisi simul nomine Senatus et Romæ. Dio ubi de consilio Mæcenatis lib. LII. 'Templum quoque nullum tibi patere ædificari. Quippe in hujusmodi res incassum multæ pecuniæ insumuntur, quas necessariis rebus impendere præstat. Etenim divitiæ magnæ non tam multa accipiendo, quam non multos sumtus faciendo, colliguntur: et id genus res nullam gloriam afferunt. Virtus enim multos illa quidem Diis æquat, sed nemo tamen unquam mortalium suffragiis Deus effectus est. Itaque tibi, si bonus sis, ac recte imperes, universa terra templum erit, pro delubris omnes urbes, omnes homines pro statuis; quorum in animis semper cum gloria insidebis: qui vero imperium summum male gerunt, eos ista ornamenta, quanquam in omnibus urbibus posita, tantum abest, ut decorent, ut etiam reprehensionibus hominum exponant, cum sint trophæa quædam malitiæ eorum, ne injustitiæ monumenta, quæ quo diutius perduraverint, eo longius quoque istorum infamia permanet.'

Datum in provincias exemplum] Non item in Italia, in qua nulla talibus Divis exstruebantur templa, et ipse Augustus, dum viveret, nulla sibi templa exstrui permisit, sed tantum Romæ et sibi, quasi divinitate urbis suam velaret, sensimque insinuaret. Puto initio Itali, talibus cærimoniis nondum sueti aut imbuti, sincerum et antiquum morem retinebant, taliaque Religionum prodigia spernebant. At Romani principes tales cærimonias et Religiones in provincias amotas impellebant, instituebantque πολιτικῶς, ut prætextu Religionis majestatem suam inter socios augerent. Sic erecta ara apud Lugdunum, et apud Ubios heroum Drusi, seu potius Augusti. Fuere et ibi sacerdotes instituti, et sacrificia peracta, quemadmodum et in ipsa Britannia templum Claudio etiam viventi exstructum, et sacerdotes instituti ex proceribus sociorum, ut sic colendo imperio et principi assuescerent. Illi sacerdotes ex potentioribus et ditioribus provincialibus electi, ut sumtibus cærimoniarum et sacrificiorum sufficerent; sicque populos in eadem alliceret, ut sic paulatim barbari riti-

bella civilia institutam, deprecante populo,[y] edixit Tiberius,

tributum *post arma civilia constitutum fuerat, edicto monuit Tiberius* ærarium mi-

NOTÆ

bus, disciplina, et artibus Romanis mansueseerent. A Tacito dissentit Dio l. LI. qui asserit jam ipsum Augustum permisisse, dum viveret, sibi statui templa in Asia et Græcia. Dio l. LI. de Augusto: 'Cæsar hoc tempore, cum alia quædam egit, ac responsa dedit; cum templum urbi Romæ, patrique Cæsari, quem Heroa Julium nominavit, Ephesi et Niceæ fieri permisit (hæ enim urbes tum Asiæ et Bithyniæ clarissimæ habebantur) utque ab incolis Romanis colerentur: extraneis autem hominibus, quos Græcos ipse appellabat, concessit, ut sibi ipsi qnoque templa facerent; Asiani quidem Pergami, Bithyni vero Nicomediæ. Id, ab hoc initio tractum, reliquorum in honorem Imperatorum; deinceps non in Græcis tantum provinciis factum est, sed etiam apud alios omnes populos Romanis subditos. Nam Romæ quidem, et in Italia nemo unquam alicujus pretii homo id facere ausus est, quanquam illic quoque, defunctis Imperatoribus, qui Imperio reete usi sint, cum alii divini honores dantur, tum sacraria tribuuntur. Hæc ea hyeme acta et Pergamenis quoque, ut ludos, quos sacros dicunt, in honorem templi ejus celebrarent, permissum.' Cum dicit Dio permisisse *incolis Romanis ut colerent*, id est, Romanis qui Asiam incolerent, permisit, colere illa templa, his locis condita, Deosque.

[x] *Centesimam rerum venalium*] De hac, quam Tiberius postea *ducentesimam* fecit, ipse Tacitus infra II. 42. Hanc postea remisit C. Cæsar Caligula, ut ex ejus nummo æreo, qui est apud me, intelligimus; in cujus una parte inscriptum est: C. CÆSAR DIVI AUG. PRON. AUG. S. C. IN ALTERA COS. QUAT. PONT. M. TR. P. IV. PP. R. CC. Hoc est, *remissa ducentesima*, sive *remissio ducentesimæ*, ut in nummo Galbæ Imp. R. XL. hoc est, *remissa quadragesima*, sive *remissio quadragesimæ*. Ducentesimæ igitur vectigal, quod erat aurei semissis in centenarium, primus instituit Tiberius snblata centesima; remisit autem C. Caligula, ut scribit Suetonius cap. 16. *Ursinus.*

Centesimam rerum venalium] Nempe exigebatur centesima pars, vel valor centesimus rerum omnium quæ venderentur in urbe, Italia, et ceteris provinciis; puto tamen, excepto frumento. Quid enim accenderent annonam, quam vel gratis, vel justo pretio, populo distribuebant? *Servi* tamen *venales* longe majus vectigal pendebant, nempe *quinquagesimam*, ut vult Dio lib. LV. ad annum 760. quod et auget Taeitus usque ad *quintam et vicesimam* lib. XIII. 31. 'vectigal quoque quintæ et vicesimæ vcnalium mancipiorum remissum specie magis quam vi, &c. quinquagesimam venalium mancipiorum' instituerat Augustus; postea aliquis successorum forte auxerat usque ad *quintam et vicesimam*, quam remittit Nero emtori, in speciem tantum: nam 'eum venditor pendere juberetur, in partem pretii emtoribus accrescebat,' inquit Tacitus. Etiam jam olim ab anno urbis 397. pendebatur *vigesima* pro servis, qui manumitterentur. Certe reperio non fuisse promtiores aut paratiores opus diffieillimis Reipublicæ temporibus, quam servos, qni donati libertate et civitate, simul et legionibus aseripti sunt.

[y] *Deprecante populo*] Populo petente, seu precante, ut tali tributo leva-

‘ militare ærarium[z] eo subsidio niti: simul imparem oneri rempublicam,[a] nisi vicesimo militiæ anno veterani dimitterentur.’ Ita proximæ seditionis male consulta,[b] quibus sedecim stipendiorum[1] finem expresserant, abolita in posterum.

79. Actum deinde in Senatu[c] ab Arruntio et Ateio, an ob[1] moderandas Tiberis exundationes verterentur[2] flumina et lacus, per quos augescit; auditæque municipiorum et colo-

litare iis opibus fulciri, nec sufficere rempublicam necessitatibus, seu sumtibus, nisi veterani post viginti stipendia exauctorarentur. *Sic abrogata sunt in futurum, nuperrimæ discordiæ male sana consilia, quibus post sexdecim militiæ annos, missionem extorserant.*

Postea Arruntius et Ateius consultavere apud Patres, an ad coërcendas inundationes Tiberis derivarentur amnes et lacus, quibus acceptis exundat. Oratoresque oppidorum et coloniarum auditi sunt, rogantibus Florentinis, ne Clanis sueto

1 Mallet Freinshemius, *sextodecimo stipendio.* Vulgatam scripturam merito retinet ac defendit Ernestus.

1 Ernestus conjicit, *ad.* Utrumque Latine dicitur.—2 Heinsius tentat, *averterentur.* Eleganter, sed non necessario.

NOTÆ

retur. Edixit Tiberius eo tributo niti *ærarium militare,* ita ut neque etiam sic sufficiat, nisi miles, ut olim, post vicesimum militiæ annum dimitteretur.

[z] *Militare ærarium*] Cujus inventor Augustus. Suetonius cap. 49. ‘Utque perpetuo, ac sine ulla difficultate sumtus ad tuendos milites, prosequendosque suppeteret, ærarium militare cum vectigalibus novis instituit.’ Id factum anno 759. ex Dionis lib. LV. Zonaras Agrippæ Postumi damnati bona in ærarium militare relata ait. Propriique huic ærario Præfecti. Tacitus lib. v. de P. Vitellio: ‘Claustra ærarii cui Præfectus erat, et militarem pecuniam rebus novis obtulisse.’ Lapis in Samnio: L. NERATIO. C. F. VOL PROCULO PRÆF. ÆRARI MILITARIS. *Lipsius.*

[a] *Imparem oneri rempublicam*] Quo enim citius dimittebantur, (expresserant autem ut decimo sexto anno) eo plura, et statim repræsentanda præmia. Ideo id indultum revocatum.

[b] *Male consulta*] Sic vesana consilia quibus usi erant, seditiosi, ut finem militiæ extorquerent post sedena stipendia, in irritum abiere. Harlæus *male consulta,* refert ad eos, qui ea commoda concesserant militi turbido. Sic nempe ad Germanicum ea *male consulta* spectarent, et ad Tiberium ipsum, qui eadem concesserat Pannonicis legionibus; sed potius ea temeritas ad seditiosos referenda, qui per vim talia expresserant.

[c] *Actum deinde in senatu*] Tacitus hic et supra, duobus solummodo commissam eam curam scripsit. At Dio auctor *quinqueviros* a Tiberio constitutos, qui Tiberis inundationes arcerent verterentque, lib. LVII. actis anni 758. Cur opus fuerit nova electione, nescio, quia præfecerat pridem Augustus, Sueton. cap. 37. in monumentis frequenter, CURATOR RIPARUM ET ALVEI TIBERIS. *Lipsius.* Ideo,

niarum legationes: orantibus Florentinis,[d] 'ne Clanis,[e] solito alveo demotus, in amnem Arnum transferretur, idque[3] ipsis perniciem afferret.' Congruentia his Interamnates[f] disseruere: 'pessum ituros fœcundissimos Italiæ campos, si amnis Nar' (id enim parabatur), 'in rivos diductus, superstagnavisset.' Nec Reatini[g] silebant, Velinum lacum,[h] qua in Narem[i] effunditur, obstrui recusantes: 'quippe in adjacentia erupturum: optime rebus mortalium consuluisse

alveo derivatus transmitteretur in fluvium Arnum, idque ruinam importaret. *Consimilia his Interamnates protulere;* fertilissimos Italiæ agros perituros, si fluvius Nar divisus in rivulos (*id enim destinabatur*) superinundasset. *Nec Reatini tacebant, renuentes occludi Velinam paludem, qua in Narem erumpit:* quippe in proxima arva se effusurum. Sapientissime rebus humanis providisse naturam, quæ tribuerit amnibus sua capita, suaque fluendi spatia, utque scaturi-

3 Latinus Latinius emendat, *id quod.* Satis probabiliter; nihil tamen mutaverim. *Brotier.*

NOTÆ

puto, opus fuit nova cura, et novo decreto Patrum, quia vehementer exundabat Tiberis, quamcumque curam aut operam adhiberent illi soliti curatores riparum, quare et vi et industria, et sumtu novo et solito opus fuit, ut cohibeatur fluvius.

[d] *Orantibus Florentinis*] 'C. Cæs. et Ant. et Lepid. III. vir. colonia Florentina deducta a III. viris assignata.' *Fragm. Frontin.*

Florentinis] Florentia *Fiorenza* seu *Firenza*, Gallis *Florence;* colonia et urbs Archiepiscopalis Hetruriæ, quæ Magno Duci paret. *Arno* fluvio divisa, olim libera, ac maximæ partis Hetruriæ domina, nunc vero Reipub. formam adhuc servans; sub Magno tamen Duce ex Medicea familia. A Syllæ militibus ædificata anno post urbem conditam 645.

[e] *Clanis*] Clanis, vulgo *la Chiana*, fluvius et palus Hetruriæ ex agro Aretino in Tiberim una cum Pelia, cui commiscetur paulo supra Oropitum, infra eandem urbem influens.

[f] *Interamnates*] Sic dicti, *quia inter amnes positi.* Cic. epist. ad Atticum, lib. IV. refert aliquid simile. 'Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, ut agerem causam contra Interamnates apud consulem et decem legatos, quod lacus Velinus a M. Curio emissus, interciso monte in Narem defluit: ex quo est illa siccata et humida tamen modice Rosia.'

[g] *Reatini*] *Reate* vulgo; *Rieti* urbs antiqua Sabinorum et Aboriginum, teste Halicarn., ad fluvium Velinum.

[h] *Velinum lacum*] Velinus lacus, *Lago di pie di luco* Sabinorum in Umbriæ confinio inter *Reate* urbem Sabinam et Interamnam urbem Umbriæ, per quem Velinus fluvius labitur apud *Reate* fluens.

[i] *Narem*] Nar fluvius, vulgo, *la Nera*, fluvius Umbriæ, e montibus Amiterninis fluens, perque Velinum lacum transiens; a quo emissus, ingenti fragore (qui ad aliquot millia passuum exauditur) præcepsque descendens ad Interamnam per campos, et ad Narniam per angusta loca, in Tiberim inter Ocriculum et Hortam defertur.

naturam,[j] quæ sua ora fluminibus,[k] suos cursus, utque originem, ita fines dederit: spectandas etiam religiones sociorum, qui sacra et lucos[l] et aras patriis amnibus dicaverint: quin ipsum Tiberim nolle, prorsus accolis fluviis orbatum, minore gloria fluere.' Seu preces coloniarum, seu difficultas operum, sive superstitio valuit, ut in sententiam Pisonis[m] concederetur, qui nil mutandum censuerat.

80. Prorogatur Poppæo Sabino[n] provincia Mœsia,[o] additis Achaia ac Macedonia. Id quoque morum Tiberii[p] fuit,

ginem illis, ita et exitus definiverit. Considerandas etiam cærimonias sociorum, qui sacrificia, et templa, et altaria patriis fluminibus instituerint. Quin et ipsum Tiberim renuere prorsus minore specie et pompa decurrere, vicinis amnibus destitutum et desolatum. *Sive desideria municipiorum, sive difficultas laborum, seu religio vicit, ut in sententiam Pisonis iretur, qui nihil invertendum sentiebat.*

Poppæo Sabino prolatatur cura provinciæ Mœsiæ, adjunctis Achaia et Macedonia; id etiam ingenii fuit prorogare imperia, ac multos ad vitæ exitum usque retinere

NOTÆ

[j] *Consuluisse naturam*] Plin lib. XVII. 4. 'Omnium rerum sunt quædam in alto secreta, et suo cuique corde prævidenda. Quid quod mutantur sæpe judicata quoque ac diu comperta?' (Alii legunt, *comprehensa et diu compressa.*) 'In Thessalia circa Larissam emisso lacu frigidior facta ea regio est oleæque desierunt, quæ prius fuerant. Item vites aduri, quod non antea, Ænos sensit admoto Hebro. Et circa Philippos cultura siccata regio mutavit cœli habitum.'

[k] *Sua ora fluminibus*] Sua ostia, etsi vocabulum *ora* non nihil ambiguitatis habeat: tam enim fortasse pro scaturigine ipsa, quam pro ostiis, quibus exonerantur flumina, potest accipi.

[l] *Sacra et lucos*] Nam fluvii priscis inter Deos. Seneca epist. XLI. 'Magnorum fluminum capita veneramur; subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet. Coluntur aquarum calentium fontes, et stagna quædam vel opacitas, vel immensa altitudo sacravit.'

[m] *Ut in sententiam Pisonis*] Ita omissa nunc res. Nerva tamen postea, sive Trajanus, ad arcendos fatales hujus fluvii, et non sine omine auctus, fossam duxit: de qua Plinius sensit lib. VIII. epist. 'Tiberis alveum excessit, et quanquam fossa, quam providentissimus Imperator fecit, exhaustus, premit valles, innatat campis, quaque planum solum pro solo cernitur.' Legerim, *quaque planum, solus pro solo cernitur.* Lipsius.

[n] *Poppæo Sabino*] Qui fuit avus Poppææ pulcherrimæ mulieris quæ nupsit Othoni, deinde Neroni: triumphalia insignia obtinuit Sabinus sub Tiberio.

[o] *Mœsia*] Provincia vel pars Illyrici Orientis; hodie partes provinciarum *Dalmatiæ*, *Albaniæ*, *Serviæ*, et *Bulgariæ*, sub Turcico imperio, Europæo ut plurimum. *Tillemonius.*

[p] *Id quoque morum Tiberii fuit*] Josephus de eo l. XVIII. antiquit. 'Natura sua cunctator Tiberius, si quis regum aut tyrannorum, neque enim unquam legatis, ducibus, aut procuratoribus semel constitutis ultro misit successores, nisi ipsi prius defuncti seu extincti essent.' Alii putant 'per-

continuare imperia, ac plerosque ad finem vitæ in iisdem exercitibus aut jurisdictionibus[q] habere. Causæ variæ traduntur:[r] alii ‘ tædio novæ curæ semel placita pro æternis servavisse;’ quidam ‘ invidia, ne plures fruerentur.’ Sunt qui existiment, ut callidum ejus ingenium, ita anxium judicium: neque enim eminentes virtutes sectabatur, et rursum vitia oderat: ex optimis periculum sibi, a pessimis dedecus publicum metuebat: qua hæsitatione postremo eo provectus est, ut mandaverit quibusdam[s] provincias, quos egredi urbe[t] non erat passurus.

in iisdem castris aut procurationibus. Diversæ rationes afferuntur; alii dicunt, anxietate novæ curæ semel constituta retinuisse, quasi perpetua; *nonnulli,* livore et æmulatione: ne plures *rebus* potirentur. *Sunt qui credant, ut subtilis ejus mens* fuerit, *ita solicitum et ambiguum judicium. Neque enim excellentes virtutes quærebat, et rursum flagitia aversabatur. Ex præstantissimis formidabat discrimen sibi, a deterrimis probrum publicum, qua cunctatione et ambiguitate animi, tandem eo processit, ut nonnullis provincias regendas daret, quos exire urbe non permissurus erat.*

NOTÆ

petuo retinuisse, quos semel probavisset, ne iterum novi examinis molestiam subiret.’ Alii dicunt id fecisse ‘ invidia, ne ad multos ii honores eaque commoda pervenirent.’ Teste Josepho in XXII. ann. quibus imperavit, duos tantum præsides misit in Judæam, *Gratum* et *Pilatum*. Nec solum in imperiis militaribus, et administrationibus proviuciarum, id moris Tiberio, sed et in privatis rebus. Infra Tac. l. IV. ‘ Res suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis, ex fama mandabat, semelque sumti tenebantur, prorsus sine modo, cum plerique iisdem negotiis insenescerent.’

[q] *Aut jurisdictionibus*] Provincias inermes sic appellat, a præcipuo in iis præsidum munere, quod sola fere jurisdictione implebatur.

[r] *Causæ variæ traduntur*] Præter causas a Tacito traditas, aliam offert Joseph. antiq. Jud. XVIII. 8.: scilicet, ut subjectis parceret. Nam lucris exsatiati segniores fiunt ad rapiendum. Idcoque Civilis, dux Batavorum, injurias Romanorum enumerans, ‘ tradi se,’ ait, ‘ præfectis centurionibusque, quos ubi spoliis et sanguine expleverint, mutari exquirique novos sinus et varia prædandi vocabula:’ infra l. IV. Hist.

[s] *Ut mandaverit quibusdam*] Inter hos Ælius Lamia, de quo l. VI. ‘ Administrandæ Syriæ imagine tandem exsolutus: urbi præfuerat. Genus illi decorum, vivida senectus, et non permissa provincia dignationem addiderat.’ Et paulo post de Arruntio: ‘ oblitus, Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decimum jam annum attinere.’

[t] *Quos egredi urbe*] Suet. Tib. 63. ‘ Unum et alterum consulares oblatis proviuciis, non ausus a se dimittere, usque adeo detinuit, donec successores, post aliquot annos, præsentibus daret: cum iuterim manente officii titulo etiam delegaret plurima, assidueque illi per legatos et adjutores suos exequenda curarent.’ Tacitus l. XIII. de Nerone. ‘ Syria P. Anteio destinata, et variis mox artibus elu-

81. De comitiis[u] consularibus, quæ tum primum,[v] illo

Vix quicquam certi *tradere ausim de comitiis consularibus, quæ initio illius prin-*

NOTÆ

sus, ad postremum in urbe retentus est.' Sic et post victoriam se gessit Vitellius erga Cluvium Rufum, qui Hispaniæ præerat, Tac. Hist. l. II. 'Rufus Vitellium haud procul Lugduno assecutus est, et comitatui principis adjectus, non ademta Hispania, quam rexit absens, exemplo L. Arruntii; eum Tiberius Cæsar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine retinebat.'

[u] *De comitiis*] Julius Cæsar jus creandi magistratus non totum a populo tulit, cruda adhuc servitute: sed cum eo divisit. Suetonius satis clare, c. XLI. 'Comitia cum populo partitus est, ut exceptis consulatus competitoribus, de cetero numero condidatorum, pro parte dimidia quos populus vellet, pronuntiarentur:' (justum Comitiorum verbum esset, *renuntiarentur*) 'pro parte altera, quos ips dedisset' (scribe, *edidisset*). 'Et edebat per libellos circum tribus missos scriptura brevi, Cæsar dictator illi tribui. Commendo vobis illum et illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant.' Ubi vides, consulibus exceptis, in ceterorum suffragia æquale jus principi fuisse cum plebe; nam *consules* quidem, summi imperii olim nomen, et ipse et secuti principes seposuerunt senatui sibique.

Augustus deinde 'Comitiorum pristinum jus' (verba Suetonii sunt c. XL.) 'reduxit: ac multiplici pœna coërcito ambitu, die comitiorum tribulibus suis,' &c. Quo loco pristinum jus, non vetus illud accipio, quod integra libertate; sed hoc idem, quod a patre ejus Julio institutum. Pristinum tamen ideo, quia per bella, et impotentem Triumviratum, abolitus Cæsarianus mos, quem reduxit longo intervallo nunc Augustus. Eum Suetonii sensum (nam interpretes silent aut vacillant) astruo ex Dione l. LIII. 'Populus autem ad comitia iterum conveniebat: etsi nihil tamen fiebat, quod Augusto displiceret. Nam et ipse quosdam futuros magistratus designabat, alios populo et conventui, ex more prisco eligendos permittens; id modo curabat, ne qui indigni, neve per coitiones aut ambitum designarentur.'

Aliquid tamen plebi etiam cum Consulum comitiis fuisse, videtur colligi ex Dione l. LIV. in actis anni DCC.XXXIV. Tiberius primus, animis Quiritum fractis jam et ad servitium factis, jus omne sibi et Senatui sumsit, populi nullo loco. Quod Tacitus his verbis voluit, 'Comitia e campo ad Patres translata.' Sed in consulibus quid Tiberii ævo fuerit, Tacitus ipse effari non potest fine hujus libri: 'de comitiis consularibus, quæ tum primum illo principe ac deinceps fuere, vix quicquam firmare ausim, adeo diversa non modo apud auctores, sed in ipsius orationibus reperiuntur.' Potest Dio, qui videtur omnem Consulum renuntiationem ad Tiberium referre: aliorum magistratuum ad Senatum, commendatione principis interposita, quem l. LVIII. vide. Ex eo tempore expers suffragiorum populus, donec Caius 'tentavit, comitiorum more revocato, suffragia populo reddere,' ait Sueton. c. 16. scilicet Tiberii instituto omisso, Augusti revocato: sed idem ille omisit; Tiberianumque morem, apud secutos principes valuisse deinceps, clarum ex memoriis rerum.

principe, ac deinceps fuere, vix quicquam firmare ausim: adeo diversa non modo apud auctores, sed in ipsius orationibus[w] reperiuntur. Modo, subtractis candidatorum[x] nominibus, originem cujusque et vitam et stipendia descripsit, ut, qui forent, intelligeretur: aliquando, ea quoque significatione subtracta, candidatos hortatus, ne ambitu comitia turbarent, suam ad id curam pollicitus est: plerumque ' eos

cipatus, ac postea illo ipso dominante, fuerunt: adeo diversa inveniuntur, non solum apud scriptores, sed etiam in orationibus ipsius Tiberii. *Interdum omissis vocabulis candidatorum, stirpem cujusque, et mores, et militiam ita exposuit, ut qui essent, agnosceretur: interdum ea etiam indicatione sublata, cum candidatos monuisset, ne per ambitum comitia interpellarent, suum ad id* obtinendum *officium promisit;*

NOTÆ

De comitiis consularibus] Diversa, Tiberio principe, ratio consularium comitiorum: nam et Consules solus facere et speciem apud Senatum relinquere volebat. Ideoque nec redegit ad certum ordinem, et varie semper in Senatu de ea re disseruit: quadam fortasse verecundia, quod Augustus comitia ea cum Senatu participaverit. Apparet utrumque, candidatorum, quos probaverat, nomina edidisse Consulibus, qui ea per Senatum divulgarent, nulla principis commendatione apposita, nulla permissa facultate dissuadendi aut repellendi. Inane itaque suffragii nomen Senatui relictum. Idque obtinuit apud sequentes principes.

[v] *Quæ tum primum*] Nempe initio imperii illius, et postea durante eodem imperio; ibi enim tantum de Tiberio principe agitur: intellige quasi scripsisset, *tum primum Tiberio principe, ac deinceps Tiberio imperante.*

[w] *Orationibus*] Quas vel pronuntiabat ipse, cum celebraret comitia Consulum, vel quas legebat per se, aut per Quæstorem suum, aut per Consules, formatas tamen proprio ingenio; quippe eloquentia præcellebat Tiberius.

[x] *Modo, subtractis candidatorum*] Totus hic locus, quo de comitiis consularibus agitur, qualia sub Tiberio fuere, non satis ab eruditis viris explicatus; neque forsan præsertim ista: *aliquando ea significatione subtracta.* Si enim Tiberius aliquando neque significatione neque nominatione produxit candidatos consulatus apud se professos, quomodo in his comitiis se gessit? quomodo tamen gratos addictosque sibi promovit ad consulatum? neque enim alia via esse videtur quam ista, vel significandi, vel nominandi. Immo tertia jam superest, illa privatim, nimirum, quosdam ils commendandi, qui in consularibus istis comitiis ferendæ sententiæ jus habebant. Hoc est illud, ad quod curam suam aliquando candidatis pollicitus est, et obtulit Cæsar. Commendatio ista privata tanti principis, imperii ineluctabilis erat loco: sic fracta vis libertatis. Interim qui sibi a principe commendatos in comitiis consularibus laudabant, non tam ex principis arbitrio quam suo, dicere sententiam videbantur. Quin vero et ipsi quoque suam a commendante principe etiamnum agnosci auctoritatem sibi persuadebant. Sic superfuit species libertatis. Vides hic quoque, ut in significatione et nominatione, ea fuisse,

tantum apud se professos,'[y] disseruit, 'quorum nomina Consulibus edidisset: posse et alios profiteri,[z] si gratiæ aut meritis confiderent:' speciosa verbis, re inania, aut subdola;[a] quantoque majore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infensius servitium.

et sæpe etiam dixit, eos tantummodo nomen dedisse, quorum vocabula consulibus dedisset; posse et alios dare nomen suum, si favori Patrum, aut virtutibus suis confiderent. *Quæ pulchra dictu in speciem, re ipsa vana, aut fallacia; et quo majori specie libertatis occultabantur, eo graviorem in servitutem exitura erant.*

NOTÆ

qnibus Tacitus hæc concludit: 'speciosa verbis, re inania aut subdola.' Aliena neque ex mente auctoris disserunt, qui hæc aliter interpretantur. *Boxhornius.*

[y] *Apud se professos*] Nam debuerunt candidati consulatus profiteri apud principem, id est, nomina sua dare, et forte simul merita commemorare, vel per se vel per amicos, quibus niterentur in petitione consularis dignitatis; nec enim ignotis, aut non petentibus datus esset consulatus; et forte ii tantum professi erant, quos Tiberius edebat consulibus. Quis enim profiteatur, nisi quem admiscrit Sejanus et obtulerit Tiberio? quis audeat, nisi quem Tiberius commendaret eveheretque?

[z] *Posse et alios profiteri*] Nam nisi nomen acciperetur, et si abesset candidatus, ratio illius non habebatur; sic exprimit Livius: 'pars Tribunorum plebis negare rationem ejus habendam esse.' Qui comitia habebat, eorum quorum ratio habebatur, quibusque petere licebat, nomen accipiebat, et de eorum nomine tribus vel centurias in suffragium mittebat. Livius ibid. 'L. Porcius Cons. in ea sententia esse, ne nomen ejus acciperet.' *Turnebus.*

[a] *Subdola*] Ea, re ipsa, partim *inania* erant, partim *subdola;* cum princeps aut pro arbitrio suo nominaret, quos creari consules vellet, aut aliis machinationibus, vota eorum, quibus non cupiebat, eluderet.

C. CORNELII TACITI

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER SECUNDUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Initia belli Parthici, Phraates, Vononis pater. 2. Vonones popularibus invisus. 3. Ab Artabano pulsus, ad Armenios profugus. 4. In Armenia mutatio regum. 5. Germanicus invidia Tiberii revocatus, Germanos confestim aggredi parat. 6. Classis ejus. Rhenus. 7. Irruptio in Cattos. Ara Drusi restituta. 8. Fossa Drusiana Amisia. In rebelles Angrivarios animadversum. 9. Arminii cum fratre colloquium: 10. inde ira et jurgium. 11. Visurgim transeunt Romani. Batavorum discrimen. Cariovalda cæsus. 12. Germanicus militum animos explorat. 13. Transfugis præmium pronuntiatum a Germanis, mox castris Rom. assultatum. 14. Germanici somnium. Ejusque 15. et Arminii orationes ad suos. 16. Locus pugnæ, campus Idistavisus. Acierum instructio. 17. Faustum augurium. Fuga Germanorum et clades. 18. Tropæum positum. 19. Quo dedecore accensi gens bellum resumit. 20. Acriter pugnatum. 21. Vincunt tandem Romani, quanquam ambiguo equitum prælio. 22. Monumentum et titulus rerum magnificus. 23. Milites classe revecti. 24. Ex tempestate calamitas et pæne exitium. Recollecti naufragi.

25. Hac fortuna erectos denuo Germanos aggreditur Germanicus cæditque, simul aquilam Varianam recipit. 26. Tum rebus infectis avocatur a Tiberio. 27. Libo Drusus ab amico delatus. 28. Accusatus in Senatu, 29. cum patronos non reperiret, 30. nec tam sceleris quam vecordiæ convinci posset, novo jure servos torqueri in suum caput vidit. 31. Jam frustra orato principe, Libo se ipse confecit. 32. In defunctum sententiæ Senatorum. Astrologi et magi ex Italia pulsi. 33. Luxus publicus leviter coërcitus, quem defendit Asinius. 34. Pisonis libertas, Urgulaniæ potentia. 35. De rebus proferendis certamen in Senatu. 36. Asinii sententia de Comitiis, a Tiberio rejecta. 37. Hortali, levamentum inopiæ suæ poscentis, orationem 38. aspere excipit Tiberius; tamen liberis ejus nonnihil largitur. 39. Clementis servi facinus. Is Postumum Agrippam se mentitus, principi curam injicit, sed 40. Sallustii Crispi dolo captus, occiditur. 41. Romæ dedicantur nova opera.

Anno proximo triumphat Germanicus. 42. Archelaus rex Cappadocum in Urbem accitus, perit. 43. Oriens turbatus committitur Germanico; Pisoni, feroci homini, Syria. 44. Drusus in Illyricum missus, Suevis contra Cheruscos auxilium petentibus. 45. Ita inter se discordes Germani accinguntur ad pugnam. Arminii ad suos oratio: 46. Marobodui item ad suos. Atrox prælium. Maroboduus pro victo. 47. Terræ motus in Asia. Eo afflictos sublevat Tiberius; 48. in alios non minus liberalis. 49. Templa quædam dedicata. 50. Varilia majestatis postulata. 51. De Prætore substituendo contentio. 52. Tacfarinatem et Mazippam bellum in Africa moventes fundit Camillus. Triumphalia ei decreta.

53. Germanici varia itinera. 54. Consulit in reditu Clarium Apollinem. Oraculi ratio. 55. Piso et uxor Plancia Germanicum insectantur; etiam castra corrumpunt. 56. Germanicus Armeniæ regem, Cappadociæ et Commagenæ legatos imponit. 57. Pisonis insolentia in congressu, consilio, conviviis. 58. Vonones Syria demotus.

59. Germanicus Ægyptum petit, improbante Tiberio. 60. Canopus. Thebæ priscæ. 61. Statua Memnonis. Pyramides et alia. 62. Germanorum discordia, astu Drusi. 63. Maroboduus, vi Catualdæ pulsus, confugit ad Romanos. Eadem mox fortuna Catualdæ. 64. Rhescuporis, Cotye fratris filio oppresso, Romanam divisionem egressus, illius partem appetit; 65. ipsoque per fraudem comprehenso, universam Thraciam occupat. 66. Hinc vocatus ad causam dicendam Cotyn occidit. 67. Romam perductus et damnatus. 68. Vonones fugam tentat; at deprehensus confoditur. 69. Germanicus ægrotat, scelere, ut creditur, Pisonis, 70. cui amicitiam renuntiat veteri more. 71. Mandata familiaribus ultione, 72. datisque conjugi monitis, moritur. 73. Alexandro M. comparatus et prælatus. 74. Sentius Syriæ præficitur. 75. Agrippina properat in Urbem. 76. Pisoni, Germanici casu exultanti, reditum in Syriam dissuadet filius; 77. suadet contra Domitius Celer; 78. ac persuadet. 79. Piso vim parans in successorem Sentium, obviam fit Agrippinæ: 80. castellum occupat: aciem struit: sed pellitur a Sentio: 81. tandem tutum ei iter Romam conceditur. 82. Ibi magna ob necem Germanici ira et luctus. 83. Honores viro decreti. 84. Livia Druso gemellos parit. 85. Scita in libidinem mulierum. Pulsa sacra Ægyptia et Judaica. 86. Capta Vestalis. 87. Frumento pretium constitutum. Novos honores aversatur Tiberius. 88. Arminii cædes et præconium.

Hæc gesta annis quatuor,

Coss. T. Statilio Sisenna Tauro, et L. Scribonio Libone. C. Cælio Rufo, et L. Pomponio Flacco. Tiberio Cæsare Aug. iii. et Germanico Cæsare ii. M. Junio Silano, et C. Norbano Flacco.

SISENNA Statilio Tauro, L. Libone Coss.[a] mota Orientis regna[b] provinciæque Romanæ,[c] initio apud Parthos[d] orto: qui petitum Roma acceptumque regem, quamvis gentis Arsacidarum,[e] ut externum aspernabantur. Is fuit Vonones,

Sisenna Statilio Tauro, L. Libone Consulibus, Orientis imperia bello turbata sunt, simul et provinciæ Romanæ, motu cœpto apud Parthos, qui postulatum ex urbe assumtumque principem, quanquam ex familia Arsacidarum, spernebant, tan-

NOTÆ

[a] *Sisenna Statilio Tauro, L. Libone Coss.*] Eorum integra nomina hæc sunt: *T. Statilius T. F. Sisenna Taurus. L. Scribonius L. F. Libo.* Utriusque pater consul fuerat triumviratus tempore; Statilius quidem cum Agrippa, suffectus in locum L. Caninii; Libo autem cum M. Antonio II. consule. *Muretus.*

[b] *Orientis regna*] Id est, regna Parthorum, Medorum, Armeniorum, et vicina.

[c] *Provinciæque Romanæ*] Armenia, Syria, Cappadocia, ceteraque vicinæ Parthis provinciæ.

[d] *Apud Parthos*] Parthia tribus modis est consideranda; primo, *Persarum* sive *Parthorum Imperium*, regio est Asiæ ad Oceanum Indicum, hodie *Persia*, regnum sub rege Persiæ, et *Diarbeck* regio late sumta in Turcico imperio Asiatico, majorque pars regionis *Mauvaralnhara*, in magna Tartaria, nec non pars imperii *Mogolis* ad Occidentem æstivum in India. Secundo modo, *Parthia* regio est imperii Parthorum, &c. ad Septentrionem, et ad mare Caspium, hodie *Tabristan* provincia integra, et partes Provinciarum *Erakatzem*, et *Chorasan* in regno Persiæ hodierno; nec non pars regionis *Mauvaralnharæ* in Tartaria magna. Tertio denique modo, *Parthia* proprie dicta, Regnum est vel Provincia imperii Parthorum, &c. hodie partes Provinciarum *Erakatzem*, *Tabristan*, et *Chorasan* in Persia, ex chartis et tabulis Sansonis, &c. *Tillemonius.*

[e] *Arsacidarum*] Sic vocabant omnes Principes stirpis regiæ Parthorum, ab Arsace fundatore et auctore regni et familiæ, ita tamen ut distinguere vellem inter *Arsacem* et *Arsacidam.* Nam Principes etiam natu minores istius gentis regiæ vocabantur *Arsacidæ:* sed natu major, vel qui regnum adipiscebatur, vocabatur *Arsaces*, proprio nomine conditoris; et licet frater regis adipisceretur regnum, vel Hircanorum, Medorum, vel Armeniorum (nam illas coronas fratribus donabat rex regum Arsaces), non tamen, ut puto, nomen Arsacis usurpabat. Teste igitur Trogo, hunc honorem tribuebant Parthi memoriæ sui conditoris, 'ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncuparent.' Sic Strabo l. XV. Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ παρὰ τοῖς Παρθυαίοις· Ἀρσάκαι καλοῦνται πάντες. ἰδίᾳ δὲ ὁ μὲν Ὀρώδης, ὁ δὲ Φραάτης, ὁ δὲ ἄλλο τι: *Simile quid apud Parthos: omnes enim vocantur Arsaces, privatim vero, hic Orodes, ille Phraates, aut aliquid aliud.* Ita ut *Arsaces* sit nomen genericum quod omnes reges sibi vindicant; ut imperatores Turcarum vocautur omnes *Othomanni*, nomine conditoris; sicut omnes imperatores Romani vocantur *Cæsares* et *Augusti*; et est veluti nomen dignitatis et majestatis, quod

obses Augusto datus a Phraate. Nam Phraates, quanquam depulisset[f] exercitus ducesque Romanos, cuncta venerantium officia[g] ad Augustum verterat, partemque prolis[h] firmandæ amicitiæ miserat; haud perinde nostri metu,[i] quam fidei popularium[j] diffisus.

quam extraneum. Ille fuit Vonones, quem Phraates obsidem tradiderat Augusto. Quippe Phraates, quamvis dejecisset legiones imperatoresque Romanos, omnibus tamen *reverentium officiis Augustum coluerat, miseratque illi partem liberorum amicitiæ conciliandæ* gratia; *non tam quia nos formidaret, quam quia fidelitatem Parthorum suspectabat.*

NOTÆ

proprio et privato nomini honoris causa superadditur. Sunt quædam nomina sic veneranda et sacra cuilibet genti et nationi; ita Paphlagoniæ reges *Pylæmenes* vocabantur, reges Cappadociæ *Ariarates*, reges Thraciæ *Cotys*, reges Macedoniæ *Philippi;* sic Ægyptii reges appellati *Pharaones*, dein *Ptolomæi;* reges Arabum *Aretæ;* sic et apud ceteras gentes.

[f] *Phraates, quanquam depulisset*] Phraates cum M. Antonio conflixerat, eumque Præasporum obsidione solvere coëgerat: sed tamen audita Augusti clementia et æquitate, reddiderat ei Armeniam, et signa militaria quæ Crasso et Antonio ademta fuerant, et filios, uxores, nepotesque ei obsides firmandæ pacis causa dederat. Strabo ad finem l. VI. Hac de re ita Horatius in Epist. 'Jus imperiumque Phraates Cæsaris accepit genibus minor.' Et Suetonius: 'Parthi quoque et Armeniam vindicanti facile cesserunt et signa militaria, quæ M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesque insuper obtulerunt.'

[g] *Cuncta venerantium officia*] Phraates venerabatur Augustum, non quasi principem suum, aut qui potentiam ullam haberet in Parthos, aut provincias Parthorum, sed ut princeps externum colit principem optimum, amplissimæque fortunæ et virtutis. Venerabatur principem Romanum ille, quia Parthis suis diffidebat, ut qui leves et ingenio mutabiles essent.

[h] *Partemque prolis*] Etiam sobolis partem pro pignore amicitiæ Romanæ ad eum miserat, non tam Romanæ potentiæ metu, quam ut subditis suis, si fidem mutare vellent, amota regia prole, materiam res novandi præcideret.

Partemque prolis] Quatuor filios, si Straboni credimus, et eorum uxores duas, cum filiis item quatuor, misit Romam. Verba ejus sententiaque gemina sunt huic loco l. XVI. 'Phraates vocato ad colloquium Titio, qui tunc Syriæ præerat, quatuor legitimos filios ei tradidit obsides, Saraspadem, et Cerospadem, et Phraatem, et Vononem, et uxores horum duas, et quatuor liberos, veritus domesticas seditiones et insidias.'

[i] *Nostri metu*] Non hic rationem reddit Tacitus, cur Phraates partem prolis Romam miserit, quod tamen velle video viros eruditos. Id enim factum est, quod jam dixit, 'firmandæ amicitiæ causa.' Nam liberi non tantum maxima conjugii pignora sunt domi, sed fidei etiam inter externos. Causam igitur hic dat, cur Phraates, victor, post depulsos exercitus ducesque Romanos, quod alias absurdum videri possit, tanquam minor, et quasi

2. Post finem Phraatis et sequentium regum,[k] ob internas

Post mortem Phraatis et regum qui successere, ob domesticas neces Romam missi

NOTÆ

ipse victus, cuncta venerantium officia verterit ad Augustum. Nempe quia fidei levium et facile ac libenter principes suos mutantium populorum diffidebat. Quippe qui domi validis munimentis non insistit, foris societate potentiorum confirmare sese necesse habet. Sic enim suos facilius in officio continet domi; quod hic inprimis habet locum. Alias et illa ratio est, cur victores nonnunquam cuncta venerantium officia vertant in victos, quod non sit diu cum illis bellum gerendum, qui diutius perire possunt, quam nos vincere.

Immo utriusque facti hæc ratio est: nam τὸ *firmandæ amicitiæ*, nil nisi prætextum significat. Imperaturum Parthis oportebat esse *Arsacidem*, quem gravem facile destituebant, si copiam alterius haberent eadem stirpe prognati: sin, spes erat minus ausuros cum deesset, quem subornarent adversus præsentem, cujusque auctoritatem sequerentur. Sic Ptolemæus Physcon arcessitum maximum a Cyrenis filium Memphitem, ne eum Alexandrini contra se regem crearent, interfecit: hoc spectavit et Nero in Britannico tollendo: 'tanto magis fovendum patribus populoque principem, qui unus superesset e familia, summum ad fastigium genita.' Ann. XIII. 17. Hic ipse Phraates, cum infestos sibi optimates propter assidua scelera videret; ne esset, qui rex nominari posset, adultum filium interfici jussit, teste Trogo. Eandem ob causam hos amandavit. Nam quod Josephus narrat, etiam verum censeo. Phraates metuebat exemplum suum: cum metum intendit mulier, quasi et ipsa pro marito timens, cum revera filio locum ad successionem pararet, species assumta, ut 'firmandæ amicitiæ' obsides essent. *Gronov.*

[j] *Fidei popularium*] Eadem causa in Strabone: nec injuria etiam liberis suis diffisus, ne suo exemplo se tollerent. Ipse enim Orodem patrem sustulerat, itemque fratres viginti novem. Josephus missionem hanc obsidum ad Thermusæ uxoris artes refert, ut illis absentibus filio suo Phraataci regnum conficeret, quod evenit. *Lipsius.*

Quam fidei popularium diffisus] Dat obsides Augusto, quibus datis firmet amicitiam cum Romanis, non tam illorum metu, quam suspicione in Parthos; non tam consulit stirpi suæ, quam sibi, cum sic eos deponit apud Augustum; non quod timeret proli suæ, et ne se et filios interficerent inimici: immo verebatur ne Parthi semper mobiles aliquem ex filiis in suum locum sufficerent, quia sceleribus opertus, timebat ne in se uterentur suo exemplo, vel filii, vel primores; Orodem enim patrem sustulerat, et viginti novem fratres. Sustulit ipse et filium adultum, ne superesset quem regem crearent Parthi; eadem de causa tot filios et uxores Romam amandavit, quod etiam, teste Josepho, artibus Thermusæ uxoris tribuendum, quæ in speciem et quasi viro timeret, hos omnes relegavit, prætextu 'firmandæ amicitiæ,' sed revera ut filio suo regnum, illis amotis, parare posset: nec mulierem dolus fefellit. *Joseph.* XVIII. 3.

[k] *Post finem Phraatis et sequentium regum*] Duo reges sequentes Phraatem, sunt *Phraataces* et *Orodes*. Primus quem ex historia noverimus, est Orodes qui vicit Crassum; cujus filius Pacorus fuit a P. Ventidio victus et occisus. Alter filius fuit secundus Phraates; cum eo M. Antonius bel-

cædes[l] venere in Urbem legati a primoribus Parthis, qui Vononem, vetustissimum liberorum[m] ejus, accirent. Magnificum id sibi credidit Cæsar, auxitque opibus:[n] et accepere barbari lætantes, ut ferme ad nova imperia. Mox subit

sunt oratores a proceribus Parthis, qui accerserent Vononem natu maximum filiorum illius. Id sibi gloriosum putavit Tiberius, copiisque instruxit, illumque assumsere Parthi gaudentes, ut fere fit, cum ineuntur nova regna. Dein incessit pudor,

NOTÆ

lum gessit; hic fuit pulsus a Tiridate, dein restitutus. Phraates habuit quatuor filios legitimos, nempe Saraspadem, Cerospadem, Phraatem, Vononem, qui Romæ obsides. Unus fuit spurius, natus ex concubina Romana muliere nomine Thermusa, quam ipsi dono dederat Augustus. Nomen tamen Thermusa Græculam aliquam redolet, quæ ob eximiam speciem et artes istius nationis ipsi haud dubie data est.

[l] *Ob internas cædes*] Domesticas, civiles, sicut 'interna certamina' II. 54. Non clandestina, ut quidam accipiunt, sed intestina. *Freinshemius.* Phraates ejus nominis tertius, rex Parthorum duodecimus, cum a patre regni successor destinatus esset, ne quid sibi a competitoribus molestiæ exhiberetur, triginta fratres interfecit: deinde patrem id indigne ferentem, prius veneno tentatum, cum id parum successisset, strangulavit. Hic inter ceteras uxores (quas Parthi multas habere solent, quasi in una parum incommodi esse soleat) habuit et Thermusam ancillam, Italici generis, ad se ab Augusto missam: cujus blanditiis delinitus, Phraatacem filium, quem ex ea susceperat, successorem regni nominavit. Non degeneravit a paterna virtute filius: sed communicato cum matre consilio (quam officiosus adolescens, non pro matre tantum, sed pro pellice habebat) ne paternam mortem, quod improborum filiorum est, expectare diceretur, patrem interfecit. Ipse postea concitato omnium in se odio, per tumultum occiditur. Successit ei Orodes: quo et ipso propter barbaram et ferinam crudelitatem inter epulas a suis occiso, missus est petentibus Parthis a Tiberio hic, de quo nunc acturi sumus, Vonones. *Muretus.*

[m] *Vetustissimum liberorum*] Atqui in Strabone l. XVI. quartus ordine, minimusque ponitur. Nempe per *liberos* hic non intelligendi filii tantum, sed et nepotes simul, adeoque tota ejus progenies, ex qua natu maximus hic Vonones, quo tempore legatio ista Romam missa est. *Freinshemius.*

Vetustissimum liberorum] Sed quartus ordine refertur a Strabone, et sic videtur minimus. Erat haud dubie tunc maximus natu, cum legatio illa Romam venit; alii tum forsan interierant, et revera mortui sunt Romæ, non dicam quando. Patet ex inscriptione lapidis veteris, altero solo et cœlo, alioquc, ut ait Tacitus, in *orbe*, non mediocriter periclitabatur regiæ prolis salus, sed quia plures numero erant illi filii, haud ita pretiosa videbatur. Lapis vetus Romæ sic habuit:

SERASPADANES. PHRAATIS.
ARSACIS. REGUM REGIS F.
PARTHUS.
RHODASPES. PHRAATIS
ARSACIS REGUM REGIS
PARTHUS.

[n] *Auxitque opibus*] Comitatu, pecunia, et alia pompa instruxit, regium in morem.

pudor, 'degeneravisse Parthos: petitum alio ex orbe[o] regem, hostium artibus infectum: jam inter provincias Romanas[p] solium Arsacidarum[q] haberi, darique. Ubi illam gloriam trucidantium Crassum, exturbantium Antonium; si mancipium[r] Cæsaris, tot per annos servitutem perpessum, Parthis imperitet?' Accendebat dedignantes et ipse, diversus a majorum institutis; raro venatu,[s] segni equorum cura;[t] quotiens per urbes incederet, lecticæ gestamine,[u]

priscam gloriam amisisse Parthos, accitum ex aliis terris principem: hostium moribus et disciplinis inquinatum: jam inter provincias Romanas censeri, donarique Arsacidarum imperium. Ubi decus illud occidentium Crassum, depellentium Antonium, si servus Cæsaris per tot annos servitutem passus Parthis dominetur? *Incitabat aspernantes et ipse, a majorum moribus alienus, infrequenti venatione, inerti studio equorum: quoties per civitates iter faceret, lectica delatus, et præ superbia adversus popularium convivia sperneus. Etiam et*

NOTÆ

[o] *Alio ex orbe*] Universus enim terrarum orbis in Romanos et in Parthos divisus videbatur.

[p] *Inter provincias Romanas*] Eo jam recidisse, ut regnum Parthorum velut inter provincias Romanas haberetur, Cæsarisque beneficium esset. 'Quo nobis,' aiebant, 'majorum nostrorum gloria, qui potentissimos Romanorum duces Crassum et Antonium, alterum occiderunt, alterum regni finibus expulerunt?'

[q] *Solium Arsacidarum*] Quod et sæpius est factum: eoque velut de more scribit Hegesippus, in oratione Agrippæ regis: 'Persarum superba audimus imperia: sed eorum quoque obsides vidimus; et cum ipsi pluribus nationibus imperent, offerunt liberos suos, et nobilitatem suam. Servire Romanis gaudent pro fide pacis, simul ut serviendo discant suis imperare. Offerunt vestes, monilia, elephantos, quodque Romanis unum tributum, reges imponere.'

[r] *Si mancipium*] Τὴν δμηρείαν ἀντὶ δουλείας ὀνομάζοντες: *Obsides pro servis appellantes.* Josephus.

[s] *Raro venatu, segni equorum cura*] Quæ tamen unica studia procerum regisque. Xenophon l. VIII. Pædias: *Milites exercitii gratia ad venationem eduxit, quos ad eam idoneos rebatur: hanc existimans et universe optimam exercitationem ad militiam esse, et maxime ad equestrem. Itaque et nunc Rex Persarum, atque alii circa Regem, assidui sunt in venatu.*

Raro venatu] Cum Parthi prope assidui in venatione esse soleant, neque aliis fere carnibus vescantur, quam ferarum, quas venando ceperunt. Suetonius in Caligula narrat ob mortem Germanici, '*Regem regum*, et exercitatione venandi et convictu Megistanum abstinuisse:' idque 'apud Parthos justitii instar' esse. Darius epitaphio inscribi mandavit Κυνηγῶν ἐκράτουν. Strabo l. XV. Et noster de Bardane: 'Parthi incautum venationique intentum interfecere.'

[t] *Segni equorum cura*] Cum ipsi plurimum equitatu valeant, et in equis curandis studium omne consumant. ἐπιχώριον ἦν αὐτοῖς μὴ ὁρᾶσθαι πεζῇ πορευομένοις. Xenophon l. VIII. Cyripædias. Justin. 41. 'Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis convivia, illis publica et privata officia obeunt: super illos ire, consistere,

fastuque erga patrias epulas. Irridebantur et Græci comites,[v] ac vilissima utensilium annulo clausa:[w] sed promti aditus,[x] obvia comitas, ignotæ Parthis virtutes,[y] nova

ludibrio erant familiares Græculi, ac tenuissima cibariorum supellectiliumque sigillo obsignata, sed facilis accessus, promta civilitas, quia *incognitæ Parthis vir-*

NOTÆ

mercari, colloqui. Hoc denique discriminis inter servos liberosque est, quod servi pedibus, liberi non nisi equis iucedunt.' Dio l. XL. ait, Parthorum regionem alendis equis singularem, quia plana et ad equitandum commoda; additque eos equorum armenta tota secum solere ducere in expeditionem.

[u] *Lecticæ gestamine*] Quod ipsis molle et muliebre, ut est, videbatur.

[v] *Græci comites*] Hoc comitatu omnes Romani cincti erant, quippe doctorum, eloquentium, et in Philosophia ut plurimum versatorum. Cicero pro Milone: 'Græci comites, quocumque ibat.' Tacitus Ann. IV. 'Reliqui liberalibus studiis præditi, ferme Græci, quorum sermonibus levaretur.' Ubi de sccessu Capreārum.

[w] *Annulo clausa*] Signatorium annulum intelligit, sive ut alii appellant, sigillaricium, qui habeat χαρακτῆρα· de quo Vopiscus in Aureliano: 'Uxori et filiæ annulum sigillaricium quasi privatus instituit.' Moris autem Romani fuit, ut domi supellex penusque omnis eo signaretur, ne quid negligentia aut furto periret.

Annulo clausa] Ex Romana consuetudine ad vitanda furta servorum. Cicero in epist. ad Tironem: 'Sicut olim matrem nostram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ.' Idem II. de Oratore: 'Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo, solum esse, cui domi nihil sit, nec obsignatum, nec occlusum.' Juven. Sat. XIV. 'Concham cum parte lacerti signatam.' Persius Sat. VI. 'Et signum in vapida naso tetigisse lagena.' Horatius ad Florum: 'signo læso non insanire lageuæ.' l. I. D. de periculo et com. rei vend. 'si non sunt degustata, signata tamen ab emtore vasa.' Lucian. Hermot. καὶ μόνον ἀριθμῷ παραλαβὼν τὰ κρέα, ὁπόσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι παρέδωκε, καὶ σημηνάμενος ἐπιμελῶς, τὸ ἀπ' ἐκείνου καθεύδει: *Cum solum numerasset accepissetque carnes, quascunque puero retro astanti tribuit, et obsignasset diligenter, post ea somno se dedit.*

[x] *Promti aditus*] Cum alioqui Parthorum reges neque facile spectandi sui copiam facerent, neque quemquam ad colloquium sine magno molimine admitterc solerent, aditusque ad ipsos ardui ac difficiles essent.

[y] *Ignotæ Parthis virtutes, nova vitia*] Quidam existimant *nova vitia* hic esse, lecticæ gestamen, fastumque erga patrias epulas. Ego aliter: promtos scilicet aditus, obviam Vononis comitatem, quæ revera virtutes essent; tameu quia ignotæ Parthis, idcirco suspectæ, ac pro vitiis habitæ. Ipsæ virtutes, quia Parthis insolitæ, pro vitiis habitæ fuerunt: cum nihil ex vero, sed ex moribus suis omnia æstimantes, odissent quicquid externum esset.

Ignotæ virtutes] Humanitas ejus atque comitas, dignæ bono principe virtutes, quia Parthis ignotæ insolitæque erant, pro novis vitiis reputabantur: cum ex suis moribus omnia

vitia;[z] et quia ipsorum moribus[1] aliena, perinde odium pravis et honestis.

3. Igitur Artabanus, Arsacidarum e sanguine, apud Dahas[a] adultus, excitur, primoque congressu fusus, reparat vires,[b] regnoque potitur. Victo Vononi perfugium Armenia[c] fuit, vacua tunc, interque Parthorum et Romanas opes infida, ob scelus Antonii,[d] qui Artavasden, regem Armeniorum, specie amicitiæ illectum, dein catenis oneratum,[e]

tutes, nova flagitia videbantur: *et quia hæc ab ipsorum moribus diversa erant, eximias et malas artes perinde aversabantur.*

Igitur evocatur Artabanus, qui e gente Arsacidarum apud Dahas educatus fuerat, isque primo prælio victus, instaurat opes, et imperium obtinet. Profligatus Vonones sese recipit in Armeniam, quæ tum sine rege, et ambigua fide agebat inter Parthorum Romanasque vires, ob facinus Antonii, qui Artavasden Armeniis imperantem, prætextu amicitiæ accitum, dein in vinculis habitum, tandem occiderat.

---

1 Beroaldus aliique veteres emendant, *ipsorum majoribus*. Emendandum, *moribus* recte conjectavit Lipsius. Muretus, Gronovius ceterique recentiores probavere. Pessime tentat Heinsius: *ignotæ Parthis virtutes, novitate invisæ, et quia ipsorum a moribus alienæ, perinde odio pravis et honestis.* Brotier.

NOTÆ

metientes, quicquid illis non consentiebat, nullo rei ipsius intuitu bona an mala esset, pari odio prosequerentur.

[z] *Nova vitia*] Vultne ipsas virtutes ignotas, habitas pro vitiis? possit sic accipi; ut comitas illa pro vilitate fuerit: sed potius est, duo dici: ut et ignotas quasdam virtutes intulerit; et nova etiam vitia, luxum videlicet, delicias, aliaque Romana. Mox *ipsorum majoribus:* haud male etiam, *moribus*. Lipsius.

[a] *Dahas*] Dahæ vel Daæ, populi Margianæ regni, in Parthia, imperii Parthorum regione. Hodie positio est in parte septentrionali provinciæ *Chorasan*, versus urbes *Thus*, *Jermob*, &c. sub rege Persiæ. Ex Ptolemæo et chartis Sansonis. *Tillemonius.*

[b] *Reparat vires*] Fuga capta ad montes Mediæ, ait Josephus.

[c] *Perfugium Armenia*] Primo Selencia. Vide eundem scriptorem, l. XVIII.

Armenia] Supple *major*, regio Asiæ versus Pontum Euxinum, et mare Caspium. Hodie pars major *Turcomaniæ* sub imperio Turcarum Asiatico, et pars quædam provinciarum *Iran* et *Scirwan*, sub rege Persiæ. Apud multos nomen antiquum etiam retinet, et vocatur *Arménie* et *Ermenik*. Tillemonius.

[d] *Scelus Antonii*] Vere scelus, nec enim censori Tacito, ludus et jocus, ut hodie, fallere fidem. Artavasdes autem Antonium expeditione Parthica deseruisse visus, fallacibus ab eo literis excitus, in vincla habitus, et in triumpho Alexandriam ductus est. Vide Dionem et Plutarchum.

[e] *Catenis oneratum*] Argenteis scilicet in carcere, et in triumpho aureis. Dio l. XLIX. Vellcius de Antonio: ‘Regem ejus Artuasdem fraude de-

postremo interfecerat. Ejus filius Artaxias, memoria patris nobis infensus, Arsacidarum vi seque regnumque tutatus est: occiso Artaxia[f] per dolum propinquorum,[g] datus a Cæsare[h] Armeniis Tigranes, deductusque in regnum a Tiberio Nerone. Nec Tigrani[i] diuturnum imperium fuit, neque liberis ejus, quanquam sociatis, more externo,[j] in

Illius filius Artaxias paternæ injuriæ memoria nobis adversus, Arsacidarum opibus, seque et regnum defendit. Interfecto Artaxia per fraudem cognatorum, Augustus imposuit Armeniis Tigranem, eumque Tiberius Nero in regnum deduxit. Neque diu mansit imperium Tigranis, neque filiorum ejus, licet ex more Orientalium re-

NOTÆ

ceptum, catenis, sed ne quid honori deesset, aureis vinxit.'

[f] *Occiso Artaxia*] Josephus hunc Artaxiam filium facit Artabazis. Ita enim appellat pro Artavasde, ut alibi etiam Plutarchus. Occisum eum a propinquis non dicit, dicit a Tiberio et Archelao pulsum. Horatius gloriam tribuere Tiberio videtur, non pulsi solum, sed etiam occisi. Ad Iccium: 'Claudî virtute Neronis Armenius cecidit.' Suetonius: 'Ducto ad Orientem exercitu regnum Armeniæ Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit.' Dio historiam confundit, et Artabazem nominat pro Artaxia; Tigranem facit ejus fratrem l. LIV. Res autem ita habet. Artavasdes, sive Artabazes, unum filiorum pater, Artaxiæ et Tigranis. Ille major natu. Adi Josephum, XV. 4.

[g] *Per dolum propinquorum*] Accusatus est apud Augustum, traditaque Tiberio ejus ultio, sed eum propinqui jugularunt, antequam adventaret Tiberius. Josephus, Dio, Zonaras. *Muretus.*

[h] *Datus a Cæsare*] Expressit Tacitus antiquam formulam, quæ in veteribus quoque mumismatibus extat. REX ARMENIS DATVS. REX PARTHIS DATVS. &c. id genus.

[i] *Nec Tigrani*] Accusatus enim apud Tiberium, et ab eo interfectus est.

[j] *More externo*] Qui mos etiam Ægyptiis, aliisque Barbaris ad Orientem.

Sociatis, more externo] Ut nimirum tori pariter, regnique consortes essent. Multa notaque exempla in Ptolemaica Ægyptiorum familia, atque inde factum, ut ejusmodi par conjugum, quia pari jure potestatis erant, reges vocarentur. Liv. XXVII. 4. hoc sensu, 'Ptolemæum, Cleopatramque reges' nominat. Item Cæsar de bello Alex. c. 33. 'Alexandria potitus reges constituit fratrem et sororem;' quod Strabo l. XVII. sic effert: 'Reginam Ægypti constituit Cleopatram, eique fratrem superstitem sociavit in regnum.' Hoc enim modo melius reddideris, quam ut vulgo *in regni partem addidit.* Sic enim divisum esset regnum: quod non factum, sed utrique in solidum, jus atque potestas permissa est. Fecit autem hoc Cæsar ex testamento patris Ptolemæi, ut ipse Civ. III. 108. testatur; cujus verba hæc extant apud Dionem l. XL. Ἐκείνους μὲν συνοικῆσαι ἀλλήλοις κατὰ τῶν Αἰγυπτίων τὰ πάτρια, καὶ βασιλεύειν: *illos* (Ptolemæum majorem et Cleopatram) *more Ægyptiorum patrio, matrimonio coire, et regno præesse.* Adjicitque ibidem Dio, Cæsarem

matrimonium regnumque. Dein jussu Augusti impositus Artavasdes, et non sine clade nostra dejectus. Tum C. Cæsar[k] componendæ Armeniæ deligitur.

4. Is Ariobarzanem, origine Medum,[l] ob insignem[m] corporis formam et præclarum animum, volentibus Armeniis præfecit. Ariobarzane morte fortuita absumto, stirpem ejus haud toleravere: tentatoque fœminæ imperio, cui nomen Erato, eaque brevi pulsa, incerti solutique, et magis sine domino[n] quam in libertate, profugum Vononem in regnum accipiunt. Sed ubi minitari Artabanus,[o] et parum

gum, regno toroque illi conjuncti fuissent. Dein jubente Augusto, datus rex Armeniis *Artavasdes, qui nec sine pernicie nostra deturbatus est. Tunc assumitur C. Cæsar* Agrippæ filius et ab Augusto adoptatus, *constituendæ pacandæque Armeniæ.*

Is imposuit Ariobarzanem, natione Medum, ob eximiam corporis speciem et egregium animum, probantibus Armeniis. Fortuito exitu extincto Ariobarzane, liberos ejus non tulere: expertaque dominatione mulieris, quæ vocabatur Erato, eaque paulo post ejecta, dubii, exsolutique, et magis sine imperitante, quam in libertate, fugientem Vononem in regnum assumunt. Sed postquam minari cœpit *Artabanus, et*

NOTÆ

etiam juniori Ptolemæo et Arsinoæ sorori ejus, pari modo connubio junctis, Cyprum concessisse. Simile Carum regum exemplum ex Strabone retuli in supplem. Curtii II. 8. Et ad eundem auctorem III. 11. ostendi conjugem Darii, quam Alexander cepit, etiam sororem mariti fuisse. Errant igitur, qui sic accipiunt, quasi Tigranis soboles cum Armeniis matrimonio se miscuisset. *Freinshemius.*

[k] *Tum C. Cæsar*] Agrippæ filius, ab Augusto adoptatus, quem ex Armenia redeuntem mortuum esse vidimus.

[l] *Origine Medum*] Media, regio Imperii Persarum sive Parthorum, ad mare Caspium. Hodie *Kilan* et *Adirbeitzan*, provinciæ integræ, et pars provinciæ *Erakatzen*, in regno Persiæ hodierno. Ex chartis Sansonis. *Tillemonius.*

[m] *Ob insignem*] Aristoteles lib. I. politicorum, ait: ‘si reperirentur homines ea pulchritudine corporis, qua sunt Deorum statuæ, neminem dubitaturum, quin eis potissimum imperium mandari oporteret. Sed et Lucretius I. v. ait reges a priscis illis hominibus delectos, ‘pro facie cujusque et virtute ingenioque.’ Et quosdam ait Euripides esse, εἶδος ἀξίους τυραννίδος.

[n] *Magis sine domino*] Nam libertas legibus et magistratibus suis constat, et imperii certa forma. Itaque sine domino esse possunt, nec tamen liberi proprie dicendi.

Magis sine domino] Cum incerti solutique nec Principem haberent, ut in regno, nec leges, ut in Republica, atque ita non tam in libertate, quam sine domino agerent.

[o] *Artabanus*] Qui Orodem sive Horodem filium suum regem iis dedit. Josephus XVIII. 4.: qui etiam hanc rem fusius exequitur, paululum tamen a Tacito diversus.

subsidii[p] in Armeniis, vel, si nostra vi defenderetur, bellum adversus Parthos sumendum erat; rector Syriæ, Creticus Silanus, excitum custodia circumdat, manente luxu et regio nomine: quod ludibrium ut effugere agitaverit Vonones, in loco reddemus.[q]

5. Ceterum Tiberio haud ingratum accidit, turbari res Orientis; ut ea specie Germanicum suetis legionibus abstraheret, novisque provinciis impositum, dolo simul et casibus[r] objectaret. At ille, quanto acriora in eum studia militum, et aversa patrui voluntas, celerandæ victoriæ intentior,[s] tractare prælіorum vias,[1 t] et quæ sibi tertium jam annum belligeranti[u]

parum auxilii in Armeniis erat, vel si nostris opibus protegeretur, capienda arma erant adversus Parthos; Creticus Silanus, qui præerat Syriæ, accersito Vononi custodes apponit, servato paratu et regio vocabulo, quam contumeliam, quo pacto declinare voluerit, suo tempore trademus.

Ceterum non injucundum fuit Tiberio moveri res Orientis, ut eo prætextu auferret Germanicum solitis legionibus, et præfectum insuetis populis, exponeret insidiis simul et periculis. Sed ille quanto amor legionum in se vehementior, et quo magis animus patrui Tiberii *infensus erat, eo maturandæ victoriæ promtior, agitare* cœpit *vias certaminum, et res adversas vel secundas, quæ sibi contigissent, jam a tribus annis bellum gerenti,* Germanos vinci ordinata acie et æquo solo: his

1 Optime dictum. Male tentat Heinsius, *prælіorum dubia;* Acidalius,

NOTÆ

[p] *Parum subsidii*] Nec Armeniis ad defendendum regem suum satis virium erat.

[q] *In loco reddemus*] Reddidit hoc ipso libro, sub finem.

[r] *Dolo simul et casibus*] Dolo quem ipse meditabatur; eum nempe in longinquis locis, veneno tollere, obscuriore sic fama.

[s] *Intentior*] Cum studia militum in se comperta haberet, aversamque patrui Tiberii voluntatem cognosceret, et illis utendum, et hanc præveniendam ratus, intentiore studio agitabat, quomodo celerem ex Germanis victoriam consequeretur, quibusque artibus, cum ipsis pugnandum foret: præteritorum prælіorum rationes in animum revocans.

[t] *Tractare prælіorum vias*] Legere voluit Acidalius *prælіorum vices*, et tamen approbat *vias* propter ea quæ sequuntur: nempe, 'fundi Germanos acie et justis locis, juvari sylvis, paludibus,' &c.: 'suum militem, haud perinde vulneribus, quam spatiis itinerum,' &c. vere tractabat *prælіorum vias* Germanicus, et hic potissimum, an terra, an mari, copiæ et commeatus transvehi deberent in Germaniam: sic et Vegetius loquitur ad verbum, non uno loco.

[u] *Quæ sibi tertium jam annum belligeranti*] Immo plures. Nam incontinenter in Germanos bellum gessit a clade Vari, excepto anno consulatus. Sed Tacitus a postrema ejus missione in Germaniam annos numerat, quæ fuit exacto consulatu ejus sub Augusti mortem.

sæva[2] vel prospera evenissent:[v] ‘ Fundi Germanos[w] acie et justis locis: juvari sylvis, paludibus, brevi æstate et præmatura hyeme: suum militem haud perinde vulneribus, quam spatiis itinerum, damno armorum[3] [y] affici:[x] fessas Gallias ministrandis equis: longum impedimentorum agmen opportunum ad insidias, defensantibus iniquum. At, si mare

favere saltus, lacus, fluxam æstatem, præproperam hyemem, suum militem, non perinde divexari plagis, quam immensis itineribus, et amissione seu jactura armorum: Gallias exhaustas suppeditandis equis, ingentem molem sarcinarum obnoxiam insidiis, tutantibus difficilem. At si naves conscen-

præliorum vices. Brotier.—2 Mallet Lipsius, *scæva*, id est, *sinistra.* At nihil mutandum.—3 Infeliciter emendat Boxhornius, *damno armentorum.* Romani,

NOTÆ

[v] *Sæva vel prospera evenissent*] *Sæva*, id est *ambigua*, *iniqua*, *adversa*; sunt verba usitata Tacito; commendat moriens Germanicus uxori Agrippinæ, ut *sævienti fortunæ*, id est adversæ, cedat.

[w] *Germanos*] Germania, regio Europæ veteris, hodie pars imperii *Allemaniæ*, ut plurimum inter Rhenum et Danubium fluvios; omne regnum *Daniæ*, sive *Danemarck*; pars Meridionalis et Occidentalis Status *Poloniæ* circa Vistulam fluvium, et aliquid regni *Hungariæ*. Ex chartis Sansonis. *Tillemonius.*

[x] *Damno armorum affici*] Satis defendi vulgatum verbis, quæ leguntur, I. 71. ‘Quod cuique promtum, arma, equos, aurum offerentes: quorum laudato studio Germanicus, armis modo et equis ad bellum sumtis, propria pecunia militem juvit:’ et hanc historiæ partem, suaque in ea verba maxime respexisse auctorem, posteriore loco, putem. Ut enim ibi instrumentum utrumque belli, et arma et equos accepisse dicit Germanicum, ita hic tacite secum queri, utriusque damno exercitum per expeditionem terrestrem affici. *Gronovius.*

[y] *Damno armorum*] Legunt *damno armentorum*, sed frustra. Queritur ibi Germanicus de sylvis, paludibus, brevi æstate, præmatura hyeme, de spatiis itinerum, de damno armorum, de inopia equorum, de ingenti mole sarcinarum; et certe inter alia expeditionis seu belli incommoda, potuit imperator animo reputare jacturam armorum: quoties enim vel procellis agitatus miles, vel per vada et æstuaria iter faciens miles, arma abjecit, et etiam ipsemet haustus est? At cum reputat Germanicus ibi, fessas Gallias ministrandis equis, non respicit ad damnum armentorum, ut volunt, sed spectat modum transvehendi in Germaniam impedimenta et commeatus, innuitque non sufficere equos illi transvectioni, quia *fessæ Galliæ præbendis equis.* Præterea per *armenta* nunquam intelligas equos vehendis impedimentis idoneos. Et hoc loco, haud dubie earundem rerum jacturam, seu damnum reputat Germanicus, quæ ipsi antea subministrata fuerant a Gallis et Hispanis; at ipsi arma et equos obtulerant, quod patet l. I. 71. ‘Quod cuique promtum, arma, equos, aurum offerentes: quorum laudato studio Germanicus, armis modo et equis ad bellum sumtis, pro-

intretur, promtam ipsis possessionem,[4 z] et hostibus ignotam: simul bellum maturius incipi,[a] legionesque et commeatus pariter vehi: integrum equitem[b] equosque per ora et alveos fluminum media in Germania fore.'

6. Igitur huc intendit: missis ad census Galliarum P. Vitellio et C.[1] Antio,[c] Silius et Anteius et Cæcina fabrican-

dantur, celerem Germaniæ possessionem ipsis fore, et improvisam hostibus; etiam bellum citius inchoari. Transferri simul militem, annonam et copias, recentem equitem et equos futuros in media Germania, per ostia et alveos amnium.

Itaque huc vertit animum: *delegatis P. Vitellio et Cantio censibus Galliarum, Silius et Anteius et Cæcina præficiuntur construendæ classi. Putavit mille naves*

graves armis, ea in sylvis ac paludibus amittebant.—4 Acidalius, Boxhornius, Ernestus mallent, *profectionem*. Sed perperam. Mare intrando, promta erat Romanis Germaniæ possessio, et ignota hostibus, qui raro utebantur navibus, neque hæc cogitabant. Ne corrigas cum Heinsio, *ut hostibus ignotam*, pro *et hostibus ignotam*. Brotier.

1 In libris editis, *Cantio*. Divinabat Lipsius, *Scantio*. Male vertit Cl. Gordon, *whilst Publius Vitellius and Publius Cantius*. Optime Amelot de la

NOTÆ

pria pecunia militem juvit.' Ibi, ut vides, offerunt *arma*, præbentque, quia amissa fuerant; non autem *armenta*. Et c. 23. hujusce lib. 'Postquam mutabat æstus, eodemque quo ventus ferebat, non adhærere anchoris, non exhaurire irrumpentes undas poterant; equi, jumenta, sarcinæ, etiam arma præcipitantur, quo levarentur alvei.' Certe scripsit Tacitus *damno armorum*. Nam 'etiam arma præcipitantur.' Et se ipse explicat. Tac. infra 25. 'Quippe invictos et nullis casibus superabiles Romanos prædicabant, qui perdita classe, amissis armis, post constrata equorum virorumque corporibus littora, eadem virtute, pari ferocia, velut aucti numero irrupissent.'

z *Promtam ipsis possessionem*] Possessionem nempe *Germaniæ*, non *maris*, ut volunt. 'Si mare intretur,' facile et promtum esse occupare et possidere Germaniam, quia via illa inopinata et ignota hostibus. Tac. hist. II. 12. 'possessa per mare et naves majore Italiæ parte.' Et in Agric. 'Monam insulam, cujus possessione revocatum Panllinum rebellione totius Britanniæ supra memoravi.'

a *Maturius incipi*] Quare? nam et triremibus æstas expectanda erat. Sed causam credo in commeatibus, de quibus adjungit. Quia enim tarda æstas et messis in Germania, hæc expectanda erat, ob frumenta et pabula: aut magna mole et mora identidem ista subvehenda fuerunt. *Lipsius.*

b *Integrum equitem*] Equites et equos simul, absque omni mora aut divisione, aut detrimento integros, nulloque labore fatigatos, per ora et alveos fluminum in mediam Germaniam immitti.

c *P. Vitellio et C. Antio*] Vulgo legitur *Cantio: Scantio* Lipsius ad marginem: *C. Antio*, Ursinus: *Canutio, Calventio*, aut *Calvisio* malit Aurelius. Legere velit Freinshemius *Sentium*, qui Germanico comes, post mortem ejus, Syriam obtinuit.

dæ classi præponuntur. Mille naves sufficere visæ, properatæque: aliæ breves, angusta puppi[d] proraque, et lato utero, quo facilius fluctus tolerarent: quædam planæ carinis, ut sine noxa siderent: plures appositis utrimque gubernaculis,[e] converso ut repente remigio hinc vel illinc appellerent: multæ pontibus stratæ,[g] super quas[2] tormenta

sufficere, et acceleratæ sunt: *aliæ breves, arcta puppi et prora, et alveo plano, quo melius sustinerent fluctus, nonnullæ latæ carinis, ut sine damno considerent: multæ adjunctis gubernaculis ex utraque parte, ut mutato statim remigio, utrimque ad* littus *accederent; plerisque navibus impositi pontes, quibus machinæ bellicæ defer-*

Houssaie, *il envoie P. Vitellius et C. Antius.* Sicque emendandum monuerat Ursinus. Ad hunc C. Antium forte pertinet inscriptio, apud Lingones reperta, Gruter. L. n. 9.

DEO. MERCVRIO. ET. POS.
TVERTE. C. ANTIVS. TITI
FILIVS. EX. VOTO.

Majorum ejus memoria extat in nummis familiæ Antiæ, de quibus vide Vaillant. Famil. Rom. Vol. I. p. 77. *Brotier.* Videtur scribendum *C. Antio*, uti Ursinus monuit. Æque enim hujus ac *Vitelli* prænomen expressum verisimile est. *Ryckius.* Gronovius habet *Cantio;* Homerus *C. Antio.*—2 Ernestus

NOTÆ

[d] *Breves, angusta puppi*] Breves opponit longis navibus, id est, triremibus: has describit lato alveo, angusta prora, et puppi: uno verbo, naves hodie maris nostri. *Lipsius.*

Aliæ breves] Harum aliæ breves erant, angustam puppim proramque et latum alveum habentes, ut melius fluctus pati possent; aliæ planis carinis, quo facilius vada ac decessum æstus excipere possent: plures pari utrimque prora et mutabili remigio, ut hinc vel illinc appellere indiscretum et innoxium foret.

[e] *Appositis utrimque gubernaculis*] Idem Tacitus l. III. histor. eadem navigia sic describit. ‘Sic inter undas volvuntur, pari utrimque prora, et mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiscretum et innoxium est.’ Et de moribus Germ. ‘Forma navium eo differt, quod utrimque prora paratam semper appulsui frontem gerit.’ Sic et apud Suidam fit mentio. ‘Naves simplices uniusque ordinis, interdum et biremes faciunt; quasdam vero et ex puppe et ex prora gubernaculis instruunt; ut ipsi nihil conversi et accedant et recedant, hostesque et adnavigantes fallant ac circumveniant.’

Appositis utrimque gubernaculis] Verbis Suidæ et usus hujus rei indicatur. Quia tamen gubernacula proprie ad puppim pertinebant, ideo credo eundem Suidam naves istiusmodi ἀμφιπρύμνας appellasse; quasi quæ nullas proras, duas puppes tantum haberent. Ἀμφιπρύμνη, inquit, εἶδος πλοίων. Addit, postea locum veteris cujusdam, ἔμπαλιν διελθεῖν παρεσκεύασε τὸν Ἴστρον ἐν ταῖς ἀμφιπρύμναις τῶν νεῶν.

[g] *Multæ pontibus stratæ*] Vult naves pontibus tectas instratasque fuisse, deinde pontibus istis impositas machinas: neque id, ad unius fluvii brevem transitum, sed ut ab oceano usque mediam in Germaniam perveherentur. Constratarum navium frequens apud auctores est mentio, item

veherentur, simul aptæ ferendis equis[h] aut commeatui, velis habiles, citæ remis, augebantur[3] [i] alacritate militum in speciem ac terrorem. Insula Batavorum,[j] in quam convenirent, prædicta,[4] ob faciles appulsus, accipiendisque copiis et transmittendum ad bellum opportuna. Nam Rhenus[k] uno alveo continuus, aut modicas insulas circumveniens, apud principium agri Batavi[l] velut in duos amnes dividitur, ser-

rentur, et quæ *pariter idoneæ vehendis equis essent, aut cibariis, velis expeditæ, promtæ remis*, quæ veluti *crescebant ardore legionum in amplitudinem atque terrorem. Insula Batavorum destinata, in quam coirent, propter opportunos appulsus*, et quia *commoda exponendis copiis, et ad transferendum bellum. Quippe Rhenus uno alveo perpetuus, aut parvas insulas circumfluens, ad initium regionis Batavæ,*

---

mallet, *super quos*, ut referatur ad *pontes*. Nihil mutandum.—3 Perperam conjectant Faërnus et Muretus, *agebantur*.—4 Ryckii amicus malebat, *dicta*. At *prædicta*, pro *dicta* usurpari posse probat Ernestus, ipsa Taciti, infra c. 79.

NOTÆ

earum quæ tormenta portarent, apud Livium xxx. 10. ubi etiam narratur, quomodo Scipio naves onerarias straverit, quo loco itidem *pontes* et *constrata pontium* nominantur. Cur autem pontibus imposita tormenta vexerint? duplicem rationem video; unam, ut commodius onerarentur, exonerarenturque naves; alteram, ut si hostis ex ripa impugnaret, in ipsum dirigi possent.

[h] *Simul aptæ ferendis equis*] Vertit interpres Gallicus; ita fuisse illas naves constratas pontibus et idoneas ferendis machinis, ut tormenta illa nullatenus nocerent obstarentve equis, aut commeatui, seu copiis. Hoc est, ita naves illæ vehebant machinas, ut sine ullo impedimento, simul etiam veherent alibi, quam in pontibus, equos et cibaria.

[i] *Augebantur*] Augebantur, et quoad numerum, et quoad magnitudinem illæ naves, nempe alacritate militum; augebantur in terrorem et speciem, tum et spectatorum, cum et hostium seu barbarorum; aut saltem augeri videbantur.

Augebantur] Militum, qui hisce navibus vehebantur, alacritas ingenti specie et terrore naves decorabat, majoremque adhuc, quam pro re opinionem classi adjiciebat.

[j] *Insula Batavorum*] In Batavis populis Germaniæ inferioris, et in Belgica regione Galliæ antiquæ. Hodie pars tractus *Betuve* in ducatu Gueldriæ, partesque dominii *Utrecht* et comitatus *Hollandiæ;* omnia in provinciis unitis, seu *Belgio* Fœderato. Ex chartis Sansonis. *Tillemonius.*

[k] *Rhenus*] Fluvius Illyrici, Germaniæ et Galliæ regionum. Hodie *Rhein* in imperio Allemaniæ, &c. *Tillemonius.*

[l] *Apud principium agri Batavi*] Haud procul Clivio oppido ad Castrum Schenckianum, sive munimentum, quod vulgo vocatur *Schenken-schantz:* ubi, ut olim, nunc etiam amnis in duo scinditur veluti cornua, dextrumque Germaniam versus Arenacum, Vada, Grinnes, Batavodurum, Trajectum, Lugdunum, prætertluens *Rhenus* vocatur; lævum protinus ab ipsa divisione *Vahalis*, Noviomagum, Tiliam, Bom-

vatque nomen et violentiam cursus, qua Germaniam prævehitur, donec Oceano misceatur: ad Gallicam ripam[n] latior et placidior et affluens; verso cognomento[5] *Vahalem*[o] accolæ dicunt; mox id quoque vocabulum mutat *Mosa*[p] flumine, ejusque immenso ore[q] eundem in Oceanum effunditur.

7. Sed Cæsar, dum adiguntur naves, Silium legatum cum expedita manu irruptionem in Cattos facere jubet: ipse, audito castellum Luppiæ flumini appositum obsideri, sex legiones eo duxit.[1] Neque Silio ob subitos imbres aliud actum, quam ut modicam prædam, et Arpi, principis Cat-

veluti scinditur in duo flumina, retinctque vocabulum et rapiditatem undarum, qua præfluit Germaniam, donec effundatur in Oceanum; grandior ad littus Gallicum, et lenior allabens; mutato nomine Vahalem *indigenæ vocant: dein illud etiam cognomentum amittit* Mosa *amne, ejusque vasto ostio, eidem Oceano miscetur.*

At Germanicus, dum naves impelluntur in mare, *imperat Silio legato, irrumpere in Cattos, cum expedito agmine. Ipse, nunciato obsidione cingi propugnaculum munitum amni Luppia, eo rapuit sex legiones. Neque Silius aliud egit, ob repentinas pluvias, quam ut caperet aliquantum prædæ, simul et uxorem filiamque Arpi principis Cattorum; neque circumsidentes* hostes *præbuere Germanico facul-*

auctoritate.—5 Ms. Flor. *Vahalum*, quod immerito probat Gronovius. A Cæsare de Bello Gall. IV. 10. *Walis* appellatur. *Brotier.*

1 Mallet Ernestus *ducit*. Nihil mutandum. *Brotier.*

NOTÆ

meliam, Gelriæ oppida, præterlabens. *Cluverius.*

Agri Batavi] Batavi, populi Germaniæ inferioris, in Belgica regione Galliæ; et ad Rhenum fluvium Oceanumque Germanicum. Hodie pars meridionalis Comitatus *Hollandiæ*, omnis tractus *Betuve* in ducatu Gueldriæ et in provinciis Unitis. *Tillemon.*

[n] *Ad Gallicam ripam*] Qui Galliam prælabitur, latiore et proinde placidiore alveo, mutato nomine *Vahalis* ab accolentibus dicitur; et deinde etiam istud cognomentum amittens, in *Mosæ* fluminis nomen, a quo accipitur, transit, ejusque ingenti ostio in Oceanum exoneratur.

[o] *Vahalem*] Rheni sinister alveus qui *Vahales* dicitur, est in Batavis populis, et cum Mosa amne in Oceanum Germanicum dilabitur. Hodie *Wahal*, aut *Wael*, et *Merwe* amnes duo, prior nempe *Wahal* est in tractu *Betuwe*, &c. in amnem *Merwe* se exonerat; alter vero, seu *Merwe*, amnis est in parte meridionali comitatus Hollandiæ et in fluvium Mosam seu *Meuse* influit. *Tillemonius.*

[p] *Mosa*] Fluvius Belgicæ regionis in Gallia, in Oceanum Germanicum se exonerat. Hodie *la Meuse*, vel *la Vieille Meuse* et *Maes* dicitur. Labitur per Lotharingiam, Campaniam præfecturam, Belgicam Regiam, vulgo *les Pays bas Catholiques*, et Belgium Fœderatum, seu *les provinces unies*, &c. Et in mare Allemaniæ effunditur. *Tillemonius.*

[q] *Immenso ore*] Quod a Gereflitio incipit. *Cluverius.*

torum,[r] conjugem filiamque raperet: neque Cæsari copiam pugnæ obsessores fecere, ad famam adventus ejus dilapsi: tumulum tamen,[s] nuper Varianis legionibus structum, et veterem aram Druso[t] sitam disjecerant. Restituit aram,

tatem pugnandi, cum discessissent ad rumorem adventus illius. Attamen subverterant monumentum nuper Variano militi positum, et antiquam aram Druso structam. Instauravit aram, et Cæsar ipse decucurrit cum legionibus, in decus parentis: haud

NOTÆ

[r] *Cattorum*] Catti vel Chatti, populi Germaniæ ad Visurgim fluvium, hodie Comitatus *Waldeck*, pars Landgraviatus *Hassiæ*, nec non abbatiæ *Hirschfeld* et *Fuld*, in circulo Rheni superioris. *Tillemonius.*

[s] *Tumulum tamen*] De quo supra l. I. ‘ Primum exstruendo tumulo cespitem Cæsar posuit, gratissimo munere in defunctos.’ Tumulus ille non aliud quam κενοτάφιον fuit. Habesque hujus ritus illustre apud Xenophontem exemplum, l. VI. expeditionis Cyri: ubi inane sepulchrum constituitur militibus defunctis, quorum reliquiæ non faciles repertu. ‘ Quosdam vero ex viis collectos sepelierunt, iis rebus usi, quæ tum suppetebant, quam splendidissime potuerunt; illis vero quos non inveniebant, cenotaphium magnum, et pyram ingentem struxerunt, et corollas imposuerunt.’ Et apud Virgilium l. III. ‘ Manesque vocabat Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem, Et geminas, causam lacrymis, sacraverat aras.’

[t] *Veterem aram Druso*] Druso mortuo cenotaphium decretum ad Rhenum ipsum. Dio l. LV. et Suetonius: ‘ Exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem stato die quotannis decurreret, et Galliarum civitates publice supplicarent.’ Nescio an huic tumulo adjuncta ara: appareret, quia Suetonius ait, *supplicarent*. Volunt id cenotaphium ad Maguntiacum fuisse: repugnat hic locus Taciti, qui constitnit inter Luppiam et Rhenum. Sed et Ravennæ sepulchrum Drusus habnit: a Claudione ejus filio an ab Augusto ipso exstructum? cujus memoria in lapide prisco, ibi: TI. CLAUDIUS. DRUSI. F. CÆS. AUG. GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. DESIG. III. IMP. III. P. P. DEDIT. OB. MEMORIAM. PATRIS. SUI. DEC. VII. COLLEGII FABR. M. R. HS. ↀↃ N. LIBERALITATE. DONAVIT. SUB. HAC. CONDITIONE. UT. QUOT. ANNIS. ROSAS. AD. MONUMENTUM. EIUS. DEFERANT. ET. IBI. EPULENTUR. DUMTAXAT. IN. V. ID. JULIAS. QUOD. SI. NEGLEXERINT. TUNC. AD. VIII. EIUSDEM. COLLEGII. PERTINERE. DEBEBIT. CONDITIONE. SUPRADICTA.

Veterem aram Druso sitam] Non acceperim neque de cenotaphio, neque alio quocunque opere in honorem Drusi alieno jussu structo, sed de ara quadam ab ipso exædificata, forte in memoriam victoriæ, aliasve ob causas. Sic Alexander duodecim aras in ingressu Asiæ statuit. Justin. XI. 5. Arrian. l. I. aliasque ad Indum fluvium. Justin. XII. 10. Curt. IX. 3. Nam verba hæc ‘ Druso sitam’ ab ipso Druso ædificatam volnut. Sic infra VI. 41. ‘ Urbes Macedonibus sitæ.’ Dixi de hac locutione in indice Floriano, verbo *ponere*. Freinshemius.

Aram Druso sitam] Fuit haud dubie ara illa structa in honorem Drusi, vel in loco victoriæ, vel mortis ipsius, et videtur fuisse vice tumuli seu ceno-

honorique patris princeps ipse cum legionibus decucurrit:[u] tumulum iterare haud visum:[v] et cuncta inter castellum Alisonem[w] ac Rhenum[2] novis limitibus aggeribusque permunita.

placuit restituere monumentum; et omnia inter arcem Alisonem ac Rhenum novis limitibus fossisque firmata.

2 Vitranius et Lipsius distingnunt, *inter castellum, Alisonem, ac Rhenum.* Castellum quidem Alisonem inter ac Rhenum erat exstructum, at *Aliso* dicebatur, ut patet ex Velleio, II. 120. et Ptolemæo, II. 11. *Brotier.*

NOTÆ

taphii: nam circa ipsam aram, honori patris, ipse Germanicus cum legionibus decncurrit. Si ara ista monumentum victoriæ fuit, potuit olim exstrni ab ipso Druso, in sui tamen honorem. Nec repugnat structam fuisse seu sitam aram illam Druso, et a Druso. Sed potius est structam fuisse Druso seu in honorem Drusi, instar cenotaphii, non apud Rhenum tantum; sed etiam in inferiore Germania, ubi nunc militat Germanicns.

[u] *Cum legionibus decucurrit*] Antiquissimi inventi decursio in funere illustrium virorum. Homerus in funere Patrocli, Virgilius Pallantis descripsit. ‘Ter circum accensos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos.’ Livius Pœnis etiam usitatam ostendit l. XXV. in morte Gracchi. ‘Alii ab Hannibale, et ea vulgatior fama est, in vestibulo primorum castrorum rogum exstructum esse: armatum exercitum decurrisse cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum suæ cuique genti assuetis.’ Lucanus l. VIII. ‘totus in ignem Projectis mœrens exercitus ambiat armis.’ Statius l. VI. optime: ‘Tunc septem numero turmas (centenus ubique Surgit eques) versis ducunt insignibus ipsi Grajugenæ reges: lustrantque ex more sinistro Orbe rogum, et stantes inclinaut pulvere flammas. Ter curvos egere sinus, illisaque telis Tela sonant: quater horrendum pepulere fragorem Arma, quater mollem famularum brachia planctum.’

[v] *Tumulum iterare haud visum*] Non quasi sperneret mortuos, aut vilem tumulum negligeret, ut insinuat interpres Gallicus; sed ne rnrsus offenderet imperitantes, vel etiam Germanos magis irritaret. *Ara* spectabat ad religionem Deorum: *Tumulus* ad gloriam Romanorum, ut qui locum cladis rursus hosti victo abstulissent.

[w] *Inter castellum Alisonem*] Distinguendum videri, *Castellum Alisonem, ac Rhenum*, pronuntiavit Vertranius; et recte, ad mentem Dionis, l. LIV. Nam scribit a Druso castellum exstructum ad Luppiæ et Alisonis confluvia; quod opinor ipsum esse, quod dixit noster obsessum fuisse. Velleio tamen loci nomen Aliso est, et Ptolemæo Ἄλεισον inter Germaniæ urbes. *Vesaliam* hodiernam faciunt. *Lipsius.*

Alisonem] Aliso, castellum Chassuariorum populorum, ad Luppiam amnem, in parte occidentali Germaniæ. Hodie *Paderborn*, urbs primaria Episcopatus cognominis, in circulo Westphaliæ. *Tillemon.*

Inter castellum Alisonem] Distinguendum hic ego omnino nego. Dio de Sicambris. ‘victi enim, post ea non perinde ferociter insultabant, immo procul mœsti stantes, non accedebant propius. Ita ut Drusus eos

8. Jamque classis advenerat, cum, præmisso commeatu, et distributis in legiones ac socios navibus, fossam, cui *Drusianæ* nomen,[x] ingressus, precatusque Drusum patrem,[y] ‘ ut

Et jam erat classis advecta, cum præmissis copiis seu cibariis, partitisque navibus inter legiones et socios, cum intrasset fossam quam Drusianam *vocant, et rogasset Drusum parentem,* ut sibi eadem tentanti, voleus et propitius faveret, juvaretque

NOTÆ

contemneret, ibique Castellum strueret, quo loco Luppia et Aliso simul commiscentur, et alterum in Cattis, apud ipsum Rhenum:’ hoc est: Castellum ad Luppiæ et Alisonis confluentes. Velleius l. II. ‘ Pietas sua Cæsarem reduxit in Germaniam: in cujus mediis finibus, ad caput Luppiæ fluminis, hyberna princeps digrediens locaverat.’ Eundem hybernorum locum sive castellum diserte postea *Alisonem* vocat in narratione cladis Variauæ: ‘ L. etiam Cæditis,’ inquit, ‘ præfecti castrorum, eorumque, qui una circumdati Alisoni, immensis Germanorum copiis obsidebantur, laudanda virtus est, qui, omnibus difficultatibus superatis, quas inopia rerum intolerabiles, vis hostium faciebat inexsuperabiles, nec temerario consilio, nec segni providentia usi, speculatique opportunitatem, ferro sibi ad suos peperere reditum.’ Scilicet clade Variana haud procul Alisone Castello, apud Teutoburgiensem saltum facta, protinus Germani ad obsidenda hyberna, Alisone sita, perrexerunt.

Ex his igitur satis perspicuum fit, apud Tacitum quoque *castellum Luppiæ appositum, et a Chattis obsessum,* idem esse, quod postea *Alisonem* appellat. Hoc quippe *haud procul tumulus Varianis legionibus,* ab Arminio cæsis, *structus* fuerat: apud hoc item *ara Druso, Germanici patri posita;* cum is inter Salam et Rhenum res gerendo obiisset: hoc inter ‘ ac Rhenum novos limites aggeresque egit’ Germanicus. *Cluverius.*

Apud Muretum *Aliso* fluvius est, qui in Mosellam erumpit. Quod ne quem inducat in errorem, sciendum, esse quidem fluvium Alisonem, non tamen Mosellæ, sed Luppiæ, qui et ipse longe infra confluentes Rheni et Mosellæ in Rhenum exit, sese miscentem; porro hic a Tacito non *Alisonem* fluvium, sed castellum situm propter eum fluvium, eodem nomine, intelligi. *Gronovius.*

[x] *Fossam, cui Drusianæ nomen*] *Fossas* licet Suetonius plurali uomine dixerit, tamen unam solam fuisse constat; ideoque rectius *fossa Drusiana* singulari numero appellatur Tacito. Haud perinde novum atque immensum fuit opus, uti exaggerat Suetonius; cum 8. haud amplius fuerit millium passuum, inter vicum *Yseloort*, et oppidum *Doesburg:* nisi forte infra etiam Dusburgium antiquus Salæ alveus, antea modicus, latior tunc sit factus. Causa Druso agendæ nulla alia fuit, quam uti classem hac cum exercitu, ex superiore Rheni parte in lacum et Oceanum deduceret, Frisios petiturus, et Cauchos. *Cluverius.*

Drusianæ nomen] Drusi fossa, Usipiorum vel Usipetum populorum in Germania, et inter Rhenum et Salam vel Navalia fluvios hodie *Nieuwe Ussel*, vel *Canal du Rhein a l'Ussel*, in comitatu Zutphaniæ et ducatu Geldriæ provinciis Belgii Fœderati. *Tillemon.*

[y] *Precatusque Drusum patrem*] Qua superstitione ante prælium ad Isson ‘ victor Atheniensium Philippus pa-

se, eadem ausum,[z] libens placatusque exemplo ac memoria[a] consiliorum atque operum juvaret;' lacus inde[b] et Oceanum usque ad Amisiam flumen secunda navigatione pervehitur. Classis Amisiæ relicta,[c] lævo amne;[d] erratumque in

exemplo et memoria *suorum* consiliorum laborumque; *hinc per paludes et mare defertur usque ad Amisiam amnem, prospero cursu. Relictæ naves apud Amisiam* locum a flumine sic dictum, *sinistra ripa; et commissum in eo fuit, quod non*

NOTÆ

ter invocabatur' ab Alexandro. Curtius l. III. Apud Silium l. XV. 'Ac supplex patrios compellat nomine manes, Este duces bello et monstratam ducite ad urbem.' De Africano loquitur in Hispania res gerente.

Precatusque] Sic vertit interp. Gallicus: fossam Drusianam ingreditur, precaturque Drusum, perspectis operibus et consiliis paternis, per memoriam facinorum suorum, ut se juvet eadem ausum et iisdem gloriæ vestigiis inhærentem.

[z] *Eadem ausum*] Ita est. Nam et Drusus classe Oceanum tentavit, immo et pugnam navibus conseruit in Amasia fluvio, vicitque Bructeros. Strabo l. VII. 'Sunt et alii interjecti navigabiles fluvii, in quorum uno Amasia, Drusus Bructeros navali prælio vicit.' Sed et Petrarcha auctor, arcum triumphalem Romæ sibi visum, Druso Neroni huic inscriptum: e quo fracto hos duntaxat versus a se lectos; 'ad divortia Rheni Pervasi hostiles depopulatus agros. Dum tibi Roma decus æternaque sudo tropæa, Ister pacatis lenior ibit aquis.'

[a] *Memoria*] Virtutemque et constantiam suam, recordatione consiliorum atque operum facinorumque, quæ in illis locis edidisset, adjuvaret.

[b] *Lacus inde*] Lacus nominat semper plures, ut l. I. supra: 'Ipse impositas navibus quatuor legiones per lacus vexit.' At hodie unus, quod mare meridionale appellant. Apparet autem clare, gentes ibi terrasque fuisse pluribus lacubus interstinctas.

Lacus] Nempe Flevo, lacus Germaniæ ad septentrionem et occidentem; hodie *Zuiderzee*, sinus maris Allemaniæ vel *de Noort zee*, in Belgio Fœderato, seu Provinciis Unitis. *Tillemon.*

[c] *Classis Amisiæ relicta*] Locus mihi ambiguæ sententiæ et perplexæ. Vidi qui sic vellet. Classem relictam in ripa citeriore (aspectu Galliæ dico): et in hoc culpari Germanicum, quod non in ripa ulteriore. Pontibus enim tunc nihil opus fuisset, quibus nunc junxit amnem, et dies plures absumti. Simplex hæc sententia, fateor, et ex primo verborum aspectu. At qui scrutetur; valde vereor, repugnet.

Primum, si classis in citima ripa posita, quomodo apte annectitur, militem transpositum in terras dextras? sane eo positu, si quid ego capio, uti amnis classi lævus fuit, ita et terræ trans amnem. Deinde, quis hic (malum) Germanici et Romanorum stupor, classem non appellere ad ulteriorem ripam, in flumine jam noto; et vanam illam operam sumere in exstruendo ponte? præsertim re nulla aut hoste impediente. Tertio, si ea res, cur *pontes* multitudinis numero nominat? potuit enim et debuit transmitti ponte uno. Cur *subvehendi* verbo utitur, cum verius *transvehendi*? Nescio an hæc diluent.

Mea de Taciti mente mens est: classem relictam in ulteriore ripa flu-

eo, quod non subvexit;[a] transposuit militem, dextras in ter-

ultra vexerit naves. *In altera exposuit legiones, quæ dextram in regionem irent.*

NOTÆ

minis, uti debuit: sed tamen in ima, et mari proxima, quod non debuit. Quomodo igitur tunc, inquies, amnis illi *lævus?* ex positura nempe navium, quas verisimile est quiescentes eas et in statione habuisse. Nempe proras in Oceanum verterunt, tanquam redituræ, nec ultra scilicet progressuræ. Pone autem milites in iis et vectores ut solet, facie ad proram versa: nonne sic *lævus* iis amnis, et terræ in quas transponuntur dextræ? peccatum tamen a Germanico, quod humilibus et humentibus illis locis militem exposuerit (debuisset longius subvehere): in quibus transeundis, opus pontium structura. Ad mare enim æstuaria: non sic supra. *Lipsius.*

Amisiæ] Ibi juxta locum qui a vocabulo fluminis Amisia dicebatur, in sinistra ejus ripa situs, militem exposuit, qua in re dupliciter peccatum fuit; quia enim in terras superiores, quæque in dextra amnis ripa erant, ducere volebat, classem adverso flumine longius subvehere, navesque statim eo latere, quo iturus erat, appellere debuerat. At nunc absumti sunt plures dies perficiendis pontibus, quibus primo æstuaria, quæ in sinistra ripa erant, deinde ipsum quoque flumen transmitteret.

Quin aliud etiam incommodum inde ortum est: nam cum per loca æstibus marinis obnoxia incederet agmen, equites quidem atque legiones quæ præcesserant, quia in id diei tempus offenderant, quo mare non exæstuat, impune transivere, sed auxiliares copiæ quæ claudebant agmen, interque eas Batavi, advenerant, cum jam intumuisset æstus, itaque dum se temere committunt undis, artemque nandi, qua ab infantia exercentur, ostentant, conturbati, et nonnulli eorum fluctibus hausti sunt.

Classis Amisiæ relicta] Verba sunt, ut videtur, luxata, et sic ordinanda; *relicta, erratumque in eo quod non subvexit. Lævo amne transposuit.* Ursinus. Germanicus per Oceanum os Amisiæ ingressus exposuit milites, ut debuit, *lævo amne*, seu in læva ripa amnis, læva scilicet, respectu classis adverso flumine tendentis. At cum militibus in eo loco pergendum esset *in dextras terras*, dextras respectu loci, in quo descenderant: iter invenerunt impeditum æstuariis, ac paludibus. Id fortasse duci ignarum, ideoque incusatur, quod classem ulterius non subvexerit, ut milites ultra humentia exponeret. *Pichena.*

Classis ad Amisiam, sive vicum tunc, sive castellum præsidiarium Romanorum, in statione fuit *relicta, lævo amne*, id est, in læva ripa, sive in ore dicti lacus: quemadmodum anno ante expositus hic miles in lævas Amisiæ fluminis terras circa vicum *Pawing*, *in dextras* hinc trans Amisiam *terras iturus*, versus Visurgim amnem, et oppidum *Minden:* quo tandem perventum esse, ex reliqua historia liquet. In dextras terras ad ipsum oppidum *Emden* non fuit expositus, quia inde ad dictum locum tendentibus complura erant æstuaria, complures rivi, lacus, atque paludes. In læva igitur ripa postquam aliquot millia passuum emensi erant, tandem placuit Amisiam, forte circa vicum *Iemingen*, ponte trajicere. Sed et hic æstuaria in dextra ripa reperta sunt; *erratumque in eo, quod non* classem ultra ea æstuaria ad siccam humum *Amisia subvexerat*, tunc maxime

ras iturum:[1] ita plures dies efficiendis pontibus absumti.

Sic multi dies consumti in struendis pontibus. Et equitatus quidem ac legiones

1 Perperam emendat Ursinus, *classis Amisiæ relicta, erratumque in eo, quod*

NOTÆ

experto. *Pontes* igitur non modo super ipsum amnem, sed etiam super continentia æstuaria, ac paludes facti sunt. *Cluverius.*

Sententiam Cluverii sequor, Amisiam hic loci nomen esse; deinde verba hæc, *lævo amne*, non ita explico, quasi classis fuerit ad dextram ripam, flumen ipsum e sinistro latere, sed quod classis relicta fuerit in ipso lævo amne, in ipsa fluvii sinistra ripa, ut *lævo amne* hic dixerit pro, in lævo amne, vel, in læva parte amnis, sicut alias dicere solemus extare aliquid *extremo libro*, quod in extrema libri parte extat. Sic noster 'extremo jam die.' H. III. 10. Amisiæ igitur in castello, si forte, aut præsidio Romanorum in sinistra cognominis fluvii ripa, haud longe ab ostio fluminis classem reliquit Germanicus: at eundum illi fuit, primo longius in penitiorem Germaniam, deinde etiam in dextras flumini terras. *Freinsh.*

[d] *Lævo amne*] Germanicus relicta Batavorum insula, in qua naves fabricarat, una cum legionibus et auxiliario milite Drusianam fossam navigavit: mox per vada Flevi lacus Oceanum appulsus, felici navigatione, venit ad Amisiam flumen, in cujus ore naves reliquit, exposuitque exercitum ad lævam. Quæ accipio vulgariter, ut adveniens exercitus ad manum lævam fluvium haberet. Et quia fluvius Amisius transmittendus erat, et petendus Visurgis, qui superiorem influit Germaniam; ideo pontibus struendis multi absumti dies. *Aurel.*

[a] *Quod non subvexit*] Germanicus in ore fluminis Amisiæ dextra milites exposuit, navibus ibi sinistra relictis, qua statio fortassis erat, mediterraneaque petit, cum potuisset adversum flumen navigando æstuaria vitare, quæ proximis in locis alluvionibus Oceani relinquuntur: id enim sibi vult *subvehere:* nimirum adverso flumine progredi. Sed quisnam, amabo, error iste, qui Germanico non temere vitio datur? an duo vel tres Batavi in æstuariis hausti? nugæ: quid ergo? plures dies absumsit, dum pontes æstuariis superandis parat: quamobrem tardius revertens, et hyeme jam appetente deprehenditur in Oceano, procellisque fœdis agitatur, quod militibus subvectis non accidisset: nam maturius Oceanum ingressus esset. *Salinerius.*

Quæret aliquis, cur naves in faucibus fluminis reliquit, nec subduxit, ut pro pontibus eis uteretur? Sane noster *culpam* vocat: nec tamen in tam claro duce, culpa facile credenda est. 'Inemendabilis est error, qui inter arma committitur,' ait Valerius. Existimo in faucibus fluvii reliquisse naves, quo tutiores essent ab hoste propinquo; nec subduxisse, tum propter incognitas fluvii vias, tum quod longa navium series nimium hosti patuisset, trans fluvium posito hoste. Quæri etiam potest, cur in ripam dexteriorem dextrasque in terras primo appulsu non transvexerit militem? forte, quod appulsus difficilis, quod invius, quod paludum lubrico, vel sylvarum rubis infestus. *Aurelius.*

Dupliciter erravit: primo, quod *non subvexit naves*, quod adverso flumine

Et eques quidem ac legiones prima æstuaria, nondum accrescente unda, intrepidi transiere: postremum auxiliorum agmen, Batavique in parte ea,[e] dum insultant aquis, artemque nandi[f] ostentant, turbati, et quidam hausti sunt. Metanti castra Cæsari Angrivariorum[g] defectio a tergo nuntiatur: missus illico Stertinius cum equite et armatura levi, igne et cædibus perfidiam ultus est.

trajecere prima vada interriti, nondum intumescente aqua; at qui ultimi incedebant socii et Batavi in eo ordine, seu agmine, dum insultant undis, et natandi peritiam ostentant, disjecti et nonnulli fluctibus absorpti sunt. Castra ponenti Germanico affertur rebellasse Angrivarios a tergo. Confestim ire jussus Stertinius cum equitatu et levibus, ferro flammuque defectionem vindicavit.

---

non subvexit, lævo amne transposuit militem dextras in terras iturum. Optime cohæret vulgata scriptura, quæ in textu omnino servatur. *Brotier.*

NOTÆ

longius provectus non est. Deinde quod militem non in dextra ripa, sed in sinistra exposuit. Ergo duplex etiam incommodum sustinuit, primo quod inferiorem marique propinquam regionem propter vicinitatem æstus superare non potuit: deinde quod etiam superatis æstibus adhuc indiguit ponte, quo ex sinistris terris in dextras iturus, ipsum flumen trajiceret. Sed cur, inquis, Amisiæ exposuit? quia forte loci commoditatem spectavit, quam nos temporum istorum locorumque haud magnopere periti, non ita facile indicaverimus, quam fuisse intelligimus, cum Germanicus absque magna ratione rem eam ita gesturus fuisse credi non debeat. Deinde etiam si nullam rationem possimus reddere, hoc quoque habemus præcipui, quod ne teneamur quidem ad rationem exponendam in ea re, in qua *erratum* fuisse Tacitus scribit. *Freinsh.*

[e] *Batavique in parte ea*] Cæsar, I. Gall. ‘ si pacem P. Rom. cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Helvetios, ubi Cæsar constituisset.’ Livius l. XXXVIII. ‘ Pabulatores lignatoresque Romani in eam partem, in qua colloquium futurum erat, ducti sunt.’ Quantum patet ex Livio, qui sic loquitur multis locis, possit ita intelligi: *in ea parte*, id est, eo loco, stationc, ordine et agmine, seu *in ea parte* incedentis exercitus.

[f] *Artemque nandi*] Histor. IV. 12. ‘ Erat et domi delectus eques, præcipuo nandi studio, arma equosque retinens, integris turmis, Rhenum perrumpere.’ Etiam Agric. 18. ‘ lectissimos auxiliarium *quibus nota vada* et patrius nandi usus, quo simul seque et arma et equos regunt, ita repente immisit;’ Paulinus, nempe.

[g] *Angrivariorum*] Hos liquet inter Amisiam et Visurgim incoluisse. Extat hic etiam nunc nomen eorum in vico *Engeren*, 9. millibus passuum, in septentriones versus, ab oppido *Osenbrugge* dissito. Extat item, clariore fama, in oppido *Engeren*, Ducatus titulo insignito. *Cluverius.*

Angrivariorum] Angrivarii populi Germaniæ inter Visurgim et Amisiam amnes. Hodie Episcopatus *Osnabrugg* et comitatus *Teckelenbourg*, in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

9. Flumen Visurgis[h] Romanos Cheruscosque interfluebat: ejus in ripa cum ceteris primoribus Arminius astitit, quæsitoque, ‘ an Cæsar venisset?’ postquam ‘ adesse’ responsum est, ‘ ut liceret cum fratre colloqui,’ oravit. Erat is in exercitu, cognomento Flavius, insignis fide, et amisso per vulnus oculo paucis ante annis, duce Tiberio: tum[1] permissum; progressusque salutatur ab Arminio: qui, amotis stipatoribus,[i] ‘ ut sagittarii, nostra pro ripa dispositi, abscederent,’ postulat; et postquam digressi, ‘ unde ea deformitas oris?’[j] interrogat fratrem: illo locum et prælium referente: ‘ quodnam præmium recepisset?’ exquirit. Flavius ‘ aucta stipendia, torquem et coronam aliaque militaria dona’ memorat; irridente Arminio vilia servitii pretia.[k]

Visurgis amnis labebatur Romanos inter et Cheruscos. Ejus ad littus accessit Arminius cum aliis proceribus, petitoque, an Germanicus adesset, *ubi responsum est* adesse, *rogavit,* ut sibi fas esset fratrem alloqui. *Versabatur ille in castris nomine Flavius, et orbatus oculo in pugna, paucis abhinc annis, ductu Tiberii. Tum data* colloquendi copia, *et cum processisset* Flavius, *illum salutat Arminius, qui abscedere jussis custodibus* suis, *petit,* ut amoverentur *etiam* sagittarii stantes pro nostro littore; *et postquam hi abscessere, rogat fratrem,* unde ea labes in facie? *Illo memorante locum et pugnam, percunctatur,* quamnam mercedem accepisset? *Flavius refert* aucta stipendia, torquem et coronam aliaque præmia belli sibi concessa, *illudente Arminio indignam servitutis mercedem.*

1 Non displicet vulgata scriptura. Muretus tamen delet, *tum.* Heinsius

NOTÆ

[h] *Flumen Visurgis*] Mutua Romanorum Germanorumque clade nobilis amnis. Cui famam præcipue Tacitus dedit: et ipse Tacito (mirum fatum) vitam. Nam quinque hi primores libri inventi Corbeiæ. Quod monasterium ad Visurgim est. Atque illinc depromtum vere hunc thesaurum Quæstor quidam Pontificius ad magnum Leonem detulit, donatus ab eo aureis quingentis. *Lipsius.*

Flumen Visurgis] Visurgis fluvius ingens Germaniæ ex Meliboco monte in Franconia oriens, ac iuter Hassiam, Thuringiam, Westphaliam, et Saxoniam in Oceanum Germanicum, in Frisia orientali quasi medius inter Amisiam et Albim sese exonerans, *Hamelam, Mindam, Werdam* urbes alluens. Hodie *Weser* in circulis Saxoniæ inferioris et Westphaliæ.

[i] *Amotis stipatoribus*] Primoribus, qui eum comitabantur. Patet ex Taciti verbis antea: ‘ Ejus in ripa cum ceteris primoribus Arminius astitit.’ Non enim habuit satellites, aut corporis custodes, quippe rex non fuit, sed primus inter pares. In colloquiis, vel amovetur omnis comitatus, vel adsunt totidem utrimque comites.

[j] *Unde ea deformitas oris*] Virgil. ‘ medios volat ecce per hostes Saucius ora, ruitque,’ &c.

[k] *Vilia servitii pretia*] Quæ singula extenuabat Arminius, ostendebatque

10. Exin diversi ordiuntur: hic 'magnitudinem Romanam, opes Cæsaris, et victis graves pœnas; in deditionem venienti paratam clementiam; neque conjugem et filium ejus hostiliter haberi:' ille 'fas patriæ,[l] libertatem avitam, penetrales[x] Germaniæ Deos,[m] matrem precum sociam; ne propinquorum et affinium, denique gentis suæ desertor et pro-

Mox utrimque colloquium incipiunt. Flavius celebrat amplitudinem Rom. vires Cæsaris et victis grave supplicium, promtam veniam se dedenti, neque hostili animo se gerere Romanos erga uxorem et filium ejus. *Arminius memorat* jus patriæ, libertatem antiquam, penetrales Germaniæ Deos, matrem obtestationum participem, ne deserere et prodere mallet consanguineos et

emendat, *tum, ut permissum, progressus.* Amicus apud Ryckium, *id tum permissum.* Brotier.

1 Quidam editi habent *penetralis,* ita ut *penetralis* cum *Germaniæ* conjungatur.

NOTÆ

quam vili pretio rem inæstimabilem, libertatem, vendidisset.

[l] *Fas patriæ*] Fas caritasque patriæ, quamque incorruptam a majoribus obtinemus, libertas, et præstites Germaniæ Dii nos hortantur, &c.

[m] *Penetrales Germaniæ Deos*] Sunt, qui interpretantur, *penetralis Germaniæ,* id est, intimæ. Ego, non Germaniæ *penetralis,* sed Deos *penetrales* intelligo. Cicero de natura Deor. lib. II. 'Nec longe absunt ab hac vi Dii penates, sive a penu ducto nomine (est enim omne, quo vescuntur homines, penus) sive ab eo, quod penitus insident, ex quo etiam penetrales a poëtis vocantur.' Sen. Theb. act. II. 'ferte arma, facibus petite penetrales Deos.' Dii penates patrii Dii sunt et domestici a patribus nobis relicti. Sunt enim et penates publici, ac Dii patrii sunt, quos πατρῴους Græci vocant.

Penetrales] *Dii penetrales* idem quod *penates;* penates sunt domorum, urbium et regionum, ita ut intus præsideant, et sumi possint pro ipsis domibus, urbibus et regionibus. Repetere penates, idem ac repetere patriam, familiam, et civitatem. Itaque *penetrales Dii* sunt qui *penitus insident* locis et regionibus, sunt genii loci præsides, sunt illi *Dii magni, Dii boni, Dii potentes,* sunt illi *per quos penitus spiramus.* Quos non adire nisi cum magno metu, honore, forte et horrore licet. Et apud Germanos illi *Dii penetrales,* seu Dii interioris Germaniæ (id quippe exprobratur Segesti, quod aquilæ Romanæ, toga et secures in interiorem Germaniam et ultra Elbim penetrarint) potuerunt esse ipsi luci seu Dii sylvarum, nam ipsi luci et arbores pro Diis ipsis colebantur, quemadmodum Montes pro Diis habiti, apud alios barbaros. Et illi Dii intra profunda sylvarum adorati, vere *penetrales Dii* Germaniæ.

De hisce Diis penetralibus intelligi possit quod habet Tac. lib. de morib. Germ. 39. 'Stato tempore in sylvam, auguriis patrum et prisca formidine sacram, omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coëunt, cæsoque publice homine celebrant,' &c. 'Est et alia luco reverentia. Nemo nisi

ditor quàm Imperator esse mallet.' Paulatim inde ad jurgia prolapsi, quo minus pugnam consererent,[n] ne flumine

affines, et postremo nationem suam, quam ei cum imperio præesse. *Hinc sensim ad rixas provecti, ne amne quidem interposito prohibebantur, quin prælio*

NOTÆ

vinculo ligatus ingreditur, ut minor, et potestatem numinis præ se ferens,' &c. ' tanquam inde initia gentis, ibi regnator omnium Deus, cetera subjecta atque parentia.' Et infra ubi de Hertho seu Terra matre. ' Est in insula Oceani castum nemus, dicatumque in eo vehiculum, veste contectum; attingere uni sacerdoti concessum. Is adesse penetrali Deam intelligit,' &c. Tunc ' non bella ineunt,' ' pax et quies tunc tantum nota,' ' donec idem sacerdos satiatam conversatione mortalium Deam templo reddat. Mox vehiculum et vestes, et, si credere velis, numen ipsum secreto lacu abluitur. Servi ministrant, quos statim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit illud, quod tantum perituri vident.'

Possit ascribi numero penetralium Germaniæ Deorum, Dea illa quæ retrocedere Drusum imperatorem Germanicas terras vastantem jussit, quæ et ipsi imminens exitium portendit. Nondum dicare liceat fatidicas illas virgines Germanicas Auriniam et Velledam quæ tamen ut novæ Sibyllæ oracula reddebant ex turribus editis, teste Tac. quæ tamen non ut Deæ a barbaris, sed ut interpretes Deorum colebantur.

De Diis penatibus sic Macrob. III. sat. 4. ' Qui diligentius quærunt veritatem, penates esse dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Esse autem medium æthera Jovem, Junonem vero imum aëra cum terra, et Minervam summum ætheris cacumen,' &c.

De his Diis sic Dionysius lib. I. ' Hos Deos Romani penates vocant, Græci vario modo conati significationem reddere. Alii πατρῴους, alii γενεθλίους; quidam κτησίους, quidam μυχίους, nonnulli ἑρκίους appellarunt, quarum appellationum singulæ aliquam certam proprietatem exprimere voluisse videntur: fierique potest, ut, licet non eodem modo, idem tamen omnes aliquatenus significent. Eorum effigiem atque habitum Timæus describit in hunc modum; sacra in Laviniatum adytis reposita esse caducea ferrea et ærea, Trojanamque testam fictilem: idque se cognovisse ait, ex ipsis civibus. Ego vero quæ videre non est fas omnibus, neque audire ab his qui viderunt, licet, ea nec scripto prodere censeo: quin et illis succenseo, qui curiose inquirunt et sciscitantur plura, quam concessum est legibus.' Hæc ille. Cum dicit Dionys. vocari Deos illos μυχίους, ἑρκίους, cum dicit repositos esse *in adytis*, nec patere omnibus, nisi forte initiatis, nec curiosius inquirendum esse in illa numina, satis innuit *penates* esse eosdem et *penetrales* Deos.

[n] *Pugnam consererent*] Nempe, quin ambo fratres singulare certamen inter se committerent: at infra, *prælium-que denuntians*, de summa belli, seu generali prælio intelligendum; nam addit statim Tac. ' Postero die Germanorum acies trans Visurgim stetit.' Nempe, ut decertarent adversus legiones Romanas. Cum videret Arminius attineri Flavium et se prohi-

quidem interjecto cohibebantur, ni Stertinius accurrens, plenum iræ, ‘ armaque et equum’ poscentem Flavium attinuisset. Cernebatur contra minitabundus Arminius, præliumque denuntians: nam pleraque Latino sermone interjaciebat, ut qui Romanis in castris ductor popularium meruisset.

11. Postero die Germanorum acies trans Visurgim stetit. Cæsar, nisi pontibus præsidiisque impositis, dare in discrimen legiones haud imperatorium ratus,[o] equitem vado[p] tramittit: præfuere Stertinius, et e numero primipilarium[q]

congrederentur: nisi Stertinius advolans cohibuisset Flavium, ira percitum, postulantemque et arma et equum. Conspiciebatur ex altera parte Arminius, minis atrox, et pugnam denuntians. Quippe multa Latinis verbis interserebat, ut qui militasset in exercitibus Rom. dux Germanorum suorum.

Postera luce exercitus Germanorum astitit trans Visurgim. Germanicus haud existimans prudentis *ducis esse periculo exponere legiones, nisi pontibus, stationibusque dispositis, equitatum vado trajicit: duxere Stertinius et ex ordine primipi-*

NOTÆ

beri ne singulari prælio decerneret, tum generale *prælium* ipsi denuntiat in posterum diem. Nec defuit promissis minisve: nam ‘ postero die Germanorum acies trans Visurgim stetit.’ Sic apud Liv. IV. 2. ‘ Quid victo gravius imperarem T. Quinti? atque ita se ex colloquio proripuit, et temperatum ægre est, quin missilibus, quia diremti medio amne fuerant, pugnam inter se consererent.’

[o] *Haud imperatorium ratus*] Sic Sueton. Jul. 58. ‘ In obeundis expeditionibus dubium cautior an audentior. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit unquam, nisi perspeculatus locorum situs: neque in Britanniam transvexit, nisi ante per se portus et navigationem, et accessum ad insulam explorasset.’

[p] *Equitem vado*] Cum equitatu misit, qui vado trajicerent amnem, deinde bipartitis turmis, diversis locis adorirentur hostem, eumque distraherent.

[q] *E numero primipilarium*] Primipili centuriones ex omnibus erant honoratissimi; sic appellati, quod *pilanos*, hoc est *Triarios* (Varro de ling. lat. l. IV. Ovid. fastor. III. 129.) ducerent. Eratque hæc permagna dignitas, nec ferme nisi insignis virtutis pretium. Vide Cæsar. Civ. III. 53. Erantque in legionibus singulis singuli, quibus omnes ceteri centuriones parebant, ut constat ex Dionysio IX. 10. Igitur non mirabimur sæpius eos magnæ copiarum parti fuisse præpositos, ut hic, et XIII. 36. h. IV. 15. neque minus apud alios auctores. *Freinshemius.*

Primipilares etiam si omnia stipendia nondum confecissent, quia tamen primum pilum gesserant, habebantur pro emeritis, et equitibus dignitate æquabantur: itaque quoties in gratiam imperatorum et spe præmiorum militiam iterum sumerent, non jam merebant in legionibus, sed separata quædam cum ceteris evocatis manus erant, quæ fere circa imperatorem versabatur, donec ad eundem primi-

Æmilius, distantibus locis invecti, ut hostem diducerent. Qua celerrimus amnis, Cariovalda, dux Batavorum, erupit: eum Cherusci, fugam simulantes, in planitiem saltibus circumjectam traxere: dein coorti et undique effusi, trudunt adversos, instant cedentibus,[r] collectosque in orbem,[s] pars congressi, quidam eminus proturbant. Cariovalda, diu sustentata hostium sævitia, hortatus suos, ut ingruentes catervas globo frangerent; atque ipse in densissimos irrumpens, congestis telis, et suffosso equo, labitur, ac multi nobilium circa: ceteros vis sua aut equites, cum Stertinio Æmilioque subvenientes, periculo exemere.

12. Cæsar, transgressus Visurgim, indicio perfugæ[t] cognoscit, 'delectum ab Arminio locum pugnæ: convenisse et alias nationes in sylvam Herculi sacram, ausurosque nocturnam castrorum oppugnationem.' Habita indici fides; et cernebantur ignes: suggressique propius speculatores,

larium Æmilius, diversis partibus irrumpentes, ut distraherent barbaros. Qua rapidissimus fluvius, Cariovalda dux Batavorum invectus est. Cherusci terga vertere fingentes, eum illexere in campum circumdatum sylvis: dein consurgentes et undique erumpentes proturbant oppositos, premunt recedentes, volventesque se in orbem, conglobatosque, alii hostium cominus pugnantes, *alii eminus protrudunt, profligant. Cariovalda diu tolerata Germanorum violentia, monuit suos ut globo seu cuneo perrumperent incurrentes catervas, et ipse in confertissimos irruens, ingestis missilibus et confosso equo cadit, ac multi primorum circa: alios vel strenuitas sua, vel equitatus cum Stertinio Æmilioque succurrens, eripuere discrimini.*

Cum Germanicus transmisisset Visurgim, monitu transfugæ comperit, destinatum ab Arminio campum prælio, et ceteras gentes confluxisse in lucum dicatum Herculi, et tentaturos noctu castra adoriri. *Adhibita fides monenti, et ignes conspiciebantur, atque exploratores* nostri *qui propius* hostes *accesserant,*

NOTÆ

pili aut majorem alium honorem promoverentur. Itaque et in castris, in pedatura cohortium prætoriarum, collocantur proxima imperatori.

[r] *Instant cedentibus*] Cedentem, quodque ultimum rebus dubiis præsidium est, in orbem pugnantem, pars collato pede, alii eminus missilibus certantes protrudunt.

[s] *Collectosque in orbem*] Livius l. IV. 'Circumventi igitur jam in medio ad unum omnes, pœnas rebellionis dedissent, ni Vectius Messius ex Volscis nobilior vir factis, quam genere, jam orbem volventes suos increpans clara voce,' &c. Idem l. XXII. 'Qui plures simul terga dederant, conversi in hostem, volventesque orbem, nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare.'

[t] *Perfugæ*] Qui ad hostem se contulit, *perfuga* et *transfuga* promiscue vocatur. Originem autem si penitus introspicias, ab iis quidem quos deseruit, *transfugam;* ab his ad quos profectus est, *perfugam* appellatum existimes.

'audiri fremitum equorum immensique et inconditi agminis murmur,' attulere. Igitur, propinquo summæ rei discrimine, explorandos militum animos[u] ratus, quonam id modo incorruptum foret,[1] secum agitabat: 'Tribunos[v] et centuriones læta sæpius quam comperta nuntiare; libertorum servilia ingenia; amicis inesse adulationem; si concio vocetur, illic quoque, quæ pauci incipiant, reliquos astrepere: penitus noscendas mentes, cum secreti et incustoditi, inter militares cibos, spem aut metum proferrent.'

13. Nocte cœpta egressus augurali,[w] per occulta et vigi-

renuntiavere, audiri hinnitum equorum et strepitum ingentis inordinatique exercitus. *Igitur imminente certamine, quo de summa belli transigeretur, introspiciendas militum mentes ratus, secum pensitabat, quanam ratione id sincerum et intemeratum foret:* Tribunos et centuriones sæpius afferre grata, quam certa; libertorum serviles mores animosque; amicis subesse assentationem; si exercitus convocetur, illic etiam, quæ pauci ordiantur, ceteros approbare et applaudere: prorsus explorandos animos, cum seorsim et inobservati, inter castrenses epulas, spem vel formidinem promerent.

Nocte inchoata cum exisset Augurali, per secreta et excubiis ignota, cum socio

1 Mallet Heinsius, *ferret*. Nihil mutandum. *Brotier.*

NOTÆ

[u] *Explorandos militum animos*] Sic Veget. III. 12. Ipsa die qua certaturi sunt milites, quid sentiant diligenter convenit explorare. Nam fiducia vel formido ex vultu, verbis, incessu, motibusque cernitur.

[v] *Tribunos*] Centuriones et tribunos, sive per negligentiam, sive ne ducis animum offendant, sæpius prospera nuntiare, quam vera et cognita: libertos servilia ingenia retinere, patronoque volentia potius dicere, quam utilia.

[w] *Egressus augurali*] In castris Romanis ad dextram Prætorii Auguraculum fuit, ubi duces auspicarentur, et ex pullis auguria captarent; quod Græcis οἰωνιστήριον est: sic et Tacito commemoratur *Auguralis ara* in castris Corbulonis l. XV.

Egressus] Noctis initio tabernaculo suo egressus per occultos tramites et vigilibus ignotos, uno tantum comitante, ferina pelle, quasi ex auxiliaribus Germanis esset, contectis humeris, adit, &c. *Freinsh.*

Augurali] Hyginus, ubi de Auguraculo, sic legendus est: 'Auguratorium parte dextra prætorii ad viam principalem apponemus, ut dux in eo augurium recte caperc possit: parte læva tribunal statuitur, ut augurio accepto insuper ascendat et exercitum felici auspicio alloquatur.' Romæ ad D. Joannis Lateranensis. TRAJANUS HADRIANUS. AUG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XX. IMP. II. COS. III. PP. AUGURATORIUM. DILAPS. ....

Tacitus ostendit, ita tabernaculo imperatoris adjunctum et continuatum fuisse *Augurale*, ut ignaris vigilibus e prætorio egredi potuerit. Nisi verius est a parte hac sanctiore et

NOTÆ

auspiciis, quæ unius imperatoris erant, totum prætorium *augurale* appellatum, atque ita hic a Tacito appellari: verba quidem id facile persuadeant. Cum enim dicit *egressum augurali* Germanicum *per occulta et vigilibus ignara*, non per *augurale*, innuit jam ante fuisse et tensionem habuisse in loco, qui augurale dicebatur. Et solitum veteribus, augustis ejusmodi locis, quo major inesset religio, a parte sanctiore nomina indere. Sic Capitolium quondam *auguraculum* dictum fuisse, Festus scribit: ‘ Auguraculum appellabant antiqui, quam nos arcem dicimus, quod ibi augures publice auspicarentur.’

Nescio anne et Quintilianus confirmet hanc sententiam, loco sæpius a viris doctis citato, sed non satis explicato: ‘ carmen funebre proprie *Nænia*, et tabernaculum ducis *Augustale*.’ An fuerat, *augurale*? Josephus constitutum inter media principum tabernacula prætorium, *ναῷ παραπλήσιον*, id est, *templo simile* fuisse ait. *Schelius.*

Augurali] *Prætorium*, seu tabernaculum ducis, potuit ævo Quintiliani, seu principum qui *Augusti* dicti, appellari *Augustale*; quod tamen non idem fuit cum *Augurali*, seu *Auguraculo*. Nam in parte dextra prætorii, seu *Augustalis*, positum fuit *Auguraculum*. Cum dicit Tacitus Germanicum egressum esse ‘ Augurali, per ignota et vigilibus ignara,’ simul innuit potuisse alia parte egredi tabernaculo, et *Auguraculum* illud fuisse adjunctum prætorio, veluti partem secretiorem tabernaculi, forte quasi sacellum aliquod, ex quo auspicia captaret, forte et quo sacra faceret. Nam ibi *ara* ut patet ex eodem Tacito l. xv. 30. ubi de fœdere inito cum Parthis et Tiridate: ‘ Addidit gloriæ Corbulo comitatem epulasque; et rogitante Rege causas, quoties novum aliquid adverterat, ut, &c. structam ante Augurale aram, subdita face accendi,’ &c.

Unde patet fuisse discrimen inter *Prætorium* et *Augurale*. Nam in prætorio, seu tabernaculo Corbulonis ducis celebrabantur illæ epulæ, at sacrificium fiebat in Augurali, ubi ara *face subdita* accendebatur; quamvis tamen *Augurale* pars forte esset prætorii, cui proxime adjunctum erat. Teste Varrone *prætorium* fuit testudinea forma, pæne in rotundum. Forte hac de causa Josephus illud cum templo comparat, quod templa pleraque rotunda, præcipue templum Hierosolymitanum. Aut etiam quod *Prætorium* eminebat mediis in castris, ut in urbe aliqua templum. Forte etiam, quia Religio ibi et pars sacrorum. Certe ibi *Augurale* fuit, ubi sacrificare et auspicari imperator solebat. In ara illa quæ in Augurali structa, solenniter libamenta aliqua illata et cremata quotidianæ religionis ergo. Igitur duo membra prætorii, nempe *Augurale* parte dextra, et *Tribunal* læva. Quod putat *Lipsius* capiendum pro intrantium ratione et aspectu venientium a *Decumana* porta.

Cum igitur concio haberetur apud illud tribunal seu apud principia, cum fœdus aut quid aliud solenne celebraretur, quod nunquam fere sine sacrificio et epulis fiebat, si spectes majestatem prætorii, Auguralis, tribunalis; si spectes aquilas vexilla, ceteraque signa legionum, legionesque ipsas tale tribunal cum summo honore circumdantes; si spectes imagines Deorum, heroum, et imperatorum, certe intueri videberis templum et certe longe majorem quam in templis magnificentiam honoremque. Quod magis patebit ex loco Tac. xv.

libus ignara, comite uno,[x] contectus humeros ferina pelle,[y] adit castrorum vias, assistit tabernaculis, fruiturque fama sui: cum hic ‘ nobilitatem ducis, decorem’ alius, plurimi ‘ patientiam, comitatem, per seria, per jocos eundem animum,’ laudibus ferrent, ‘ reddendamque gratiam in acie,’

uno, indutus humeros spolio ferino, init castrorum vias, astat tentoriis, et potitur existimatione sui: cum hic claritudinem Imperatoris, speciem *alius, multi* tolerantiam, civilitatem, inter seria et jocos æqualem mentem, *laudibus extolle-*

NOTÆ

29. ubi de fœdere Tiridatis, qui magni Regis frater: ‘ Magna utrimque specie, inde eques’ (Parthorum nempe) ‘ compositus per turmas et insignibus patriis; hinc agmina legionum stetere fulgentibus aquilis signisque et simulacris Deum, in modum templi. Medio tribunal sedem curulem, et sedes’ (curulis) ‘ effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Tiridates, cæsis ex more victimis’ (haud dubie ante augurale quod non procul a tribunali) ‘ sublatum capite diadema imagini subjecit.’

Vel si aliquo loco medio inter Parthos Romanosque structum illud tribunal, quod non esset pars prætorii Romani ducis; attamen eodem modo se habere debuit res, quo solebant talia fieri apud Romanos, et maxime quia ipsi Romani concedebant pacem et Armeniam Tiridati Regi.

[x] *Comite uno*] Intellige amicum aliquem ex illustribus. Non enim *Comites* vocantur servi aut liberti, aut aliqui e vulgo; sed nobiliores amici. Sic supra Tac. 1. 5. ‘ Rumor incesserat paucos ante menses Augustum, electis consciis et comite uno Fabio Maximo, Planasiam vectum,’ &c. Ubi distinguendum inter *conscios* illos et *comitem* unum. Nam conscii cujuscunque sortis fuere, *Comes* vero non nisi nobilis. Attamen Græci *Comites* dicuntur; sed quia docti illi et sapientiæ magistri, ideo inter claros et illustres censentur, ideoque et inter comites principum asciti; sed tamen tantum tertio loco, ut patet ex Suet. ubi de Tiberio, *Comes* sumitur etiam aliquando pro *Rectore* qui juveni apponitur: Virg. IX. ‘ Hic Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit, fidusque ad limina custos: Tum comitem Ascanio pater addidit.’

[y] *Ferina pelle*] Quare ferina pelle? Ut habitum mentiretur Germani, credo; qui plerumque pelliti. Germani autem multi non in castris solum, sed, ut opinor, inter ejus custodes. *Lipsius.*

Ferina pelle] Forte ut speciem imperatoris tegeret, et se unum e multis fingeret Germanicus. Frigido illo et atroci cœlo Germaniæ pelliti erant non modo Germani auxiliares, sed et ipsi Romani milites Germaniciani, id est, illo solo cœloque merentes caligæ, ut patet ex Tacito libris histor. Nec forte ob frigus tantum, sed etiam in terrorem hostium ferinas has pelles induebant; nec solummodo tales pelles cingebant Germaniciani, sed et quicunque alii milites Romani gerebant pellem ferinam, ita ut caput feræ caput militis tegeret, instar galeæ, in terrorem, cetera pellis in dorsum illius descenderet; quod sic expressit Virg. Æn. XI. ‘ Tigridis exuviæ per dorsum a vertice,’ &c. Et l. VII. ‘ Ipse pedes, tegmen torquens immane leonis, Terribili impexum seta, cum dentibus albis, Indutus capiti.’ Etiam apud Virgil. Evander sic de-

faterentur: simul, 'perfidos et ruptores pacis ultioni[z] et gloriæ mactandos.' Inter quæ unus hostium, Latinæ linguæ sciens, acto ad vallum equo, voce magna, 'conjuges et agros et stipendii in dies, donec bellaretur, sestertios centenos,[a] si quis transfugisset,' Arminii nomine pollicetur. Incendit ea contumelia legionum iras: 'veniret dies, daretur pugna; sumturum militem Germanorum agros, tracturum conjuges: accipere omen, et matrimonia ac pecunias hos-

rent, profiterenturque gratiam ei referendam in certamine; *simul* rebelles, et infractores fœderis vindictæ et decori illius immolandos. *Inter ea unus hostium, Latini sermonis peritus, admoto propius castra equo, Arminii verbis promittit, alta sublataque voce,* uxores, et prædia, et centum sestertios stipendii diurni, quamdiu bellum haberetur, si quis ad Germanos transiisset. *Irritavit ea injuria legionum animos:* adesset jam dies, committeretur prælium: capturum militem terras Germanorum, rapturum uxores; recipere omen, et uxores ac

NOTÆ

scribitur. 'Demissa ab læva pantheræ terga retorquens.' Et infra, 'quem fulva leonis Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.' Cujus habitus expressæ multæ imagines in Lipsii militia Rom. Non mirum igitur si talem habitum indnit Germanicus, ut qui agnosci nollet, et qui se unum e multis credi volnit.

[z] *Ultioni*] *Ultioni* suæ, nempe *militum, et gloriæ*, nempe *Germanici:* vel forte utrumque intelligi possit, nempe ultioni simul et gloriæ tum militum cum ipsius Germanici.

[a] *Sestertios centenos*] Sunt duo coronati et dimidius, seu septem libræ et insuper dimidia; hoc stipendium diurnum militi transfugienti promittebat, durante bello, et, bello confecto, *conjuges et agros*, nempe tanquam commoda et præmia emeritæ militiæ.

Sestertios centenos] Æquo nummis imperialibus tribus cum sesquiuncia. Vide supra I. 75. quæ certe summa prægrandis fuerit, et Germanis vix persolvenda. *Freinshemius.* Intellige aureum Romanum; (confer. hist. I. 24. et Suetonium Othone cap. 4.) 25. denarios, nostros imperiales vel unciales tres ipsos, Philippos duos et dimidiatum. Genera autem ista nummorum et copiam quin ab ipsis acceperint dubitare nefas. Nam ut integræ cohortes aut manipuli transirent, qui numero suo difficilem solutionem facere possent, ne Arminius quidem speravit. *Gronovius.*

Centenos] Dubitant an potuerit, an etiam velle potuerit Arminius tantam pecuniam solvere. Multa sic promittuntur in augustiis belli, quæ postea exsolvuntur eo modo et ea fide qua promittuntur. Sic Xenophon de Cyro juniore: 'Scripsit Lacedæmoniis, hortatusque est, ut sibi opem ferrent, mitterentque viros militares, quibus se daturum dicebat, si pedites sint, equos, si equites, currus, si villam habuerint, vicos, si vicos, urbes; stipendium vero non numero, sed mensura datum iri secum in expeditionem euntibus.'

Sic Frontinus IV. 'M. Cato pollicentibus barbaris duces itinerum, et insuper præsidium, si magna summa eis promitteretur, non dubitavit polliceri: quia aut victoribus ex spoliis hostilibus poterat dare, aut interfectis exsolvebatur promissio.'

tium prædæ destinare.' Tertia ferme vigilia[b] assultatum est castris, sine conjectu teli, postquam crebras[c] pro munimentis cohortes et nihil remissum sensere.

14. Nox eadem lætam Germanico quietem tulit: viditque[1] se operatum,[d] et sanguine sacro[2] respersa prætexta,[e] pulchrio-

opes hostium in prædam spe et animo præsumere. *Tertia fere vigilia insultatum est vallo, sine jactu missilium, postquam animadvertere confertum et frequentem pro castris militem, et nihil neglectum aut incustoditum.*

Eadem nocte grata Cæsari species in somnis obversata est: conspexitque, aut conspexisse visus est, *cum rem divinam fecisset, cruore sacro perfusa prætexta, specio-*

---

1 Muretus delet *que*. Acidalius et Heinsius emendant, *vidit quippe*. Vulgatam scripturam merito defendit Ernestus. Sicque Tacitus infra cap. 59. *levavitque*. *Brotier.*—2 Ms. Flor. *sanguine sacri*. Non inepte. At melius libri

NOTÆ

Sic et Julianus imperator, ubi de Tyranno qui fratrem Constantii interfecerat: ' quibus et omnia in prædam expositurum minabatur, daturum se tribunum tribuno, centurionem centurioni, et militem militi ex adversis partibus, cum opibus, vasis, et sarcinis, neque vel corpus ipsum liberum relinquebat.'

[b] *Tertia ferme vigilia*] Hoc est, a sexta hora noctis. Suidas dictione Προφυλακὴ, quatuor esse vigilias, seu φυλακὰς, tradit in nocte, quarum unaquæque tres horas habet. De his Virgilius: ' et noctem custodia ducit.' Alciatus. Id est, post sextam horam noctis: nam quælibet nox in quatuor dividebatur vigilias, hyeme longissimas, æstate brevissimas. Unaquæque tres horas continebat, cum perpetuo duodecim diei, duodecim noctis horæ apud antiquos essent, *inæquales* seu *planetariæ* ab Astronomis appellatæ. Lucan. l. v. ' Jam castra silebant. Tertia jam vigiles commoverat hora secundos.' Vigiliæ vero clepsydra æqualiter distinguebantur. Veget. III. 8. ' In quatuor partes ad clepsydram sunt divisæ vigiliæ.' *Pichena.*

[c] *Postquam crebras*] Quia firmas ante munimenta stationes omniaque intenta atque instructa videbant, sine conjectu teli recesserunt.

[d] *Viditque se operatum*] Operandi verbum, ad sacra. Tibullus: ' Tunc pubes operata Deo.' Curtius: ' Per dies decem Libero patri operatum habuit exercitum.' Restitue apud Livium, l. x. ' Dum hostes operati superstitionibus, concilia secreta agunt, Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit.' Quod ait, *respersam prætextam*, scire licet pontifices, immo sacerdotes omnes, cum Diis facerent, *prætexta* usos. Germanicus autem Augur. Lampridius in Alexandro: ' Accepit prætextam etiam cum sacra faceret, sed loco pontificis maximi, non imperatoris.' Appianus l. I. bell. Civil. Οὕτως μὲν Ἀσελλίων στρατηγῶν τε καὶ σπένδων, καὶ ἱερὰν καὶ ἐπίχρυσον ἐσθῆτα ὡς ἐν θυσίᾳ περικείμενος, ἀμφὶ δευτέραν ὥραν ἐσφάζετο ἐν ἀγορᾷ μέσῃ παρὰ ἱεροῖς: *Sic quidem Asellio prætor cum rem divinam faceret, sacra aurcaque veste indutus, ut in sacrificio, circa secundam horam* (quæ octava nostro more) *medio in foro inter sacra occisus est.*

Quintilianus declamat. CCCXL. ' Ego vobis allego etiam ipsum illud sacrum prætextarum, quo sacerdotes velan-

rem aliam manibus aviæ Augustæ accepisse. Auctus omine,

siorem aliam sibi traditam ab avia Augusta. Firmatus auspicio, et secundis avibus,

NOTÆ

tur, quo magistratus: quo infirmitatem pueritiæ sacram facimus ac venerabilem.' Spartianus in Hadriano: 'Natali suo ultimo cum Antoninum commendaret, prætexta sponte delapsa caput ei operuit.' Ubi corrigo, *aperuit:* quia sacrificabant capite velato. Adi et Zosimum l. IV. ubi delata ad Gratianum Christianum principem prætexta pontificia, et spreta. Ab hac mente Plinius placari purpura Deos scripsit, respiciens scilicet ad prætextam l. IX. 'Distinguit ab equite curiam, Dis advocatur placandis, omnemque vestem illuminat.' *Lipsius.*

e *Sanguine sacro respersa prætexta*] l. II. 14. Mirari subit quod Tacitus læto omini tribuat, respersum esse imperatorem sanguine victimæ. Quippe alii auctores Dio et Suetonius, id funestum tradunt. Dio l. XLVI. Pansæ cladis, et exitii reipub. libertatisque omen fuisse dicit, quod inter sacrificandum prætexta consulis cruentata esset. 'Interim prodigia non vilia urbi, ipsique consuli Vibio Pansæ evenerunt,' &c. 'In sacris quæ initio belli haberi consueverunt, exta ab auspicibus propter multitudinem sanguinis dijudicari nequivere: interimque puniceam ei quidam vestem afferens, in effuso cruore lapsus, casu suo vestem contaminavit,' &c. Et Suetonius de Caligula LVII. 'Prodigiorum loco habita sunt etiam, quæ forte illo ipso die, paulo prius acciderant. Sacrificans respersus est Phœnicopteri sanguine.' Hoc, puto, discrimen est inter illa omina Pansæ consuli, Caligulæ, et Germanico oblata, quod in somnis et per quietem vidit Germanicus *se* Diis *operatum*, et sanguine sacro respersam esse prætextam, sed simul etiam vidit se 'pulchriorem aliam' vestem 'manibus aviæ Augustæ accepisse,' quod bono omini fuit, quod faustam et lætam ipsi quietem attulit.

At vero Vibius Pansa consul, non in somnis, sed revera vidit ipsissimis oculis inter cruenta bella civilia, puniceam et consularem vestem cruore respersam et contaminatam, quod omen fuit exitii reipub. et libertatis et ipsius consulis et consulum. Nam in consulibus sita respub. et libertas videbatur: cæso et oppresso consule et consularibus insignibus fœdatis pollutisque, simul oppressa respub. extincta libertas visa est; quod et statim contigit, evecto supra rempub. Cæsare Octaviano per bella civilia.

Idem dici potest de Caio principe, qui 'sacrificans respersus est sanguine' victimæ. Id enim omen fuit cædis illius, et cito fundendi sacri et divini sanguinis: se enim inter Deos immortales ascribebat Caius, qui ne quidem inter mortales esse ad unum illum diem debuit. At contra Germanicus lætum omen accepit 'sanguine sacro respersa prætexta,' quia 'pulchriorem aliam manibus aviæ Augustæ accepisse' visus est. Quod intelligi debet de *veste triumphali* (nam illo omine victoria ei portendebatur) quæ vestis longe speciosior, quam prætexta; et certe imperatores deponebant prætextam consularem, ut triumphalem assumerent, et transacto triumpho prætextam resumebant, quæ vestis magistratuum fuit. Unus Marius veste triumphali senatum ingredi ausus est.

addicentibus auspiciis,[o] vocat concionem, et, quæ sapientia prævisa,[3] aptaque imminenti pugnæ, disserit: ‘ Non campos modo militi Romano ad prælium bonos, sed, si ratio[f] adsit, sylvas et saltus: nec enim immensa barbarorum scuta, enormes hastas, inter truncos arborum et enata[4] humo virgulta perinde haberi, quam pila et gladios et hærentia[g] corpori tegmina: denserent[5] ictus, ora mucronibus[h] quærerent: non loricam Germano, non galeam; ne scuta quidem ferro nervove[i] firmata, sed viminum textus,[j] sed tenues, fucatas[6]

convocat exercitum apud principia: *memorat quæ prudentia* sua *prævidisset, quæque opportuna* essent *impendenti discrimini:* Non plana solum legionibus Rom. ad pugnam opportuna, sed, si mens adsit et prudentia, sylvas saltusque; nec enim ingentia Germanorum scuta, prægrandes frameas, inter stipites arborum, et prominentes e terra surculos, æque facile regi circumagique, ac pila et enses, atque aptas membris loricas: crebra ingererent tela, faciem gladiis peterent; non loricam barbaris, non cassidem; ne quidem clypeos ferro aut nervo munitos, sed contextos solo vimine, vel exiles, et coloribus

---

editi. *Brotier.*—3 Freinshemius, Ryckius, Heinsius, et Ernestus mallent, *provisa.* Nihil tamen mutaverim. Præviderat Germanicus immensa barbarorum scuta, enormes hastas, inter truncos arborum et virgulta, male tractari; densandos ictus, ora mueronibus quærenda. Immo Heinsius, *sapienter provisa. Botier.*—4 *Elata* pro *enata* Heinsius legit.—5 Vulgo *densaverut:* at Ms. Flor. *denserent.* Non quidem inusitatum verbum, *denseo.*—6 Gronovius *sed tenuis et fucatas:* Ryckius et Homerus *vel tenues et fuc.*

NOTÆ

[o] *Addicentibus auspiciis*] Cum pullarii etiam læta auspicia renuntiarent. De pullis proprie intelligenda hæc sunt *auspicia:* quæ præsertim ubi prælium instabat, solenniter consulebantur Florus II. 2. ‘ A Diis ipsis superatus est, quorum auspicia contemserat, quod pugnare ab his vetaretur.’ Livii locus egregius est X. 40. ‘ Tertia vigilia Papirius silentio surgit, et pullarium in auspicium mittit:’ et deiuceps toto capite. Possent et alia multa in hanc rem afferri, si hoc ageremus; aut ulteriore probatione indigeret expositio nostra. *Freinsh.*

[f] *Ratio*] Modo sciat arma consilio temperare.

[g] *Gladios et hærentia*] Gladiique breves et habiles, et munimenta ad modum corporis facta, eique appressa et inhærentia.

[h] *Ora mucronibus*] Quia nempe nuda et intecta capita barbarorum: addit Tacitus, ‘ non loricam Germano, non galeam,’ &c.

Ora mucronibus quærerent] Sic Cæsar Julius in acie Pharsalica hortabatur militem, ut peteret vultus. Nam intecta illa pars quidem, sed sensu multo multum prædita, et in qua totus homo sit.

[i] *Nervove*] Quod ait, ‘ non nervo firmata scuta,’ id est, non corio, non tergore boum munita. Erant autem scuta composita ex ligno et corio et ære, Ovidius Metam. XII. ‘ Quod et æs et proxima rupit Terga noveua boum.’

[j] *Sed viminum textus*] Nonius ex Sallustio hist. l. IV. ‘ Soliti nectere

colore,[k] tabulas: primam utcumque aciem hastatam; ceteris præusta aut brevia tela:[l] jam corpus, ut visu torvum et ad brevem impetum validum, sic nulla vulnerum patientia: sine pudore flagitii,[m] sine cura ducum, abire, fugere: pavidos adversis; inter secunda non divini, non humani juris memores. Si tædio viarum ac maris finem cupiant, hac acie parari: propiorem jam Albim, quam Rhenum; neque bellum ultra: modo se, patris patruique vestigia prementem, iisdem in terris victorem sisterent.' Orationem ducis secutus militum ardor: signumque pugnæ datum.

15. Nec Arminius aut ceteri Germanorum proceres omittebant suos quisque testari: 'Hos esse Romanos, Variani exercitus fugacissimos,[n] qui ne bellum tolerarent, seditionem induerint: quorum pars onusta vulneribus[o] terga,[1] pars

infectas tabulas: primos utcumque ordines lanceis armatos, aliis esse hastas præustas, aut breves. Præterea corpus, ut specie atrox, et ad brevem insultum strenuum seu violentum, sic nulla plagarum tolerantia: sine pudore aut metu probri, sine reverentia erga duces, abscedere prælio, et terga vertere: trepidos improsperis; inter prospera, divinum humanumque fas perinde proculcantes. Si molestiæ itinerum ac Oceani exitum velint, hoc prælio haberi posse; jam viciniorem Albim, quam Rhenum; neque bellum posthac amplius futurum, modo se parentis sui Drusi patruique Tiberii vestigiis insistentem, iisdem in regionibus victorem statuereut. *Concionem Imperatoris excepit alacritas legionum; et signum prælii datum.*

Nec Arminius, aut alii principes Germanorum negligebant hortari suos quisque: Hos esse Romanos a Variana clade maxime in fugam pronos, qui, ne bellum sustinerent, discordiam moverint: quorum alii plagis mutili, rursus tergum

1 Muretus et Acidalius emendant, *onustum vulneribus tergum*, vel *onusta*

NOTÆ

ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ad eam artem, se quisque in formam parmæ equestris armabat.' Virg. Æn. VII. 'Flectuntque salignas Umbonum crates.' Ubi Servius de Lucanis loquens: 'De pecore coria recens detracta, quasi glutino adolescebant.'

[k] *Fucatas colore*] Tac. Germ. VI. 'Scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt: paucis loricæ, vix uni alterive cassis aut galea.'

[l] *Brevia tela*] Tac. Germ. VI. 'Rari gladiis, aut majoribus lanceis utuntur. Hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt, angusto et brevi ferro; sed ita aeri et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent.'

[m] *Sine pudore flagitii*] Germ. VI. 'Cedere loco, dummodo rursus instes, consilii quam formidinis arbitrantur.'

[n] *Fugacissimos*] Nec opus est ut hos Romanos metuatis, qui nisi fugacissimi essent, non essent superstites; quippe cum Varo fortissimum quemque occidimus, et hi ignavi timidique fuga salutem quæsiverunt.

[o] *Quorum pars onusta vulneribus*] Sic

fluctibus et procellis fractos artus, infensis rursum hostibus, adversis Diis[2] objiciant, nulla boni[3] spe: classem quippe et avia Oceani quæsita, ne quis venientibus occurreret, ne pulsos premeret: sed, ubi miscuerint manus, inane victis ventorum remorumve subsidium. Meminissent modo avaritiæ, crudelitatis, superbiæ:[4] aliud[5] sibi reliquum,[p] quam tenere libertatem, aut mori ante servitium?'

16. Sic accensos et prælium poscentes in campum, cui

objiciant infestis hostibus; alii undis et tempestatibus lacerata membra iterum infensis pelagi numinibus exponant, nulla spe melioris sortis. Quippe paratam classem, et petita avia Oceani, ne quis obviam iret accedentibus, ne quis proturbatis instaret; sed statim atque ipsi pugnam conseruerint, inutile fore profligatis hostibus subsidium ventorum remorumve: jam tantummodo recordarentur avaritiæ, sævitiæ, et superbiæ Romanorum; et nihil aliud sibi superesse, quam tueri libertatem, aut perire ante servitutem.

Sic incitatos et pugnam postulantes milites *ducunt in planitiem, quam Idista-*

---

vulneribus terga. Latine quidem. At verior, et ad Taciti stylum accommodatior Ernesti sententia, intelligendum esse, *sit*, vel *sint*.—2 Ita Ms. Flor. Beroaldus, aliique veteres. Perperam Edit. Gryph. *adversis odiis*.—3 Ernestus dubitaverat de Latinitate dictionis *spes boni*, malueratque *bonâ spe*. Cujus opinionem cum vere repudiassent Bipontini, debebant vulgatam tueri, neque ad contortam ratiunculam confugere, qua *boni* sumatur in nominativo pluralis. *Brotier*.—4 In hoc loco deest aliquid post τὸ *superbiæ*. Et forte desideratur particula *nec*, legendumque, ut Valens Acidalius voluit; *nec aliud sibi reliquum*, &c. sensu optimo; pendent enim hæc a verbo *meminissent*. Ursinus in codice manuscripto, quo se usum testatur, ait fuisse: *quid aliud sibi reliquum*. Sed cum ita non sit in archetypo (Beroaldi enim Ed. a vulgata non abit), et reliqui qui Corbeiensem codicem videre hic nullius mutationis faciunt mentionem; suspicor illud *quid* a Jucundo Veronensi, cujus manu Fulvii codex exaratus fuit, inter describendum additum. *Ryckius*.—5 Frustra Rhenanus, *nihil*, vel *non aliud*. Heinsius, *haud*. Lipsius, *an*. Ursinus e fictitio suo Ms. codice, *quid*. Grotius, *aliud quid*. Brotier.

NOTÆ

intellige, *quorum pars onusta vulneribus tergum* infensis rursum hostibus, supple, *objiciant*, *pars fluctibus et procellis fractos artus* adversis Diis, item objiciant, nulla boni spe. Sic etiam intelligi possit: quorum alii onustum vulneribus tergum, alii fluctibus et procellis fractos artus iterum infensis hostibus, et adversis Diis objiciant, nulla salutis aut victoriæ spe.

Onusta vulneribus] Pars onusta vulneribus in fuga tergo exceptis, pars fluctibus et procellis debilitatos artus trahens, iterum infensis hostibus, adversis Diis se objiciunt, nulla eventus boni spe, nec suarum virium fiducia. Quod ipsi satis confessi sunt, dum navibus conscensis per avia maris furtim illapsi sunt, ut vitarent occursum nostrum; et si occurrissemus, tuto refugere possent, quanquam si semel ad manus venerimus, longe ipsis ventorum remorumque auxilium erit.

[p] *Aliud sibi reliquum*] Lege *nil aliud sibi reliquum*; τὸ *nil*, seu *nihil*, periit propter similitudinem syllabæ sequentis in voce *aliud*.

Idistaviso nomen,[q] deducunt. Is medius inter Visurgim et colles, ut ripæ[r] fluminis[1] cedunt, aut prominentia montium resistunt, inæqualiter sinuatur: pone tergum insurgebat sylva, editis in altum ramis, et pura humo[s] inter arborum truncos. Campum[t] et prima sylvarum barbara acies tenuit: soli Cherusci juga insedere, ut præliantibus Romanis desuper incurrerent. Noster exercitus sic incessit: auxiliares Galli Germanique in fronte: post quos pedites sagittarii: dein quatuor legiones, et cum duabus prætoriis cohortibus ac delecto equite Cæsar: exin totidem aliæ legiones et levis armatura, cum equite sagittario, ceteræque sociorum

visum vocant. Ea sita inter Visurgim et montes, ut littora amnis abscedunt, aut juga montium imminent, varie flectitur: a tergo attollebatur saltus, elatis in sublime ramis et nudo solo inter stipites arborum. Exercitus Germanorum occupavit hanc planitiem et oram saltuum: soli Cherusci colles tenuere, ut desuper inraderent pugnantes Romanos. Nostrum agmen sic incessit: socii Galli et Germani in primis ordinibus; post eos pedestres sagittarii: exin quatuor legiones, et Germanicus cum duabus cohortibus prætorianorum, et robore equitum; postea quatuor aliæ legiones, et levis armaturæ miles, cum equestribus sagittariis, et ceteræ cohortes auxiliarium.

1 Male Freinshemius, *flumini*. Ripæ fluminis cedunt, ubi sinuantur.—

NOTÆ

[q] *Idistaviso nomen*] Ea loca in peregrinatione vidi, et vel scriptoris hujus causa curiosius lustravi. Animus autem mihi dicit, hunc ipsum campum esse, qui infra Bremam, mare versus, pulchre lateque se pandit, inter flumen et colles saltusque circumjectos. Non potest esse aptior pugnæ magnæ planities, et pro Taciti hic descriptione. Distat ab oppido *Brema* duobus circiter Germanicis milliaribus, circa pagum, qui *Vegesackus* dicitur. *Lipsius.*

[r] *Ut ripæ fluminis*] Campus inæqualiter flexus, et secundum fluminis cursum tortuosus, quod alibi ripas exedens, alibi montium objectu repulsum inæquales sinus efficit.

[s] *Pura humo*] Id est, nuda humo, et sine herba. Columell. l. VI. 'Cum ille quam maxime subacto et puro solo gaudeat, hic novali graminosoque.' *Purus locus* opponitur *inædificato* apud Jurisconsultum l. ult. de pign. act. Sic *pura vestis*, in qua nihil attextum: *purum argentum*, in quo nil cœlatum: *pura charta*, in qua nil scriptum: *pura hasta*, in qua ferrum nullum.

Pura humo] Id est, nullis virgultis, dumis, aut vepribus infesta, cui opponitur quod habet Virgil. l. IX. 'Sylva fuit late dumis atque ilice nigra Horrida, quam densi complerant undique sentes.' Alibi idem Virg. 'Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.'

[t] *Campum*] Eum ergo campum, ejusque sylvæ principium Germanorum acies insedit.

cohortes. Intentus paratusque miles, ut ordo agminis[u] in aciem assisteret.[2] [v]

17. Visis Cheruscorum catervis, quæ per ferociam proruperant, validissimos equitum incurrere latus, Stertinium cum ceteris turmis circumgredi, tergaque invadere jubet, ipse in tempore affuturus. Interea pulcherrimum augurium,[w] octo aquilæ,[x] petere sylvas et intrare visæ, Imperatorem

Ita intentus compositusque exercitus, ut, quo incesserant ordine, eodem in prælio starent.

Ut vidit Cæsar catervas Cheruscorum, quæ per audaciam incurrerunt, jubet lectissimos equitum a latere irrumpere, Stertinium circumvenire, cum ceteris turmis equestribus, *et a tergo incurrere; ipse ubi expediret, subventurus. Interea lætissimum auspicium* oblatum. *Conspectæ octo aquilæ volitantes ineuntesque*

---

2 Ita editiones veteres, Ernestus, et recentiores. Alii distinguunt, *ut ordo agminis, in aciem assisteret.* Frustra tentat Lipsius, *ut ordo agminis, in aciem astitere. Brotier.*

NOTÆ

[u] *Ut ordo agminis*] 'Ut ordo agminis in aciem assisteret,' hoc est, pro se quisque intentus ac paratus, ut, sicunde apparuisset hostis, aut signum dux daret, omne agmen presso pede staret, acie structa, vel ad excipiendum, vel ad invadendum hostem. Sic infra: 'hic pedes astitit.' *Assistere in aciem* est incessum sistere atque inhibere formata acie, vel ita ut stent in gradu milites ad præliandum. Genus quoque loquendi haud vulgare. 'Ut assisteret in aciem,' id est, ut assisteret fieretque acies, vel, essetque stabilis et firma acies. Sic Apuleius l. III. 'fixus in lapidem steti gelidus,' ex certa Mich. Piccarti emendatione: et l. IV. 'jacens in mortuum.'

[v] *In aciem assisteret*] Sic et Tibullus in Panegyrico Messalæ, ut restituit Salmasius. 'Jam simul audacis veniunt certamina Martis, Adversisque parant acies concurrere signis. Tunc tibi non desit faciem componere pugnæ, Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen.'

[w] *Pulcherrimum augurium*] Id victoriæ signum interpretatus exclamat, irent propere milites sui, sequerenturque, veluti duces divinitus oblatos, has aves proprie Romanas, quæ a legionibus inter numina colerentur.

[x] *Octo aquilæ*] Miratur id factum Lipsius, cum haud temere in illis Germaniæ locis aquilæ videantur. Non tamen dubito avem istam regiam in Hercynia habitasse. Plin. x. 47. 'in Hercynio Germaniæ saltu inusitata genera alitum accepimus.' Sane tunc ipsam Hercyniam aperuerat Germanicus, qua ad Cheruscos usque pertinebat. De eo duce Florus l. IV. 'Invisum atque inaccessum in id tempus Hercynium saltum patefecit.' *Colerus.*

Non crediderim tamen visas a Germanico aquilas fuisse, ex eo genere, quod γνήσιον vocatur; quippe Germania, uti Rhodos, veras aquilas non habet; sed fuisse *Pygargos*, aquilæ genus, quale in eduliis absumunt Belgæ, et nos vidimus Antverpiæ sæpe, in tabernis Dulciariorum pendentes: quas vocant *aren*. Pygargos autem in eduliis fuisse, olim etiam apud Romanos, ut apud Germanos, Juvenalis scribit: 'Lepus atque aper

advertere:[1] exclamat, 'Irent, sequerentur Romanas aves, propria legionum Numina.'[y] Simul pedestris acies infer-

sylvas, Cæsaris oculos in se vertere. Succlamat, Pergerent, sectarentur Romanas volucres, veros legionum Deos; *eodemque tempore pedestre agmen irrumpit, et*

1 Emendebat Cl. Erric. Memmius, *imperato rem advertere*. Quod prorsus inutile, licet a Lambino laudatum in notis ad Æmilium Probum, p. 446.—

NOTÆ

atque pygargus.' Interpres tamen Juvenalis accipit eo loci, pro *fera cervo simili*. Nam pygargus ut aquilarum, ita etiam species est caprarum. Plin. VIII. 53. *Aurelius.*

Aquilæ] Hisce et similibus occasionibus tibi fingere animo debes idem, vel quid simile cum eo, quod eleganter narrat Appianus, de Scipione Afric. in historiis Hispanicis. 'Cum rem,' inquit, 'divinam fecisset Scipio, statim post sacrificium, in obsequium trahere volens exercitum, tum vultu et specie compositus, quasi divino spiritu afflatus esset, dicebat venire et sibi adesse numen consuetum, vocareque in hostes; oportere vero confidere Deo magis, quam numero militum: etenim se res antea gessisse, magis fretum auxilio numinis, quam multitudine. Et in fidem eorum quæ dicebat, hariolos seu haruspices afferre in medium sacra et victimas jubet, simulque videt quasdam aves volantes, quas cum impetu et clamore, eo conversus, ostendebat, dicebatque ea ostenta, signa victoriæ sibi Deos misisse. Et commovebatur ad hæc divino quodam modo, hinc aspiciens et clamans: simul et universus exercitus ad tales ejus visiones, seu phantasias pariter commotus, hinc et illinc se convertebat, et sic omnes velut ad certam victoriam incitabantur.' Talia ipsi duces fingebant vel ab aliis fingi gaudebant: talia videre sibi videbantur, superstitione et miraculo; vel sic videri vulgo ultro approbabant.

[y] *Legionum numina*] Ita alibi: 'Mox conversus ad signa et bellorum Deos.' Dionysius, de iisdem Τιμιώτατα γὰρ Ῥωμαίοις ταῦτα ἐπὶ στρατείας, καὶ ὥσπερ ἱδρύματα θεῶν ἱερὰ νομίζονται· *Venerandæ ut cum maxime signa Romanis in bello, et tanquam simulacra Deorum sacra reputantur.* Adeo autem signa pro Diis habita, uti per ea miles juraret. Livius l. VI. 'Obstringere perjurio non se solum summque caput, sed signa militaria et aquilas, sacramentique religionem.'

Tertullianus: 'Religio Romanorum tota castrensis signa veneratur, signa jurat, omnibus Diis præponit.' Exemplum hujus sacramenti egregium apud Lucan. l. I. ubi Lælius Cæsari 'per signa decem felicia castris, Perque tuos juro, quocumque ex hoste triumphos.' Immo et adorata ea. Disce e Sozomeno Eccles. hist l. I. c. 4. ubi de Labaro Σημεῖον δὲ τοῦτο τιμιώτατον, καθότι ἀεὶ τοῦ βασιλέως ἡγεῖσθαι, καὶ προσκυνεῖσθαι νενόμισται παρὰ στρατιωτῶν: *hoc signum venerabile maxime, quia et principem antecedere, et adorari etiam a militibus solebat.*

Exemplum credo esse a Persis, quibus in militia, Aquila præcipuum et regale signum. Xenophon de expeditione Cyri l. I. 'Erat autem signum aurea aquila in longa hasta sus pensa; et nunc etiam id insigne Persarum Regibus manet.' Sed diversa tamen ea paulum ab aquila Romanorum. Nam hæc non aliud, quam modica ex argento aquila, quæ summæ hastæ insistebat, alis expansis, pede fulmen aureum tenens.

Ita præter M. Antonii nummos,

tur, et præmissus eques postremos ac latera impulit: mirumque dictu, duo hostium agmina, diversa fuga, qui sylvam tenuerant, in aperta, qui campis astiterant, in sylvam ruebant: medii inter hos Cherusci collibus detrudebantur: inter quos insignis Arminius manu, voce, vulnere sustentabat pugnam: incubueratque sagittariis, illa rupturus,[2] ni Rætorum Vindelicorumque[z] et Gallicæ cohortes signa objecissent: nisu tamen corporis et impetu equi pervasit, oblitus faciem suo cruore, ne nosceretur: quidam, ' agnitum a Chaucis, inter auxilia Romana agentibus, emissumque' tradiderunt. Virtus seu fraus eadem Inguiomero effugium dedit: ceteri passim trucidati: et plerosque, tranare Visurgim conantes, injecta tela,[a] aut vis fluminis, postremo moles ruentium[b] et incidentes ripæ[c] operuere.

præire jussus eques postremum agmen hostium *ac latera perturbavit; et mirum effatu, duæ hostium acies dispari fuga, qui soltum insederant,* prorumpebant *in planitiem, et qui in planitie instructi erant, in saltum rucbant. Cherusci inter illos positi montibus depellebantur; inter quos Arminius conspicuus dextra, clamore, et cruore sustinebat aciem; ingrueratque sagittariis, hac viam facturus, nisi cohortes Rhætorum et Vindelicorum Gallorumque arma opposuissent: vi tamen et robore corporis, atque impressione equi perrupit, cum vultum suo sanguine obduxisset, ne agnosceretur. Nonnulli scripsere* cognitum a Chaueis inter socios Romanorum merentibus et dimissum fuisse. *Fortitudo seu dolus idem Inguiomero fugiendi copiam præbuit. Alii undequaque interfecti, et multos, cum trajicere Visurgim niterentur, obruere immissa tela, aut violentia amnis, denique pondus ingruentium, et* fatiscentes *cadentesque ripæ. Nonnulli fædo effugio in ardua*

2 Muretus et Ursinus mallent *erupturus*. Nihil mutandum. *Brotier.*

NOTÆ

etiam Dio describit l. XLIII. ubi de prodigiis ante pugnam Mundensem: ' Aquilæ legionum ejus, alas concutientes, et fulmina, quæ nonnullæ earum aurea pedibus tenent, abjicientes, Pompcio exitium palam denuntiabant, ipsæque ad Cæsarem quasi avolabant.' Dixi modicam fuisse. Collige ex his Flori verbis l. IV. ' Tertiam aquilam signifer, priusquam in manus hostium veniret, evulsit, mersamque intra baltei sui latebras gerens, in cruenta palude delituit.' Neque enim baltei latebris tegi potuisset aquila admodum magna.

[z] *Rætorum Vindelicorumque*] Rætia pars Illyrici Occidentalis, divisa fuit in *Rætiam* proprie dictam, et *Vindeliciam* provincias: hodie partes circulorum *Sueviæ* vel *Souabe*, *Bavariæ*, et *Austriæ*, cum regione *Grisonum*, in Allemania. *Tillemonius.*

[a] *Tela*] Telis ex ripa conjectis confossi.

[b] *Moles ruentium*] Dum in adversam ripam conferti ac festinantes enituntur, molem non ferentibus ripis, unaque cum ipsis corruentibus, tecti oppressique sunt.

Moles ruentium] Potuerunt duplici modo opprimi, vel mole ruentium hominum vel incidentium riparum, et forte utraque simul mole.

[c] *Ripæ*] De utraque ripa citeriori

Quidam turpi fuga in summa arborum nisi, ramisque se occultantes, admotis sagittariis, per ludibrium figebantur: alios prorutæ[e] arbores[d] afflixere. Magna[f] ea victoria, neque cruenta nobis fuit.

18. Quinta ab hora diei[g] ad noctem cæsi hostes decem millia passuum cadaveribus atque armis opplevere; repertis inter spolia eorum catenis,[h] quas in Romanos, ut non dubio

arborum ascendentes, et ramis se abscondentes, immissis sagittariis, per risum percutiebantur; cæsæ arbores alios stravere. Ingens ea victoria et nobis incruenta fuit.

Hostes trucidati a quinta hora diei ad noctem, constravere decem millia passuum corporibus armisque; inventis vinculis inter sarcinas illorum, quæ attulerant in

NOTÆ

et ulteriori intelligi possit.

[d] *Alios prorutæ arbores*] An securibus arbores cædebant, ut eos qui ascendissent ad terram eliderent? vix credam. Brevius fuit sagittis confodere. Ego existimo arbores, seu potius crassiores ramos, pondere hominum confractos, homines in ruinam traxisse et afflixisse. *Pichena.*

Prorutæ omnino sunt *Succisæ:* idque probat partim vis verbi, de qua ad l. I. 68. partim exempla similia. Dio. l. XXXVI. Συχνοὶ δὲ καὶ κατὰ τὰς ὕλας σκεδασθέντες, ἡμέρας μέν τινας ἀπὸ τῶν δένδρων ὑπερυψήλων ὄντων ἀποτοξεύοντες διεγένοντο, ἔπειτα δὲ καὶ οὗτοι ὑπυτμηθέντων τῶν δένδρων ἐφθάρουσαν· *Multi vero in sylvas dispersi, per aliquot dies ab excelsis arboribus tela immittebant, sed hi postea, cæsis arboribus, interfecti sunt.*

In hunc quoque usum militi Romano secures in promtu, ut videre est, An. III. 46. Simile intutum suffugium cuidam dat Silius l. VII. 'Per dumos miser in vicina cacumina quercus Repserat, atque alta sese occultabat in umbra Nampsicus, insistens tremulis sub pondere ramis.'

[e] *Prorutæ*] Sic dixit Virgilius libro X. 'arbustaque dirnta ripis.' Liv. l. IX. 37. 'Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum proruendum, fossasque implendas.' Infra: 'Proruto vallo crupit acies.'

[f] *Magna*] Cum enim pugna duabus circiter aute meridiem horis cœpta esset, usque ad noctem continuata cædes.

[g] *Quinta ab hora diei*] Non, ut apud nos, a media nocte ad mediam æquales quatuor et viginti horæ computabantur, sed quælibet dies in horas duodecim æquales, atque in totidem quælibet nox, brevis an longa foret, dividebatur. Sic eveniebat, ut meridies semper incideret in horam sextam; a quinta autem, pro ratione dierum, longius aut propius abesset. Quæ autem hic narrantur, gesta videntur mense Junio, quo, cum dies his locis ferme sit 16. horarum, quinta cœpit cum altero triente decimæ nostræ.

[h] *Repertis catenis*] Fecit idem M. Antonius apud Florum lib. III. qui 'Cretam invasit cum ingenti quidem victoriæ spe atque fiducia, adeo ut plures catenas in navibus quam arma portaret.' Fecit Flaminius, in Polybio lib. III. qui suos ita vanitatis implevit, 'ut plures essent qui ἁλύσεις καὶ πέδας, καὶ τοιαύτην παρασκευὴν ferrent, quam qui arma.' Sed utriusque

eventu, portaverant. Miles in loco prælii Tiberium Imperatorem[i] salutavit,[j] struxitque aggerem, et in modum tropæ-

Romanos, tanquam non incerto exitu prælii. *Legiones in loco pugnæ Tiberium Imperatorem appellavere, struxeruntque aggerem, et instar tropæorum arma agges-*

NOTÆ

quis exitus? qui nunc Germanorum. Nec aliter solet magnus ille Deus, qui dejicit quicquid vane se attollit. *Lipsius*.

Et tamen veteri disciplina militiaque Rom. teste eodem Lipsio, quilibet miles legionarius, præter multa alia onera, ferebat etiam catenam, ut scilicet captivos vincirent; quod tamen aliquando in caput eorum recidebat, quia nempe 'Mars communis.'

[i] *Tiberium Imperatorem salutavit*] Oportuerat Germanicum ipsum salutari, qui dux et auctor facti. Sed Augustus, ut auspicia servavit sibi, sic honorem omnem rei a ducibus suis legatisve gestæ. Nam qui ductu quidem suo, alienis tamen auspiciis, vicerat, ne antiquitus quidem Imperator salutabatur, aut triumphabat. Hoc adulans suo principi Horatius voluit: 'Te copias, te consilium, et tuos Præbente Divos.' Et ab hac re statim, in tropæi inscriptione legis, 'Exercitum Tiberii Imperatoris ea monumenta consecravisse,' non Germanici, qui ducebat.

Imperatorem] *Imperatoris* nomen non partum, nisi multa hostium cæde. Plin. Paneg. 'Vident enim Romanum ducem unum ex illis veteribus et priscis; quibus imperatorium nomen addebant contecti cædibus campi, et infecta victoriis maria.' Itaque victor exercitus bene gesta Repub. gaudio et impetu, in ipso prælii loco, Tiberium Imperatorem conclamavit, exstructoque aggeri capta arma imposuit, inscriptis victarum gentium nominibus ad formam tropæi.

[j] *Imperatorem salutavit*] Ubi princeps non aderat, apud imaginem salutabatur. Plin. panegyric. ad Trajanum: 'Itaque non te apud imagines, sed ipsum præsentem audientemque consalutabant Imperatorem.'

Ferebantur inter signa et aquilas, quæ *numina legionum*, imagines Divorum vivorumque principum, et apud illas imagines pro concione, et apud principia salutabatur *Imperator* absens princeps, non apud imaginem Cæsaris, ut puto, quæ posita esset apud tribunal in sella curuli; nam tum dux qui præerat exercitui victori in tribunali ipse, ut verisimile est, sedens in sella curuli, militem alloquebatur.

Reperio talem imaginem fuisse perpetuo in castris prætorianis apud urbem; nempe imaginem auream principis imperantis, puto grandem et iconicam, positam in sella curuli, apud tribunal, et circumdatam signis militaribus, nulla mentione facta aliarum imaginum.

Reperio etiam fuisse talem imaginem Neronis apud tribunal dispositam etiam in sella curuli, quam adoravit Rex Tiridates; sed hoc in solenni fœdere et pace. At vero hoc nostro loco Taciti, cum impetu gestientis, victorisque militis, salutaretur *Imperator* absens princeps, conjicere licet, id factum pro more, inter signa et aquilas, solitasque imagines Deorum et principum, non vero ad grandem illam imaginem auream, quæ tantum in castris prætorianis, aut magno paratu, et solenni aliquo spectaculo proponi solebat.

orum arma, subscriptis victarum gentium nominibus,[k] imposuit.

19. Haud perinde Germanos vulnera,[l] luctus, excidia, quam ea species, dolore et ira affecit: qui modo abire sedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt: plebes, primores, juventus, senes agmen Romanum repente incursant, turbant: postremo deligunt locum, flumine et sylvis clausum, arcta intus planitie et humida: sylvas quoque profunda palus ambibat, nisi quod latus unum Angrivarii lato aggere extulerant, quo a Cheruscis dirimerentur:[m] hic pedes astitit: equitem propinquis lucis texere, ut ingressis sylvam legionibus a tergo foret.

20. Nihil ex his Cæsari incognitum: consilia,[n] locos,

sere, inscriptis debellatarum nationum vocabulis.

Plagæ, luctusque, et cædes aut stragcs non perinde movere Germanis dolorem et iram, ac spectaculum illud; et qui jam destinabant patrias *sedes deserere, et trans Albim se recipere,* nunc *prælium cupiunt, in arma ruunt, populus, proceres, juvenes senesque, exercitum Rom. subito invadunt, terrent: tandemque assumunt locum, amne et saltibus cinctum, angusto intus campo et humenti; sylvas etiam circumdabat profundus lacus, nisi quod Angrivarii unum latus evexerant lato vallo, quo separarentur a Cheruscis: hic pedestre agmen stetit; equitatum occultavere proximis sylvis, ut legionibus saltum invectis a tergo ingrueret.*

Nihil eorum Germanico ignotum; consulta hostium, *loca, aperta, secreta rescie-*

NOTÆ

[k] *Subscriptis victarum gentium nominibus*] Similis subscriptio refertur a Plinio III. 20. in tropæo Augusti, quod in vertice Alpium posuit his verbis: 'Imperatori Cæsari Divi fil. Aug. Pont. Maximo, Imper. XIII. tribuniciæ potestatis S. P. Q. R. quod ejus ductu auspiciisque, gentes Alpinæ omnes, quæ a mari supero ad inferum pertinebant, sub imperium populi Romani sunt redactæ; gentes Alpinæ devictæ, Triumpilini, Camuni, Vennonetes, Isarci, Breuni, Naunes, Focunates,' &c. *Aurelius.*

[l] *Haud perinde Germanos vulnera*] Huc maxime facit suasoria 5. gravissimi Senecæ, in qua deliberant Athenienses, an tropæa Persica tollant, Xerxe minante rediturum se, nisi tollerentur. Inprimis autem huc referenda verba Gallionis: 'Alteram partem solus Gallio declamavit, et hortatus est ad tollenda tropæa. Dixit, gloriæ nihil detrahi: mansuram enim memoriam victoriæ, quæ perpetua esset; ipsa tropæa et ætate, et tempestatibus consumi: bellum suscipiendum fuisse pro libertate, pro conjugibus, pro liberis: pro re supervacua, et nihil nocitura, si fieret,' (id est, si tollerentur tropæa) 'non esse suscipiendum.' Habes hic simillimum exemplum. *Boxhornius.*

[m] *Dirimerentur*] Non quo dirimerentur a Cheruscis in hoc prælio, sed jam olim hunc aggerem extulerant Angrivarii, quo dirimeretur ipsorum regio a terris Cheruscorum; quippe inter finitimos populos et periculorum avidos, sæpe oriebantur bella.

[n] *Consilia*] Hostium consilia, aciei locum, et quas ostendebant copias, quasque occultabant, perinde noverat.

promta, occulta noverat, astusque hostium in perniciem ipsis vertebat. Seio Tuberoni Legato tradit equitem campumque: peditum aciem ita instruxit, ut pars æquo in sylvam aditu incederet, pars objectum aggerem[o] eniteretur: quod arduum, sibi, cetera Legatis permisit. Quibus plana evenerant, facile irrupere: quis impugnandus agger, ut si murum[1] succederent, gravibus superne ictibus conflictabantur. Sensit dux imparem cominus pugnam, remotisque paulum legionibus, funditores libratoresque[p] excutere tela[q] et proturbare hostem jubet: missæ e tormentis hastæ, quantoque conspicui magis propugnatores, tanto pluribus vulneribus dejecti. Primus Cæsar cum prætoriis cohortibus, capto vallo, dedit impetum in sylvas: collato illic gradu[r] certatum: hostem a tergo palus, Romanos flumen aut montes

bat; et dolos barbarorum ipsis in exitium vertebat. Mandat equitem planitiemque Seio Tuberoni legato; et ita ordinavit pedestre agmen, ut alii plano facilique in saltum ingressu inveherentur, alii oppositum vallum ascenderent, quod difficile, sibi, reliqua legatis præcepit. Hi quibus campus obtigerat nullo negotio irrupere. Illi quibus expugnandum vallum evenerat, *quasi in mœnia eniterentur, artociter ingruentibus desuper ictibus divexabantur. Imperator animadvertit inæquale ex propinquo certamen* esse, *et subductis paulisper legionibus, monet fundibularios, et libratores, emitterent tela, et depellerent barbaros: excussa machinis jacula, et quo magis expositi visu defensores, eo pluribus plagis deturbati. Primus Germanicus cum prætoriano milite, expugnato aggere, prorupit in saltus: hic,* stataria pugna, *seu collato pede dimicatum: a tergo Germanos lacus, Romanos amnis,*

1 Muretus legebat *muro succederent*; quoniam hoc verbum ut plurimum cum hoc casu jungitur. Sed aliud longe *succedere muro*, aliud *succedere murum*: prius, ad murum venire; posterius, murum scandere, subire. *Ryckius.*

NOTÆ

[o] *Pars objectum aggerem*] Cum alii aggerem, qui ab uno latere ductus erat, transcenderent, hoc opus, quia maxime difficile erat, sibi sumsit, aliis locis legatos curare jussit.

[p] *Libratoresque*] Sunt qui tormentis hastas aut lapides excutiunt: quia librant scilicet, et jactus arte expendunt. Sic III. histor. 'Vincla ac libramenta tormentorum' appellat. Hoc verius, quam referri ad *libraria*: quod suspicabar IV. Poliorcet. dialog. 3. *Lipsius.*

[q] *Excutere tela*] Tormenta adduci, hastasque inde in adversos conjici jubet: qui quanto in altiore loco constiterant, conspicique melius poterant, tanto certius destinatis ictibus petebantur.

[r] *Collato illic gradu*] Acriter resistentibus barbaris, diu ancipiti prælio cominus dimicatum est. Cum enim Germani paludem, Romani partim flumen, partim etiam montes a tergo haberent, ea res difficilem cedentibus receptum faciebat.

claudebant: utrisque necessitas[s] in loco, spes in virtute, salus ex victoria.

21. Nec minor Germanis animus; sed genere pugnæ[t] et armorum superabantur: cum ingens multitudo[u] arctis[1] locis prælongas hastas non protenderet, non colligeret,[v] neque assultibus et velocitate corporum uteretur, coacta stabile ad prælium:[w] contra miles, cui scutum pectori[x] appressum, et insidens capulo[y] manus, latos barbarorum artus, nuda ora[z] foderet,

aut colles cingebant, utrisque par necessitas in loco, spes in armis, incolumitas ex victoria.

Nec impar Germanis virtus, sed genere certaminis et telorum vincebantur; cum densæ catervæ, angustis locis, enormes hastas non vibrarent, non reciperent, nec impetu, aut pernicitate corporum insilirent, adactæ ad statariam pugnam: cum contra Romanus *miles, cui clypeus pectori adhærens, et promta capulo dextra, vasta Ger-*

1 Gronovius scribit *artis:* sic et passim.

NOTÆ

[s] *Necessitas*] Cum ob angustiam locorum in gradu hæreret pugna.

[t] *Genere pugnæ*] Livius XXXI. 'Credidere regii, genus pugnæ quo assueverant, fore, ut equites invicem insequentes refugientesque, nunc telis uterentur, nunc terga darent,' &c. Lib. XXXII. 'Pro his ordo, et militaris disciplina, et genus armorum erat, aptum urgendis regiis: pro hoste loca, et catapultæ, balistæque, in omnibus prope rupibus, quasi in muris dispositæ.'

[u] *Cum ingens multitudo*] Cum Germani ingentem hominum multitudinem haberent prælongis hastis armatam, et in præliis, assultibus et velocitate corporum uti solitam, nihil promovere poterant, quia in locis arctis atque impeditis res gerebatur, ubi neque ad protendendas simul hastas, neque ad retrahendas absque magna confusione, spatium erat, &c. At hæc omnia pro Romanis erant, ut qui non haberent arma, ad quorum usum spatio opus esset, sed scuta pectori inhærentia, et insidente capulo manu, habiles ad cominus pugnandum gladios.

[v] *Non colligeret*] *Colligere hastam*, est *reducere*, quam ante protenderas, ut hostem ferires: atque hæc contraria sunt *protendere*, et, *colligere hastam*. Turneb.

[w] *Coacta stabile ad prælium*] Simile quid habet de Britannis. Agric. 36. 'Donec,' &c.: 'cohortatus est, ut rem ad macrones ac manus adducerent; quod et ipsis' (Batavis, Tungris) 'vetustate militiæ' (Romanæ) 'exercitatum, et hostibus' (Britannis) 'inhabile parva scuta, et enormes gladios gerentibus. Nam Britannorum gladii sine mucrone, complexum armorum, et in aperto pugnam non tolerabant.'

[x] *Scutum pectori*] Diversum a Germanico. Illud planum non sic tegebat: hoc incurvum corpori adhærebat, et circum fundebatur.

[y] *Insidens capulo*] Pulchre et significanter dictum, in minoribus gladiis.

viamque strage hostium aperiret: impromto jam Arminio, ob continua pericula, sive illum recens acceptum vulnus tardaverat. Quin et Inguiomerum, tota volitantem acie, fortuna magis, quam virtus, deserebat: et Germanicus, quo magis agnosceretur, detraxerat tegimen[a] capiti, orabatque, 'insisterent cædibus: nil opus captivis, solam internecionem gentis finem bello fore.' Jamque sero diei subducit ex acie legionem faciendis castris: ceteræ ad noctem cruore hostium satiatæ sunt: equites ambigue certavere.

22. Laudatis pro concione victoribus, Cæsar congeriem armorum struxit, superbo cum titulo: DEBELLATIS INTER RHENUM ALBIMQUE NATIONIBUS EXERCITUM TIBERII CÆSARIS EA MONUMENTA MARTI ET JOVI ET AUGUSTO

manorum corpora, intectam faciem figeret, et iter cæde hostium sibi *sterneret: haud perinde strenuo jam tum Arminio, ob assidua discrimina, sive illum nuper inflicta plaga segnem fecerat. Quin et fors magis, quam animus destituebat Inguiomerum passim per catervas volitantem; et Germanicus, quo magis conspicuus foret, galeam demserat capiti, obtestabaturque* perseverarent, cæderent, occiderent, nil egere captivis, solum excidium nationis, exitum belli futurum. *Jamque inclinata ad vesperam die, subtrahit e prælio legionem, muniendo vallo: reliquæ ad tenebras usque, cæde hostium saturatæ sunt: equites ancipiti marte pugnavere.*

Germanicus apud principia victores celebravit; unamque in struem congessit arma, cum magnifica inscriptione: Vietis profligatisque inter Rhenum Albimque populis, legiones tiberii Cæsaris ea trophæa Marti, et Jovi, et Augusto

NOTÆ

In oblongis, quibus ritu Gallorum Germani utebantur, non eadem manus habitudo: neque firmiter aut tenet gladios, aut regit. *Lipsius.*

[z] *Nuda ora*] Nam ait noster in Germania: 'vix uni alterive cassis aut galea.'

[a] *Detraxerat tegimen*] Idem video Cyrum minorem fecisse in pugna illa sibi extrema: cujus causam tamen Xenophon ambigue refert ad morem Persarum, qui nudis capitibus pugnam inibant. *Lipsius.*

Detraxerat tegimen capiti] Cassidem scilicet, ostentandæ virtutis gratia. Nam noster l. III. 'Sacrovir intecto capite, ostentandæ, ut ferebat, virtutis.' De Corbulone l. XIII. 'Ipse cultu levi, capite intecto.' Virg. Æneid. XII. 'At pius Æneas dextram tendebat inermem Nudato capite, atque suos clamore vocabat, Quo ruitis?' Et l. XI. 'Nudo cui vertice fulva Cæsaries, nudique humeri; nec vulnera terrent.' Plut. in Æmilio. 'Tunc versus ad certantes lætum et hilarem vultum ostendens, sine galea et lorica, equo invehebatur.' Sueton. Jul. LII. 'In agmine nonnunquam in equo, sæpius pedibus anteibat, capite detecto, seu sol, seu imber esset.' Hannibal, D. Julius, et alii summi duces, detecto semper capite, seu sol, seu imber esset, veluti contra fulgura, tempestatesque obdurato, incesserc. Masinissa quoque Numidiæ Rex,

SACRAVISSE. De se nihil addit, metu invidiæ, an ratus, conscientiam facti[1] satis esse.[b] Mox bellum in Angrivarios Stertinio mandat, ni deditionem[c] properavissent: atque[2] illi supplices, nihil abnuendo, veniam omnium accepere.

23. Sed, æstate jam adulta,[d] legionum aliæ itinere terrestri in hybernacula remissæ: plures Cæsar classi impositas per flumen Amisiam Oceano invexit. Ac primo placidum æquor mille navium remis strepere, aut velis impelli:

dicavisse. *De se nihil adjecit* Cæsar, *sive timeret livorem et obtrectationem, sive existimaret rei gestæ conscientiam sibi sufficere. Dein imperat Stertinio bellum adversus Angrivarios, ni statim se dedidissent; atque illi, se submittentes Cæsari, nihil detrectando, cunctorum veniam obtinuere.*

Sed æstate jam provecta, aliæ legionum, via terrestri, reductæ in præsidia: Germanicus plures navibus imposuit, et per amnem Amisiam mari induxit. Ac initio tranquillum mare, verberari mille navium remis, alacri remigio *strepere, aut velis*

1 *Conscientiam factis* Ms. Flor. et editiones veteres. Postea emendatum, *facti*. Latine quidem: sed nefas a veteribus libris discedere. *Brotier.* Gronovius tamen et Ryckius et Homerus ediderunt *facti*.—2 Illustr. Huetius emendat, *statim illi supplices*. Nihil mutaverim. *Brotier.*

NOTÆ

quod et traditur de Severo et Adriano, ita ut hyeme per nives et frigora aperto capite incederent, et etiam in acie starent.

[b] *Conscientiam facti satis esse*] Cicer. Philip. II. 'Satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat.' Merito autem ambiguum relinquit, utra causa Germanicum moverit: prior et modestiam et prudentiam ejus decet; posterior literas et magnitudinem animi. Sic de socero suo Tacitus: 'Nec Agricola unquam in suam famam gestis exultavit, ad auctorem et ducem, ut minister, fortunam referebat: ita virtute in obsequendo, verecundia in prædicando, extra invidiam, nec extra gloriam erat.'

[c] *Ni deditionem*] Verum Angrivarii properata deditione prævenerant bellum; et quod ea quorum arguebantur, non inficiarentur, sed tantum in clementia Cæsaris spem se habere supplices dicerent, veniam omnium accepere. *Freinsh.*

[d] *Sed æstate jam adulta*] Imitatione Sallustii: quod intelliges ex Servianis notis, ad illud Virg. 'Vere novo, id est,' ait, 'primo mense Martio. Nam veteres per singula tempora anni, quæ in tres menses dividuntur, observant, ut sic dicant: Primum mensem, novum ver: secundum, adultum: tertium, præceps. Ita de Hyeme, Æstate, Autumno.' Simile, quod Græci aunum partiuntur: 'Ισταμένου τοῦ ἔτους, μεσοῦντος ἢ λήγοντος. *Lipsius.*

mox atro[e] nubium globo effusa grando,[f] simul variis undique procellis incerti fluctus prospectum adimere, regimen impedire : milesque pavidus, et casuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempestive juvat, officia prudentium corrumpebat. Omne dehinc cœlum[g] et mare omne in austrum[h] cessit, qui tumidis Germaniæ terris, profundis amnibus, immenso nubium tractu validus, et rigore vicini septemtrionis horridior, rapuit disjecitque naves in aperta Oceani, aut insulas saxis abruptis[i] vel per occulta vada infestas. Qui-

agitari cœpit : sed *statim* ex *densa nubium caligine, irruens grando, simul diversis undique tempestatibus ambigui fluctus, visum subtrahere, regimini obstare : et miles trepidus et periculorum Oceani inscius, dum impedit naucleros, vel importune succurrit, munia sapientium perturbabat. Universus dehinc æther et Oceanus totus in austrum vertit, qui montoso Germaniæ solo, prærultis fluminibus, et vasto nubium volumine incitatus, et asperitate propinqui septemtrionis truculentior, abripuit distraxitque classem in aperta maris, vel in insulas rupibus asperis, vel per*

1 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. In intermediis perperam

NOTÆ

[e] *Atro*] At postea collectæ atræ nubes effusa grandine, tum etiam variis undique procellis agitari et vibrantes fluctus prospectum adimere.

[f] *Effusa grando*] Sub quam, occulta causa, semper, ut aiunt, Oceanus intumescit. *Lipsius.*

[g] *Omne dehinc cœlum*] Cum remittentibus aliis ventis, solus auster toto cœlo marique regnaret (cujus in Germania, propter editas ejus oræ terras, amnesque profundos, et nubes, quæ in immensum ibi glomerantur, accedente etiam Septentrionis vicinia, cujus rigor asperiorem eum horridioremque efficit, maxima est violentia) abripuit naves.

[h] *Mare omne in austrum*] Non abnuo de vero austro, quin ille a terra naves in mare interius rapiat, quod ostendit factum, cum subdit, ' disjecitque naves in aperta Oceani.' Procul igitur a littore : cui notus impegisset. Facit eodem, quod de *insulis longius sitis* adjungit : et potest *Orcades* intelligere, aut potius eas, quæ haud procul littore Frisico, hodieque extant. Nam quod longinquas facit ; fama et redeuntes hæc auxerunt, ac timidis insolitisque maris ita visæ. *Lipsius.*

Mare omne in austrum cessit] Dubitat Lipsius, de austro proprie, an de noto Tacitus intelligat. De austro crediderim. Nec sequentia obstant. Nam quamvis non ita vehemens in Germania auster, vehemens fortasse ultra Germanicas terras, ubi classis erat, ac fortasse ex iis terris ventus exoriebatur : et cum septentrionem versus flaret, horridus ipsius vicinitate, naturaque terrarum horridior classi incubuit. Nec absurdum est, naves ab austro, ex ora Frisiorum in Britanniam raptas : nam si intelligas de ultima Britannia, quæ antiquis Caledonia, recta linea illuc ferri patet. *Pichena.*

bus paulum ægreque vitatis, postquam mutabat[i] æstus[j] eodemque,[2] quo ventus ferebat; non adhærere anchoris, non exhaurire irrumpentes undas poterant: equi, jumenta, sarcinæ, etiam arma præcipitantur,[3] quo levarentur[k] alvei, manantes[4] per latera,[l] et fluctu superurgente.

24. Quanto violentior cetero mari Oceanus, et truculentia cœli præstat Germania, tantum illa clades[1] novitate et magnitudine excessit, hostilibus circum littoribus, aut ita vasto[m] et profundo, ut credatur novissimum ac sine terris,

ignota æstuaria periculosas: quibus paulisper difficulterque declinatis, ubi vertebat æstus, eodemque, quo aura impellebat, non stare in anchoris, non exantlare poterant irruentes aquas. Equi, muli, utensilia, impedimenta, arma quoque in mare *jaciuntur, quo levarentur carinæ capientes aquam per latera, et fluctu super ingruente.*

Quanto immanior Oceanus reliquo mari, et quanto Germania atrocitate cœli regiones alias *excedit, tantum ea strages insolentia et amplitudine* clades ceteras *superavit, infensis circum ripis, aut ita immenso et alto* mari, *ut existimetur ultimum illud ac sine terris pelagus: pars navium submersæ sunt, pleræque propulsæ*

---

emendatum, *abruptas.*—2 Sic Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. Intermediæ omisere, *que.*—3 Mallet Ernestus, *præcipitabantur.* Recte, sed non necessario.—4 Perperam tentat Lipsius, *nantes.* Heinsius, *alternantes latera*, vel *innatantes alterno latere.* Brotier.

1 In hoc capite plurima tentat Heinsius; omnia infeliciter: ut, *tantum alias illa clades*, pro *tantum illa clades. Sine terminis*, pro *sine terris. Eodem enisa*, pro *eodem elisa. Intentis restibus*, pro *intentis vestibus.* Brotier.

NOTÆ

[i] *Mutabat æstus*] Pro *mutabatur, eodemque quo ventus ferebat*, non *ferebatur.* Nam potest dici *fert æstus*, ut dicitur *fert via.* Ferebat nempe, seu agitabat.

[j] *Æstus*] Æstus repente mutatus naves, eodem quo ventus ferebat, impulit.

[k] *Quo levarentur*] Quin et ipsa arma jacere, ut carinas incumbente et urgente fluctu in latera inclinatas allevarent et erigerent. *Freinsh.*

[l] *Alvei, manantes per latera*] Tacitus significat, cum depressæ oneribus naves profundius mare secarent, earum summa latera propius abfuisse ab ejus superficie: atque eo plus aquæ a superurgente fluctu accepisse, levatas igitur oneribus, ut labra laterum extarent altius aquis, et sic minus assilientium undarum acciperent.

In quo hoc est paulo insolentius, quod alvei *manare* dicuntur, cum proprie manent ipsa liquida. Sed non caret id auctoribus, et manant etiam, in quibus liquidum fluit. Sic Livius l. 1. ‘ manantem cruore cultrum :’ Ovidius et Seneca vocat ‘ marmora manantia lacrymas :’ de Niobe. Sic Plinius, ‘ arbores succo manantes.’ Sunt ergo ‘ alvei manantes per latera’ irrumpentem aquam magna copia recipientes.

[m] *Ita vasto*] Ipsumque mare ita vastum et profundum, ut credatur ultimam naturæ partem constituere, nec ullas terras ultra se habere. Ideo-

mare : pars navium haustæ sunt ; plures apud insulas longius sitas ejectæ : milesque, nullo illic hominum cultu, fame absumtus, nisi quos corpora equorum, eodem elisa,[n] toleraverant. Sola Germanici triremis Chaucorum terram appulit, quem per omnes illos dies[o] noctesque apud scopulos et prominentes[p] oras, cum ' se tanti exitii reum' clamitaret, vix cohibuere amici, quo minus eodem mari oppeteret. Tandem relabente æstu et secundante vento claudæ naves[q] raro remigio, aut intentis vestibus,[r] et quædam a validioribus tractæ, revertere : quas raptim refectas misit, ut scrutarentur insulas : collecti ea cura plerique : multos Angrivarii nuper in fidem accepti, redemtos ab interioribus reddidere : quidam in Britanniam[s] rapti, et remissi a regulis. Ut quis ex longinquo revenerat, ' miracula' narrabant, ' vim

ad insulas procul amotas. Et miles vastis incultisque his locis, inopia et tabe confectus est ; nisi quos cadavera equorum, eodem ejecta aluerant. Una triremis Cæsaris ad Chaucorum oras applicuit ; hunc, per omne illud tempus, diu noctuque apud rupes, et præcelsas ripas, cum se tantæ cladis auctorem *incusaret, ægre retinuere comites, quin eodem Oceano morte occumberet. Demum recedente æstu, et affiante aura secunda, mutilæ naves, infrequenti remige, aut expansis vestibus,* vice velorum, *et nonnullæ a fortioribus ductæ remeavere ; quas propere reparatas misit, ut investigarent insulas. Recepti ea diligentia multi. Plurimos conservarunt Angrivarii nuper Cæsari dediti, pretio persoluto interioribus* versus Oceanum Germanis. *Nonnulli in Britanniam abrepti, et redditi* sunt *a regibus* hujus insulæ. *Ut quis e procul amotis oris reverterat,* prodigia *referebant ;* violentiam

NOTÆ

que vocatur Plinio ' inane naturæ ;' et proverbio jactatum, ultra columnas Herculis ἀπέρατα πάντα εἶναι.

[n] *Eodem elisa*] Eodem expulsa, et in iisdem navibus evecta, eodemque naufragio elisa.

[o] *Per omnes illos dies*] Atque ille toto eo tempore, quo per tempestatem, nihil de classe sua cognoscere poterat, omnes dies noctesque, apud scopulos et prominentes in Oceanum oras, nuncios opperiens, exegerat.

[p] *Scopulos et prom.*] Quantum ego vidi vel audivi, non sunt in eo tractu littorales scopuli. Est mollis aut arenosa terra, nec nisi arte aut opere elata. *Lipsius.*

[q] *Claudæ naves*] Livius l. XXXVII. ' Contemplatus Eudamus hostes claudas, mutilasque naves apertis navibus remulco trahentes.'

Claudæ] Reverterunt naves quædam armamentis gubernaculisque nudatæ.

[r] *Aut intentis vestibus*] Juvenalis Sat. 12. ' Inopi miserabilis arte cucurrit, Vestibus extentis.' Noster in fine Histor. v. ' Simul captæ lintres sagulis versicoloribus, haud indecore pro velis utebantur.'

Vestibus] Loco velorum adhibitis extentisque vestibus militum nautarumque, nimirum sagulis, seu paludamentis.

[s] *In Britanniam*] Britannia Major, vel *Albion*, insularum Britannicarum maxima in Oceano. Hodie *la Grande Bretagne*, ubi regna Angliæ et Scotiæ. *Tillemonius.*

turbinum, et inauditas[2] volucres,[t] monstra maris, ambiguas[u] hominum et belluarum[3] formas;' visa, sive ex metu credita.

25. Sed fama classis amissæ, ut Germanos ad spem belli,[v] ita Cæsarem ad coërcendum erexit. C. Silio cum triginta peditum, tribus equitum millibus ire in Cattos imperat: ipse majoribus copiis Marsos[w] irrumpit: quorum dux Malovendus, nuper in deditionem acceptus, 'propinquo luco[1] [x] defossam Varianæ legionis aquilam modico præsidio servari,' indicat. Missa extemplo manus, quæ hostem a fronte eliceret; alii, qui, terga circumgressi, recluderent humum:

procellarum, et insolitas aves, portenta Oceani, incertas hominum et ferarum species, *seu vidissent, seu ex formidine sic credidissent.*

At rumor submersæ classis, ut Germanos incitavit in spem belli, sic Germanicum ad comprimendum hostem *erigebat. Præcipit C. Silio irrumpere in Cattos, cum triginta peditum, tribus equitum millibus: ipse majori agmine invadit Marsos: quorum princeps Malovendus, qui se nuper fidei Rom. permiserat, admonet* vicino saltu obrutam humo aquilam Varianæ legionis modicis copiis custodiri. *Confestim missus miles, qui barbaros a fronte provocaret, et alii qui a tergo circum-*

2 Ernestus mallet, *invisas* vel *invisitatas volucres.* Melius, *inauditas;* recteque de peregrinis ac portentosis volucribus dicitur. Portenta narrant viatores, ac maxime nautæ et naufragi.—3 Gronovius et Ryckius edunt, *beluarum.*

1 Beroaldus aliique veteres, *propinquo loco.* Optime emendavit Lipsius, *propinquo luco.*

NOTÆ

[t] *Inauditas volucres*] Nec eæ quidem sunt. Libuit apud ignaras aures, in istis et sequentibus τραγῳδεῖν, et narrare quæ noster merito ambigit *visa, sive ex metu credita.* Immo nec visa, nec credita, sed vanitate efficta. *Lipsius.*

Inauditas] De inauditis avium formis, monstris maritimis, aliisque ora hominum vultusque, corpora autem et artus ferarum, aut contra gerentibus, referebant.

[u] *Ambiguas*] Monstra maris ex duplici nempe natura seu forma hominis atque belluæ composita permixtaque, ita ut faciem, et partem superiorem hominis haberent, cetera piscis, ut quandoque apparent, aut apparere finguntur.

[v] *Germanos ad spem belli*] Tanquam Romanis afflictis et perculsis. 'Ad coërcendum,' ne per occasionem superbirent.

[w] *Marsos*] Marsi, populi Germaniæ circa Rhenum fluvium, &c. Hodie comitatus *la Marck*, &c., in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

[x] *Propinquo luco*] Hic inventa aquilarum una, et supra l. 1. altera. Ergo receptæ nunc omnes, quia tertia servata militis astu. Florus tamen scripsit, 'signa et aquilas duas adhuc Barbari possident; tertiam signifer,' &c. Parum consideratc, nisi ex Livii persona et ætate loqui hominem placet. *Lipsius.*

et utrisque affuit fortuna. Eo promtior Cæsar pergit introrsus, populatur, exscindit non ausum congredi hostem, aut, sicubi restiterat, statim pulsum; nec unquam magis, ut ex captivis cognitum est, paventem. Quippe 'invictos, et nullis casibus superabiles Romanos' prædicabant, 'qui perdita classe, amissis armis, post constrata equorum virorumque corporibus littora, eadem virtute, pari ferocia, et veluti aucti numero irrupissent.'

26. Reductus inde in hyberna miles,[y] lætus animi, quod adversa maris expeditione prospera pensavisset: addidit[z] munificentiam Cæsar, quantum quis damni professus erat, exsolvendo. Nec dubium habebatur, labare hostes, petendæque pacis consilia sumere, et, si proxima æstas adjiceretur, posse bellum patrari: sed crebris epistolis Tiberius monebat, 'rediret ad decretum triumphum, satis jam eventuum, satis casuum: prospera illi et magna prælia: eorum quoque meminisset, quæ venti et fluctus, nulla ducis culpa,

vecti terram aperirent atque investigarent. Utrique prospera fortuna usi: eo alacrior Germanicus pervadit interius, raptat vastatque hostem non ausum dimicare, aut sicubi reluctabatur, statim fusum, nec unquam magis trepidantem, ut ex captivis compertum est; quippe indomitos Romanos et nullis cladibus fractos *celebrabant*, qui amissis navibus, perditis armis, post oppletas ripas equorum hominumque cadaveribus, irruissent pari fortitudine, æquali audacia, et quasi multitudine increvissent.

Dein exercitus in præsidia reductus lætis militum animis, et gaudio gestiens, quod compensasset improspera Oceani secundis prœliis: adjecit Germanicus liberalitatem, rependendo quantum quis amisisse testaretur. Et certe constabat trepidare hostes, et postulandæ pacis consilia agitare, et si sequens æstas adjungeretur, posse profligari bellum. At frequentibus literis Tiberius hortabatur, reverteretur ille ad triumphum ipsi Senatusconsulto concessum; satis jam discriminum, satis accidentium; secunda et ingentia certamina commisisse: etiam in memoriam revocaret, reputaretque eas clades, quas venti, et procellæ, licet nullo Impe-

NOTÆ

Sic dixit Florus ex sua persona, ut scriptor, et respectu temporis, quo scribebat. Nempe tum scribebat cladem Vari, ex qua signifer aquilam illam tertiam servavit; et si respicias tempus, de quo tum scribebat Florus, verum fuit dicere, 'signa et aquilas duas adhuc Barbari possident,' &c.

[y] *In hyberna miles*] Non tanquam omnes hi milites nna hyberna habuerint, sed in sua quosque hyberna reductos intellige: hybernat enim quinta et unetvicesima legio Veteribus I. 45. prima ac vicesima apud Ubios II. 37. tertiadecima vero Petovione, hist. III. 1.

[z] *Addidit*] Alacritatem auxit Germanici liberalitas, qui amissarum rerum pretium exsolvit legionibus, quanti quisque jacturam suam æstimasset, probassetque. Idem fecit olim Alexander Magnus, occasione tamen dissimili.

gravia tamen et sæva damna intulissent: se novies[1] a D. Augusto in Germaniam[a] missum plura consilio, quam vi perfecisse. Sic Sugambros[b] in deditionem acceptos: sic

ratoris delicto, atroces tamen, et violentas importassent: se novies missum a D. Augusto in Germaniam, plura prudentiæ artibus, quam armis peregisse; sic Sugambros domitos pacatosque, sic Suevos, et regem Maroboduum fœdere

1 Boxhornius emendat, *se toties*, quod sæpe, non tamen *novies*, in Germaniam missus fuerit Tiberius. Nihil mutaverim. Et, ut recte conjicit Lipsius, missiones in Illyricum et Pannoniam simul annumerantur.

NOTÆ

[a] *Se novies in Germaniam*] Non toties in proprie dictam Germaniam: quære ex historiis; et examina: sed intelligit summitque una missiones, opinor, in Pannoniam, et Illyricum. *Lipsius.*

Se novies] Si confundis bella, quæ in Pannonia, Dalmatia, et Illyrico gessit Tiberius, cum bellis Germanicis. Certe *novies* missum in eas regiones facile reperias apud Velleium et Suetonium. Fuit enim missus ad bellum Rhæticum et Vindelicum cum fratre Druso, dein ad Pannonicum, mox in Germaniam missus, cum in morbum incidisset Drusus. Dein mortuo Druso iterum missus ad Germanicum bellum: post adoptionem rursus mittitur in Germaniam, dein in Illyricum cum 15 legionibus. Dein post cladem Vari repetit Germaniam, mox rursus in Illyricum missus, sed statim revocatus ex itinere ob morbum Augusti.

At si de Germania ipsa præcise intelligere velis, numera annos vel expeditiones Tiberii, novem etiam reperies. Primo confecit bellum Ræticum et Vindelicum duobus annis. Dein missus est in Germaniam, ægro fratre. Exin mortuo Druso ad bellum Germanicum. Mox post secessum Rhodi et adoptionem rursus bella gessit apud Germaniam per triennium. Dein post cladem Vari per biennium. Et certe singulis annis in urbem revertebatur, si excipias bellum, quod ibi gessit post cladem Varianam: nam non nisi post biennium rediit, et Velleius l. II. 104. (de seipso loquitur) ‘ Cœlestissimorum ejus’ (Tiberii nempe) ‘ per annos continuos novem præfectus aut legatus spectator, et pro captu mediocritatis meæ adjutor fui;’ sed, puto, Velleius comitatus est Tiberium a reditu tantum Rhodiano.

[b] *Sic Sugambros*] Id accidit, Tiberio ipso duce. Vide Dionem l. LV. in cujus verbis menda, ‘ Cantabrique appellantur in Germania, qui revera Sugambri;’ ut monui olim Antiquar. lect. l. I. c. 6. Suetonius: ‘ Suevos et Sugambros dedentes se in Galliam traduxit, et in proximis Rheno agris collocavit.’ Eutropius l. VII. ‘ Tiberius cccc. millia captivorum ex Germania transtulit, et supra ripam Rheni in Gallia collocavit.’

Isidorus non obscure indicat hos ipsos esse, qui *Burgundiones* postea appellati, largiter sic vocari potuerunt. ‘ Burgundiones,’ inquit, ‘ quondam a Romanis, subacta interiore Germania, per castrorum limites positi a Tiberio Cæsare, in magnam coaluerunt gentem. Atque ita nomen ex locis sumserunt, quia crebra per limites habitacula constituta: Burgos vulgo vocant. Hi postea rebelles effecti Romanis, plusquam LXXXXM. armatorum ripas Rheni fluminis inse-

Suevos[c] Regemque Maroboduum pace obstrictum: posse et Cheruscos, ceterasque rebellium gentes, quando Romanæ ultioni[d] consultum esset,[2] internis discordiis relinqui.' Precante Germanico annum efficiendis cœptis, acrius modestiam ejus aggreditur, alterum consulatum offerendo,[e] cujus munia præsens obiret:[f] simul annectebat, 'si foret adhuc bellandum, relinqueret materiem Drusi[g] fratris gloriæ, qui, nullo dum[3] alio hoste, non nisi apud Germanias assequi *no-*

devinctum: posse etiam Cheruscos, et alias rebellantium nationes vicissim consumendas, intestinis dissensionibus suis permitti, cum jam Romanæ vindictæ prospectum esset. *Rogante Cæsare annum* unum, *quo cæpta perficeret, moderationem ejus vehementius adoritur, urgetque* Tiberius, *secundum consulatum exhibendo, cujus honorem præsens obtineret. Etiam addebat*, si adhuc bellum gerendum esset, relinqueret occasionem decoris Druso fratri qui, nullo tum alio rebelle populo, non posset, nisi apud Germauos, adipisci vocabulum Im-

2 Ita optime emendavit Ernestus. Perperam in veteribus editionibus, *consultum est*. Vide infra Annal. VI. 6.—3 Vulgo nullo tum Mallet Ernestus, *nullo dum*, quod hæ non e Taciti, sed Tiberii, persona dicantur. Hac in re sæpe peccarunt librarii. *Brotier.*

NOTÆ

derunt, et nomen gentis obtinuerunt.'

A quo tamen diversus it Ammianus, qui originem eorum a Romanis trahit: 'Gratanter ratione gemina principis acceptæ sunt literæ: prima, quod jam inde temporibus priscis sobolem se esse Romanam Burgundii sciunt: dein, quod salinarum, finiumque causa Allemanis sæpe jurgabant.'

Sugambros] Sugambri, vel Sicambri populi Germaniæ inter Visurgim et Rhenum fluvios. Hodie Westphalia, ducatus in circulo Westphalico, sed tamen paret Electori Coloniæ. *Tillem.*

[c] *Suevos*] Suevi populi majorem Germaniæ partem obtinuerunt, circa fluvios Albim, Suevum aut Viadrum, et Vistulam. Hodie in eo tractu sunt partes circulorum Saxoniæ superioris et inferioris, Franconiæ, Bavariæ et Austriæ, &c. regnum Bohemiæ, &c. in imperio Allemaniæ; atque pars status Poloniæ circa Vistulam fluvium. His etiam adduntur regna Norvegiæ, et Suediæ. Ex Germania antiq. Cluverii l. III. c. 24. p. 97. *Tillemonius.*

[d] *Romanæ ultioni*] Cum abolita Varianæ cladis infamia, satisfactum jam sit vindictæ nominis Romani, quæ una, aut certe potissima causa, inferendi tum Germanis belli, fuisset.

[e] *Alterum consulatum offerendo*] Nempe in sequentem annum: infra eodem l. LIII.

[f] *Cujus munia præsens obiret*] Quod subdolum falsum et insidiosum fuit. Nam consulatum non obtinuit, aut iniit Romæ; sed in Græcia, et in Oriente exercuit: infra LIII. 'Sequens annus Tiberium tertio, Germanicum iterum Consules habuit, sed eum honorem Germanicus iniit apud urbem Achaiæ Nicopolim,' &c.

[g] *Relinqueret materiem Drusi*] M. Seneca I. controv. 3. 'Hoc impero, Reipub. causa, tua causa, mea causa. Primum, ut pluribus juvenibus pateat ad virtutem aditus, non debere omnium occasionem fortiter faciendi ab

men imperatorium, et deportare lauream posset.'[h] Haud cunctatus est ultra Germanicus, quanquam fingi ea, seque per invidiam parto jam decori abstrahi intelligeret.

27. Sub idem tempus e familia Scriboniorum Libo Drusus defertur moliri res novas. Ejus negotii initium, ordinem, finem curatius disseram; quia tum primum reperta sunt, quæ per tot annos rempubl. exedere. Firmius Catus,

peratorium, et referre triumphum. *Non ultra moratus est Cæsar, quamvis sciret ea simulata falsaque, et se per æmulationem quæsitæ jam gloriæ abripi avellique.*

Circa idem tempus accusatur e gente Scriboniorum Libo Drusus agitare res novas. Diligentius exequar originem, principium, seriem, et exitum hujus rei, quia tum primum adinventa sunt, quæ per tot annos civitatem exhausere. Firmius Catus, Sena-

NOTÆ

uno occupari; deinde expedire Reipub. non videri tantum ex uno pendere.'

Relinqueret] Hanc invidiam non erubuit adjungere; si continuandum esset bellum, hanc materiam Druso fratri relinqueret.

[h] *Deportare lauream posset*] Id est, triumphare. Triumphantes enim ascendere Capitolium soliti, et laurum quam manu tenebant, quæque in fascibus lictorum, deponere in gremio Jovis, arbitri scilicet victoriæ, et auctoris. *Lipsius.*

Lauream] *Lauream* ibi sumit Tacitus, seu Tiberius, pro vero triumpho. Par quippe saltem Drusus Germanico, at Germanicus verum de Germania triumphum duxit.

Lauream] De ea sic Statius: 'laurumque superbam In gremio Jovis excisis deponere Pœnis.' *Idem.* 'Et nondum gremio Jovis Indica laurus.' Dixi *in fascibus lictorum:* eum ritum clare ponit Dio LIV. de Augusto. 'Et in Capitolium conscendens, laurum a fascibus abstulit, et in Jovis genibus deposuit.' Sicut et Julius Obsequens: 'C. Antonius cum in agro Pistoriensi Catilinam vicisset, laureatos fasces in provinciam tulit. Apparuit cum hostibus portendisse victoriam, cum ad eos laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere.'

Recte ergo in Plinio scriptum: 'Fasces Imperatorum laurus decorat; ex his in gremio Jovis optimi, maximi deponitur, quotiens lætitiam nova victoria attulit.' Seneca Consolatione ad Elbiam c. 10. 'Scilicet minus beate vivebat Dictator noster, qui Samnitum legatos audiit, cum vilissimum cibum in foco manu sua versaret, cum qua tam sæpe hostem percusserat, laureamque in Capitolini Jovis gremio reposuerat: quam Apicius nostra memoria vixit, qui,' &c.

Simillimus panegyristæ locus laudatione Theodosii: 'Curii, Coruncanii, Fabricii, cum induciæ bella suspenderant, inter aratra vivebant: et ne virtus quiete languesceret, depositis in gremio Capitolini Jovis laureis, triumphales viri rusticabantur.' Sed et laurea etiam deposita sine justo triumpho. Suetonius Domit. c. 6. 'De Sarmatis lauream modo Jovi Capitolino retulit.' Itemque Nero ob Tiriditatis in urbem adventum: 'Imperator consalutatus, laurea in Capitolium lata,' in eodem Suetonio, c. 13. Sed hoc ævo principum quo adulatio imperabat, non virtus, aut veritas.

Deportare lauream] Rectum est *deportare*. *Reportantur*, quæ portata

senator, ex intima Libonis amicitia, juvenem improvidum et facilem inanibus, ad Chaldæorum[i] promissa, Magorum[j] sa-

tor, Liboni familiarissimus incitavit adolescentem incautum, et in vana promtum ad

NOTÆ

fuerant, ut l. IV. 'Serenus Amorgum reportatur:' et legio *reportatur*, quæ transvecta fuerat. At *deportatur* laurea, quæ non eo lata: *deportatur* fama, quæ ibi parta. Infra l. IV. 'Insignes captivos, cædem ducis, bellique confecti famam deportarat.' Et sic omnes alii. Cicero I. de Offic. 'Frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse.' *Mercerus.*

Quanquam fingi ea] Licet non ignoraret ea per invidiam composita, confictaque, ut spoliaretur perdomitæ Germaniæ titulo, et nobilissimæ victoriæ gloria, quam tantum non habebat in manibus.

[i] *Chaldæorum*] Chaldæa, vel Babylonia, provincia Assyriæ regionis. Hodie *Yerack*, provincia regionis *Diarbeck*, in Turcico imperio Asiatico. *Tillem.*

Chaldæorum promissa] Populi sunt Assyriæ, qui primi putantur excogitasse rationem illam inescandi stultos: qua infatuati etiam hodie plerique, quid cuique eventurum sit, e siderum aspectu posse prænosci putant. Cicero primo de divinat. 'Assyrii propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, cum cœlum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, transitiones motusque stellarum observaverunt: quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt: quo in genere Chaldæi, non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna observatione siderum scientiam putantur fecisse, ut prædici posset, quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus esset.'

Proclus l. IV. in Timæum. 'Theophrastus asserit suis temporibus mirabilissimam fuisse Chaldæorum circa talia speculationem, interque multa alia prædixisse, et vitas singulorum et mortes; neque vulgaria solum, quemadmodum tempestates et serenitatem aëris, velut et stellam Mercurii hyeme quidem conspicuam, significare frigus, æstate vero calorem eis importare, omniaque illos et publica et privata ex cœlestibus, in libro qui de signis inscribitur, prænoscere ille affirmat.'

Chaldæorum] De quibus Diodor. III. 8. 'Chaldæi Babyloniorum antiquissimi eum locum in sua Repub. quem in Ægypto Sacerdotes obtinuere. Ad cultum enim Deorum deputati per omnem vitam philosophantur, peritissimi Astrologiæ habiti. Multi divinatione quadam futura prædicebant, ac tum auguriis, tum sacris, tum aliis quibusdam incantationibus et mala avertere ab hominibus, et bona afferre; auguria insuper, somniaque et prodigia interpretari consuevere. Eorum præterea quæ ad sacra speculanda pertinent peritissimi. Non enim quemadmodum Græci horum omnium doctrinam discunt. Nam pueri a patribus progeniem secuti eam percipiunt philosophiam, omni aliarum rerum cura posthabita. Ita tum quia a teneris annis in ea doctrina erudiuntur, tum quia diutius in illa persevcrant, doctissimi evadunt,' &c.

'Chaldæi mundum sempiternum esse aiunt, neque principium habuisse, neque sortiturum esse finem. Universorum ordinem atque ornatum divina quadam providentia factum. Cœlestia omnia non casu, aut sua sponte, sed determinatione et certo quodam firmoque Deorum nutu, judicioque

NOTÆ

esse perfecta. Astrorum longa observatione cursum naturamque diligenter scrutati, multa futura hominibus prædicunt,' &c.

'Aliquando vero ventis, quandoque imbribus, tum æstu, nonnunquam cometis, Solis et Lunæ eclipsi, hiatu terræ, multis denique signis, quæ prosint, quæve obsint, non solum gentibus, ac locis, sed et Regibus et privatis ostendunt, &c. Multa prædixere tum aliis, tum etiam Regibus, præsertim Alexandro, cum esset pugnaturus cum Dario, postmodum Antigono, Nicanori Seleuco.' Hæc Diodor.

Dio l. xxxvi. ad annum 764. 'Vatibus interdictum ab Augusto est, ne vel remotis arbitris, vel coram aliis, de morte cujusquam prædicerent, quanquam ipse Augustus pro se non perinde solicitus esset, ita ut publice stellarum constitutionem, sub qua in lucem erat editus, proposuerit.'

j *Magorum sacra*] Qui in Gallia *Druides*, in India *Gymnosophistæ*, ii apud Persas erant *Magi*, portentosæ cujusdam sapientiæ professores: qua opera quædam admirabilia effici, sidera de cœlo deripi, mutari fluminum cursus, mortuorum animas ab inferis elici, morbos aliis immitti, ab aliis depelli mentiebantur. Sparsa est vanitas illa toto prope orbe terrarum, eo efficacius, quod ex tribus partibus conflata videbatur, quæ singulæ ad permovendos animos plurimum valent, religione, medicina, futurorum prædictione. Ad inventorem Zoroastrem refertur: quem tradit Eudoxius vixisse sex millibus annorum ante Mosen.

Magorum] Plin. xxx. 1. 'Fraudulentissima artium in toto terrarum orbe, plurimisque sæculis valuit. Auctoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, quando quidem sola artium tres alias imperiosissimas humanæ mentis complexa, in unam se redegit. Natam primum e Medicina nemo dubitat, ac specie salutari irrepsisse, velut altiorem sanctioremque quam Medicinam: ita blandissimis desiderabilissimisque promissis, addidisse vires Religionis, ad quas maxime etiamnum caligat humanum genus. Atque ut hoc quoque suggesserit miscuisse artes Mathematicas, nullo non avido futura de se sciendi, atque ea e cœlo verissime peti credente. Ita possessis hominum sensibus, triplici vinculo, in tantum fastigii adolevit, ut hodieque etiam in magna parte gentium prævaleat, et in Oriente Regum Regibus imperet. Sine dubio illic orta in Perside a Zoroastre,' &c.

Tantam potestatem sibi vindicarunt Magi illi, ut universæ naturæ, cœlo, stellis, sphæris, ignibus, aquis, animalibus, plantis, gemmis, umbris et Diis inferis imperasse videantur. Quod refert Plinius xxx. 2. 'Ut narravit Osthanes, species ejus plures sunt. Namque ex aqua et ex sphæris, et ex aëre et stellis et lucernis, ac pelvibus securibusque, et multis aliis modis divina promittit: præterea umbrarum, infernorumque colloquia: quæ omnia ætate nostra princeps Nero vana falsaque comperit: quippe non citharæ tragicique cantus libido illi major fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis animi vitiis. Ad hæc non opes ei defuere, non vires, non discendi ingenium,' &c. Dein sic concludit Plinius: 'proinde ita persuasum sit intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras, sed in his veneficas artes pollere, non Magicas.'

Magorum] Nostro etiam nunc ævo (hæc a. 1680. scripsimus) magna auctoritate pollent Magi in regno Persiæ, qui forte posteri priscorum Ma-

cra,[k] somniorum etiam interpretes[l] impulit: dum ‘ proavum Pompeium,[m] amitam Scriboniam,[n] quæ quondam Augusti

Chaldæorum promissiones, ad Magorum immolationes, et somniorum etiam conjectores; dum ipsi ostendit jactatque proavum Pompeium, amitam Scriboniam,

NOTÆ

gorum Orientis, eandem artem, vel fallaciam retinent. Si quando Rex Persarum urbem regni caput ingredi parat, ad illum venit, qui se ducem Magorum, seu Astrologorum profitetur, monetque præteriisse horam felicem, vel nondum adesse, expectandumque esse, quandoque triduum totum. Idem faciunt illi, cum Rex auspicari regnum cupit, et certum quoddam auspicandi principatum, seu coronam, aut solium avitum occupandi, tempus indicant et præscribunt, tanta asseveratione, ut alio tempore inceptus principatus infaustus eventu sit, et ad vitandam calamitatem, veluti deponendum omittendumque regnum sit, ut rursus feliciori et præscripto ab ipsis tempore Rex solium ascendat: ita ut etiam tum nomen pristinum Rex commutet, quasi fausto magis in posterum vocabulo usurus. Nunc etiam tres aut quatuor Astrologi assidui sunt Regis Persarum comites, ut ipsi perpetuo fausta vel infausta fandi, faciendique momenta denuntient.

[k] *Sacra*] Sacra illa Magorum indicat Plinius facta esse immolatione hominum, ibid. ‘ 657°. demum anno urbis, Cn. Cornelio Lentulo P. Licinio Crasso Coss. S. C. factum est, ne homo immolaretur, palamque usque in tempus illud sacra (Magorum) prodigiosa celebrata.’ Dein innuit idem auctor transvectam illam artem in totum orbem, in Italiam ipsam, in Galliam, ad nostros Druidas, qui *Vates* simul et *Medici;* etiam in Britanniam, et ultra Oceanum. ‘ Britannia,’ inquit, ‘ hodieque eam attonite celebrat tantis cærimoniis, ut dedisse Persis videri possit,’ &c. ‘ Non satis æstimari potest, quantum Romanis debeatur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi vero saluberrimum.’ Et infra c. 2. ubi de Nerone: ‘ dies eligere certos liberum erat, pecudes vero, quibus non nisi ater color esset, facile. Nam hominem immolare etiam gratissimum.’ Sed de his sacris *Magorum* postea videbimus apud Tacitum, ubi de veneficio, seu morte Germanici, et aliis locis.

[l] *Somniorum etiam interpretes*] Hoc videlicet unum restabat stultitiæ genus, ut e vanis somniorum imaginibus veritatem futurorum quæreremus. Repertor artificii Amphictyon quidam fuisse dicitur. Ac Plato quidem l. IX. de Repub. animos bene compositos multa per quietem providere posse confirmat. Et extant tum Hippocratis, tum Aristotelis libelli de divinatione per somnium: et Artemidori libri aliquot de interpretatione somniorum: et Aristidæ Hadriani orationes de somniis suis: et Synesii liber ejusdem argumenti, illustratus commentario Nicephori Gregoræ: et apud Suidam versus multi ad interpretationem somniorum pertinentes. Sed mihi quidem probatur Ennius, qui se ait, ‘ non nauci habere Marsum augurem, non haruspices Vicanos, non de circo Astrologos, non Isiacos conjectores, somniorum interpretes,’ &c.

[m] *Dum proavum Pompeium*] Cur Liboni huic proavus Pompeius, scio: cur Cæsares consobrini. In Scribonia

conjux fuerat,[1] consobrinos Cæsares, plenam imaginibus domum' ostentat: hortaturque ad luxum et æs alienum,

quæ olim Augusti uxor fuerat, consobrinos Cæsares, et referta imaginibus

1 Mallet Heinsius, *fuerit*. Bene; sed non necessario. *Brotier*.

NOTÆ

amita hæreo, quæ ex historiis quidem astruitur saltem matertera major; nisi placet amitæ nomine abusum Tacitum esse. Si non est, sequitur ut paternum genus etiam (nam de materno constat) huic adolescenti e Scriboniis sit. Et suadet hercle nomen; quia Tacito dicitur, *Scribonius Libo Drusus*. Censeo L. Scribonio Liboni, qui consul cum M. Antonio fuit, fratrem fuisse alium Scribonium, cujus nepos iste. Ita, inquam, ut maritus Pompeiæ Scribonius aliquis fuerit. Liquere res nisi ex Genesi non potest. *Lipsius*.

n *Amitam Scriboniam*] L. Scribonius Libo, qui consul cum Antonio anno 719. uxor incerta. Ex his Scribonia nupta Sex. Pompeio filio Magni per bellum Siculum. Ex his Pompeia quæ desponsa M. Marcello, pignus pacis cum Triumviris initæ, sed non deducta. Nupsit forte post Scribonio Liboni. Ex his L. Scribonius Libo, qui consul initio lib. hujus, et Scribonius Libo Drusus, de quo hic, qui tantum prætor. Scribonia soror Scribonii Libonis, qui consul cum Antonio, et uxor Oct. Augusti. Ex his nascitur Julia, cui maritus Vipsanius Agrippa. Ex his orti Caius et Lucius Cæsares, Julia nupta L. Paullo, et Agrippina uxor Germanici.

Ex his Scribonius Libo, de quo nihil legi: Scribonius, de quo nihil item; Scribonius Libo, quem volo maritum Pompeiæ fuisse. Hæc tertia linea ex conjectura; nam aliter de amita Scribonia explicari non potuit.

Proavum Pompeium] Videntur Sex. Pompeius Cn. Magni filius, et L. Scribonius Libo anno U. C. 719. Consul fuisse consoceri; et Pompeiam illius filiam duxit hujus filius L. Scribonius Libo: ex quo conjugio nati L. Scribonius Libo, Drusus cum fratre consule anni 769. qui a Dione L. F. appellatur, et Scribonia Crasso Frugi nupta, de qua in libris historiarum. Hinc Drusus Magni pronepos. Aliam genesim edit Lipsius, sed ut videtur, parum firmam. *Rupertus*.

Prope temerarium est in his aliquid audere. Video tamen Scriboniam Augusti etiam Senecæ appellari hujus Drusi *amitam*. Video et Dioni et Appiani Scribonium Libonem Consulem anni U. 719. dici socerum Sex. Pompeii. Hujus igitur Scribonii filius si Pompeiam duxit, sororis suæ filiam duxit, quæ Romanis non erant justæ nuptiæ. Nec vero Pompeiam Sex. F. possum putare, quam cum Fausti liberis conservatam Hirtius, Florus (haud dubie falso) interfectam cum patruelibus e Sylla scribunt. Quod vult Rupertus, etsi alibi Hirtianam Magni, Flori Pompeiam Sexti filiam faciat. Utrobique profecto eadem designatur, et Magni filia, Cn. et Sexti soror. Relinquitur, ut suspicemur, si possimus, Sexto aliam fuisse uxorem, ex qua genuerit Pompeiam Libonis Drusi matrem, antequam Scriboniam duceret. *Gronovius*.

socius libidinum[o] et necessitatum,[a] quo pluribus indiciis illigaret.

28. Ut satis testium, et, qui servi eadem noscerent, reperit,[1] aditum ad Principem postulat, demonstrato crimine

atria, *impellitque ad luxuriam, et debita contrahenda, conscius voluptatum et necessitudinum, quo pluribus testimoniis illaquearet.*

Ubi satis testium habuit, *et aderant servi, quibus eadem res comperta esset, poscit aditum ad Cæsarem, indicato scelere et sonte per Flaccum Vesculariun equitem*

1 Heinsius ; *qui e servis eadem*, &c. Quibusdam, Aurelio Heinsioque placet, *reperti.* Nihil mutandum. Putat præterea Heinsius *et qui e servis eadem noscerent reperti.* Brotier.

NOTÆ

[o] *Socius libidinum*] Illum incitabat ut, avitis opibus per luxum profusis, grande æs alienum contraheret, sociumque se præbebat, tam ad voluptates, quam ad necessitates, angustiasque vastis debitis conjunctas, ut omnibus ejus arcanis exactissime penetratis, pluribus eum constringeret argumentis, subverteretque facilius. *Freinsh.*

[a] *Et necessitatum*] Τὸ *necessitates* alii sumunt pro *familiaritate, usu, necessitudine ;* alii pro *sumtibus* et *angustiis*, seu pro egestate et inopia ; sed multi homines velint esse socii *libidinum*, non egestatis aut inopiæ. Igitur iste vir *socius libidinum*, prodigentiæ et sumtuum, unde certe necessario sequitur egestas, et ' res angusta domi ;' quam tamen egestatem non sibi proponebat *socius* ille directe. Per *necessitates* hic intellige sumtus et prodigentiam opum, ex quibus statim inopia et angustiæ, hoc sensu.

Proponit Liboni avitam nobilitatem, ob quam ostendit eum posse ad imperium pervenire, modo se dignum illo præstet, munificentia et conviviis gratiam quærendo, (eo efficacioribus, quod ab hac ambitione remotus esset triparcus Tiberius) nec parceret pecuniæ, vel si mutuandum gravibus sub usuris esset, quod donaretur (sic enim et Julius auctor dominationis fecerat) : utque ostenderet sese adjutorem consilii, quod dederat ipse, quasi pro Libone laborans, similiter faciebat, luxuriosus et damnosus ; revera ut plures conscii fierent temerariæ ambitionis, per quos Libonem convinceret.

Illiciebat hortabaturque juvenem ad luxum et æs alienum contrahendum. Erat socius *libidinum*, et conscius *necessitatum* illius. Erat adjutor, fautor, forte et conciliator *libidinum*, at *necessitatum* illius forte tantum hortator et conscius fuit, non adjutor, non particeps ex æquo impensæ et sumtuum. Neque enim pari luxu et prodigentia effudisset opes suas Catus, immo Libonem suis ipsius opibus subvertebat. Neque etiam fides, nobilitas et opes pares Firmio Cato. Et eodem modo fuerit Catus socius necessitatum, quo libidinum erat, nempe fautor, hortator et conciliator : ita ut nihil præter consilium et societatem luxui juvenis adderet, non sumtum. Si contendas tamen vaferrimum illum delatorem aliquid ex suo impendisse in ea societate, ut sic magis vesanum adolescentem incitaret, illiceret, irretiretque, non admodum repugnaverim.

et reo, per Flaccum Vescularium,[p] equitem Romanum, cui propior cum Tiberio usus erat. Cæsar indicium haud aspernatus, congressus abnuit:[q] ‘ posse enim, eodem Flacco internuntio, sermones commeare.’ Atque interim Libonem ornat prætura,[r] convictibus adhibet,[s] non vultu alienatus, non verbis commotior (adeo iram condiderat) cunctaque ejus dicta factaque, cum prohibere posset,[t] scire malebat:[u] donec Junius quidam, tentatus,[v] ut infernas umbras[w] carmi-

Rom., cui major cum Tiberio familiaritas erat. Cæsar, haud spreta delatione, colloquium negat, quippe posse perferri invicem nuntios, eodem Flacco interprete. *Atque interea auget Libonem prætoria dignitate, admittit ad convivia, facie haud infensus, non sermone violentior (adeo presserat iracundiam) et malebat nosse omnia quæ Libo diceret, aut faceret, cum posset impedire ; donec Junius quidam solicitatus, ut Tartareos manes evocaret incantamentis, rem denuntiavit Fulcinio*

NOTÆ

[p] *Per Flaccum Vescularium*] Qui tamen infra lib. v. est, Vescularius Atticus insidiarum in Libonem internuntius.

[q] *Congressus abnuit*] Ne tamen ex congressu Cati suspiciones nascerentur, noluit eum admittere. *Freinsh.* Forte id egit superbia sibi innata Tiberius, vel ne Catus suspectaretur Liboni; forte et contemtu pessimi hominis, amicum suum prodentis, non spernebat indicem, sed horrebat hominem infidum, quem ut parricidam aversari potuit; nam vere *parricida* qui amicum prodit.

[r] *Ornat prætura*] Horatius, ‘ Eutrapelus cuicumque nocere volebat, Vestimenta dabat pretiosa.’ Ista sævitiæ velamenta objicit Domitiano Suetonius, ut noster Neroni.

[s] *Convictibus adhibet*] Sueton. Domit. 11. ‘ Actorem summarum, pridie quam crucifigeret, in cubiculum vocavit: assidere in toro juxta coëgit, securum hilaremque dimisit, partibus etiam de cœna dignatus est. Aretinum Clementem Consularem virum e familiaribus, et emissariis suis condemnaturus in eadem, vel etiam in majore gratia habuit, quoad novissime simul gestanti, conspecto delatore ejus, ‘ Vis,’ inquit, ‘ nequissimum servum cras audiamus ?’

[t] *Cum prohibere posset*] In eo prava vafrities, et sæva dissimulatio, quod cum prohibere posset juvenem, ne peccaret, ne periret, ruere in scelus maluit ut puniret; sic labentem, ruentemque juvenem deseruisse, immo impulisse visus est, quod indignum bono principe.

[u] *Scire malebat*] Et cum prohibere posset, scire et ulcisci malebat. At debet princeps ‘ omnia scire, non omnia exequi.’ Tac. in Agric.

[v] *Tentatus*] Junius quidam nomine Libonis rogatus carminibus magicis manes evocare.

[w] *Infernas umbras*] Cicer. in Vatin. ‘ Et quoniam omnium rerum magnarum a Diis immortalibus principia ducuntur, volo ut mihi respondeas tu, qui te Pythagoram soles dicere, et hominis doctissimi nomen tuis immanibus et barbaris moribus prætendere, quæ te tanta pravitas mentis tenuerit, quis tantus furor, ut cum inaudita ac nefaria sacra susceperis, cum infernorum animas elicere, cum puerorum extis Deos manes placare soleas,’ &c.

Infernas umbras, &c. elicceret] Quan-

nibus eliceret, ad Fulcinium Trionem indicium detulit: celebre inter accusatores Trionis ingenium erat, avidumque famæ malæ.[x] Statim corripit reum, adit Consules, Senatus cognitionem[2] poscit:[y] et vocantur Patres,[3] addito,[z] ‘consultandum super re magna[a] et atroci.’

Trioni. Famosum erat ingenium Trionis inter delatores pessimæque famæ cupidissimum. Confestim invadit sontem, pergit ad consules, judicium patrum postulat, et vocatur senatus, adjecto deliberandum de negotio ingenti et immani.

2 Gronovius *cognitionem Senatus.*—3 Frustra tentat Faërnus, *poscit, advocantur patres.* Brotier.

NOTÆ

ta in ea re vanitas artis fuerit, indicat Plin. lib. xxx. 2. ‘Quærat aliquis quæ sint mentiti veteres Magi, cum adolescentibus nobis visus Apion Grammaticæ artis, prodiderit,’ &c. ‘seque evocasse umbras ad percontandum Homerum, qua patria, quibusque parentibus genitus esset? non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret.’

Qua herba uterentur ad evocandos Deos, docet Plinius lib. xxiv. 17. ‘At in his ille (Democritus) post Pythagoram Magorum studiosissimus, quanto portentosiora tradit! Aglaophotin herbam, quæ admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiæ nascentem Persico latere; qua de causa Marmaritin vocari. Magos utique ea uti, cum velint Deos evocare.’

Et lib. xxxviii. 8. ‘Eodem (sanguine Pantheræ) tactis postibus, ubicumque Magorum infestari artes, non elici Deos, nec colloqui, sive lucernis, sive pelvi, sive quo alio genere tententur.’

Nec solum evocabantur a sapientibus illis manes, sed etiam, si quando egressæ tumulis umbræ infestarent domos, aut personas, a Magis repellebantur in sua sepulcra, claudebanturque rursus, ita ut non amplius exire auderent, si credere fas sit Quintiliano declamat. 10. ubi de patre cujus filius mortuus redibat. ‘Filium videre timuit; sic Magum protinus, nescia matre, cujus horrido murmure imperiosisque verbis Dii superi manesque torquentur, excogitator iste mortis alterius, advocat,’ &c. ‘Magna tua gloria est, si retines filium qui redit etiam a morte ad matrem. Noxium sepulchro circumdatur carmen. Tunc horrentibus verbis urna præcluditur,’ &c. ‘Dum cludis umbram, intelligimus te solum esse, qui possis evocare.’

[x] *Avidumque famæ malæ*] Hic sensus idem est, qui in his II. 27. de Messalina: ‘Nomen tamen matrimonii concupivit, ob magnitudinem infamiæ, cujus apud prodigos novissima voluptas est.’

[y] *Senatus cognitionem poscit*] Non Senatum, ut nonnulli: aliud hoc: neque enim contiuuo, qui *cognitionem Senatus* poscit, idem etiam Senatum haberi, vocarique postulat; quanquam hic pro rei atrocitate, utrumque fortassis factum sit, neque legitimus Senatus expectatus, sed extra ordinem indictus fuerit. *Freinsh.*

[z] *Addito*] Additis ad solennem formulam his verbis, ‘super re magna,’ &c.

[a] *Consultandum super re magna*] Ut in crimine læsæ majestatis, statim

29. Libò interim, veste mutata,[b] cum primoribus[c] fœminis circumire domos, orare affines, vocem adversum pericula[d] poscere; abnuentibus cunctis,[e] cum diversa prætende-

Interea Libo squalido cultu, cum primariis mulieribus cœpit *ire passim per domos, rogare propinquos, postulare vocem* et opem *contra discrimina: recusantibus omnibus, eodem metu, cum dissimilia prætexerent. Die quo senatus habebatur pavore, et*

NOTÆ

extra ordinem vocari Senatus, etiam festo die occurrente, et fieri judicium, pœnaque decerni adversus reos extemplo debuit; quia, nempe, salus Reipub. salus principis agebatur. Sic et vetere Repub. usurpatum; sic et Athenis decreverat Solon: novatores statim damnari, statim puniri; nisi enim mala in Rempublicam consilia cito occupentur, prævertanturque, jam neque magistratus, neque leges valebunt.

[b] *Veste mutata*] Cultus supplicis hic est, qualis lib. XLIII. Livii, ubi principes civitatis in conspectu populi 'anulis aureis positis vestem mutarunt,' ut supplices plebem circumirent. Mutatur autem vestis candida in obsoletam et sordidam. Neque sine causa vestem sordidam in publico habere, capillumve submittere licuit: qua de re Veuuleii scriptum exstat ex lib. II. publicorum D. de injuriis: et censorum olim, et de re cognitio et severitas in M. Livium extat apud Tit. l. XXVII.

Veste mutata] Gell. lib. III. 4. 'In libris, quos de vita P. Scipionis Africani compositos legimus, scriptum esse animadvertimus, P. Scipioni Pauli filio, postquam de Pœnis triumphaverat, Censorque fuerat, eidem diem dictum esse ad populum a Claudio Asellio Trib. Pleb. cui equum in censura ademerat, eumque, cum esset reus, neque barbam desiisse radi, neque non candida veste uti, neque fuisse cultu solito reorum.'

[c] *Cum primoribus*] Comitantibus ad commendationem, misericordiamque movendam, claris ejus familiæ fœminis, propinquis suis, domos illustrium circumibat, propinquos rogans, ut ipsi adessent, et causam suam agerent, quod ab omnibus pariter negatum est: eodem omnes metu perculsi, ne nempe offenderent principem, quamvis alius aliud excusaret.

[d] *Vocem adversum pericula*] Fuit etiam qui intellexit, ut cum in Senatu sententiam dicerent patres, ipsius in favorem loquerentur, quod falsum puto: nam sequentia satis aperte declarant, quæsitos a Libone advocatos, ac patronos, qui *voce* i. e. oratione, causam ejus defenderent, intercederentve pro eo, ac deprecarentur. Hoc sensu *vox* apud Ciceronem pro P. Sextio: 'conciones haberi quotidie contra me, vocem pro me ac Republica neminem mittere.' *Freinsh.*

Vocem] Puto posse indefinite intelligi, petiisse *vocem* amicorum, et affinium ad amicos principis, ad principem ipsum, ad patres in Senatu: et revera Quirinius affinis adit principem pro Libone deprecaturus, cui responsum est, ut 'Senatum rogaret;' quidni et petiit vocem affinium et amicorum in Senatu, ut mos olim fuit habere patronos et deprecatores illustres, veluti testes probitatis, et bene anteactæ vitæ? qui diversi ab oratoribus, qui rei salutem et causam propugnabant oratione continua: petiit et *vocem* qua illum defenderent ut patroni, etiam qua ipsum tuerentur patres cum sententiam promerent.

Cum Libo sine patrono introisset, instant certantque invicem delatores,

rent, eadem formidine. Die senatus, metu et ægritudine fessus, sive, ut tradidere quidam, simulato morbo,[f] lectica delatus[g] ad fores curiæ, innisusque fratri,[h] et manus ac supplices voces ad Tiberium tendens, immoto ejus vultu excipitur. Mox libellos[i] et auctores[j] recitat Cæsar, ita moderans, ne lenire, neve asperare crimina videretur.

tædio animi æger, sive, ut nonnulli scripsere, ficta adversa valetudine, sella vectus ad vestibulum senatus, et innixus fratri, et tendens manus precesque ad principem, inflexo ejus ore excipitur. Dein Tiberius legit codicillos, et indices, ac delatores nominat, *sic temperans* inter legendum, *ne minuere vel augere scelera putaretur.*

NOTÆ

quis ingrediatur accusationem Libonis, at nemo patronus Liboni succurrit, quippe fuit crimen majestatis, tantum, tamque horrendum, ut ipsi propinqui, licet forte tum non sic appellaretur, affines, et amici absisterent, causamque et reum desererent, ne se calamitati, et exitio alieno immiscerent. Hinc Senecæ Libo dicitur *funus*, eo ipso quo accusatus est. Et tum *periculum* pro *exitio* habebatur.

[e] *Abnuentibus cunctis*] Sic Dionysius lib. IV. de Tullio Servio. 'Processit in forum sordida veste indutus, squalidus, abjectusque, comitante illum, et matre sua Ocrisia, et Tarquinii uxore Tanaquil, simul et universa familia regia.' Sic et Plutarchus in Camillo; cum, nempe, prope esset ille, ut populi suffragiis damnaretur. 'Sic igitur Camillus convocatis amicis, collegis simul, et his qui secum militaverant, qui plurimi fuerunt, rogavit illos, ne se despicerent, desererentque mala de causa oppressum, et risui inimicorum expositum; sed postquam amici consultassent, invicemque colloquium habuissent, illi arbitrari, se non debere adesse illi, aut opem ferre in tali judicio, responderunt.'

[f] *Simulato morbo*] Verum fuisse morbum scribit Dio, additque *letalem*, nec Tiberium ausum *sanum et valentem* Libonem aggredi, sed in *ægrum* et viribus fractum insiluisse; quod faciunt timidiores. Si credimus Suetonio, initio metuebat Clementem, Libonem, sed præcipue, Germanicum, et Senatum.

[g] *Lectica delatus*] Quod receptum in solis ægris. Nam lecticæ quanquam jam vulgatæ, tamen spernebantur adhuc a Curiæ aditu. Sueton. de Tiberio: 'Nunquam curiam, nisi solus intravit: lectica quondam introlatus æger, comites a se removit.'

[h] *Innisusque fratri*] Puto L. Scribonio Liboni, qui hoc anno Consul. *Lipsius.*

[i] *Libellos et auctores*] Libellos enim dabant, qui alium deferebant, sua manu subscriptos, aut pro eis ab aliis, si forte ipsi literas nescirent. L. Libellorum, D. de accusat. et inscript. *Muretus. Libellos*, in quibus erant accusationis capita, quæ apud acta deponebantur, et nomina auctorum, id est, accusatorum, manu eorum scripta L. 2. D. de accus. nam accusatorem certum esse oportuit, in quem accusationis probata calumnia cuderetur. *Aurelius.*

[j] *Et auctores*] Alii vertunt *accusatores*, sed potius intelligendi indices, seu testes et delatores, qui tales libellos composuerant, miserantque Tiberio, nempe Firmius Catus, et Junius, seu Fulcinius Trio.

30. Accesserant, præter Trionem et Catum accusatores, Fonteius Agrippa et C. Vibius,[1 k] certabantque, cui jus[l] perorandi in reum daretur: donec Vibius, quia nec ipsi inter se concederent, et Libo sine patrono introisset, singillatim se crimina[m] objecturum professus, protulit libellos, vecordes adeo,[n] ut consultaverit Libo, ‘an habiturus foret

Præter Trionem et Catum accusatores, delationi *etiam se adjunxerant Fonteius Agrippa et C. Vibius, et contendebant* inter se, *cui perorandi in sontem facultas concederetur, donec Vibius, quia nec illi invicem* tali jure *cederent, et Libo ingressus esset sine advocato, pollicitus se singula ordine scelera expositurum, promsit codicillos adeo insanos, ut Libo* Magos *consuluerit*, an possessurus esset

1 In Ms. Flor. et veteribus editionibus, inter quas Gronovii, *C. Livius.* Ryckius et Ernestus merito emendarunt ex Annal. IV. 28. et 29. *C. Vibius.* Lipsius conjectaverat, *Cluvius.* Brotier.

NOTÆ

[k] *Vibius*] Non *Livius*, sed *Vibius* est, de quo Tacit. lib. IV. 29. ‘Nec occultante vetus odium adversus exulem Serenum: nam post damnatum Libonem, missis ad Cæsarem literis exprobraverat suum tantum studium sine fructu fuisse.’ Qui haud dubie vocabatur *C. Vibius Serenus.* Et lib. IV. 13. ‘Et Vibius Serenus Proconsul ulterioris Hispaniæ, de vi publica damnatus, ob atrocitatem morum in insulam Amorgum deportatur.’ Atrocitas illius patet ex his Taciti: ‘Addideratque quædam contumacius, quam tutum apud aures superbas et offensioni proniores.’ Neque constat de atrocitate temporum: immo Tiberius cap. 30. ‘Dictis sententiis ut Serenus more majorum puniretur, quo molliret invidiam, intercessit.’

Et habemus exemplum Cassii Severi, qui Cretam amotus propter delationes, ibi cum eadem ageret, angustiori insula inclusus est, et haud dubie sic propter atrocitatem ingenii passus est. Puto qui de vi publica damnatus esset, igni et aqua interdicebatur; ita ut ei exulare liceret quocumque loco: at iste addens crimini atrocitatem morum, insula illa inclusus est. De Cassio Severo Dial. or. ‘Contemto ordine rerum, omissa modestia ac pudore verborum, ipsis etiam quibus utitur armis incompositus et studio feriendi, plerumque detectus, non pugnat, sed rixatur.’

[l] *Certabantque, cui jus*] Hoc genus judicii *divinationem* vocabant. *Asconius.*

[m] *Singillatim se crimina*] Idem fecit Cicero in Verrem, et ita conatus Hortensii elusit. Hoc est separatim se ei crimina, quorum probationes ipse haberet, objecturum.

[n] *Vecordes adeo*] Hoc vitio Libonem non absolvo. Vereor tamen, ne Tacito hic exciderit, quale Floro, cum τέχνασμα Tarquinii, eminentia papaverum capita demetentis *superbiam* vocavit. Speciem stultitiæ obtendi agnosco: sed sub ea rem atrocem velatam diffiteri nequeo. Nec tam stolida, quam perplexantis ea oratio videtur, qui rogare aperte non auderet, an majorem potentiam habiturus esset, quam quisquam privatorum; ad quantam accederet forsan nemo; propinquius tamen nemo ac-

opes,[o] quis viam Appiam[p] Brundisium[q] usque pecunia operiret.' Inerant et alia hujuscemodi, stolida, vana: si mollius acciperes, miseranda.[r] Uni tamen libello manu Libonis nominibus Cæsarum[s] aut senatorum additas[t] atroces vel occul-

divitias, seu nummos, quibus consterneret viam Appiam Brundusium usque. *Inscripta erant et alia hujusce generis vesana, inania, et si lenius intelligeres, miserabilia. Attamen accusator objiciebat uni codicillo adjectas ipsa manu Li-*

NOTÆ

cederet principe: denique an principatu potiturus esset.

Omnis superlatio, quam vocant Rhetores, exprimit, quid fieri non quit, ut quod summum veri est, intelligamus. Darius pecuniam deferebat Alexandro, 'quantam tota Macedonia caperet.' Et solent in consultationibus istis perplexim loqui, dum vanum sibi in dubios exitus veniæ patrocinium præparant, qui spei vetitæ indulgent. Sic dux Biro in Gallia sub Henrico Magno consulebat, 'an in capitato argento suam faciem quandoque visurus esset.' *Gronovius.*

[o] *An habiturus foret opes*] Observat interpres sapienter et politice latere dolum potuisse sub tali interrogatione. Scio quam forent ambigua interrogata, simul et responsa talium Vatum seu Oraculorum: si tamen Tacitum audimus, non ea gravitas, aut prudentia fuit in vesano juvene: 'Stolida,' inquit, 'vana: si mollius acciperes, miseranda.' Id judicium Taciti fuit de Libone, quod judicium interpretari aliquando non nefas arbitror; nam neque id novum, aut insolitum vesanis hujusmodi hominibus et etiam aliquando prudentibus, Chaldæos, seu Mathematicos, Deos ipsos et Oracula sic consulere et interrogare ambigue: exemplum habes in Vespasiano, Tito, Germanico, quem aversatus Apis Deus Ægyptiorum, ei sic exitium portendit.

[p] *Quis viam Appiam*] Non temere de via Appia consultavit vanum caput, quia ea inter Romanas vias longissima, et quasi regina, ut ait Statius: 'qua limite noto Appia longarum teritur regina viarum.' Sed pertinuitne ea Brundisium usque? Negat Frontinus de Aquæductibus, qui ultra Capuam non porrigit. 'Appia aqua,' inquit, 'inducta est ab Ap. Claudio Censore, qui et viam Appiam a porta Capena usque ad urbem Capuam muniendam curavit.' Affirmat tamen hic Tacitus, et Strabo prolixe lib. v. et VI. et Horatius, 'Brundisium melius Numici via ducat, an Appi;' aliique. Omnes bene. Nam Appius ipse non hercle ultra Capuam produxit. Ne potuit quidem, ut fines tunc erant imperii Romani. Perduxit postea, sive C. Gracchus Tribunus, qui plerasque vias fecit, refecit, sive C. Cæsar, qui Curator viæ Appiæ non leviter in eam impendit: sive Augustus; de quo inscriptiones priscæ, S. P. Q. R. QUOD VIÆ MUNITÆ SUNT. Nam certum aliquid, non alii, non ego inveni.

[q] *Brundisium*] Vel Brundusium, urbs Calabrorum populorum, in Messapia provincia Italiæ. Hodie *Brindisi* Italis, vel *Brindes* Francis, urbs terræ *d'Otranto* ad sinum Venetum, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

[r] *Miseranda*] Id est, quæ tanquam inania, et ineptissimis ineptiora, miseranda et spernenda erant, ut quæ vesaniam juvenis, qui socordia et amentia præceps ruebat, arguerent.

[s] *Nominibus Cæsarum*] Nempe Tiberii, Drusi, Germanici et filiorum

tas notas,[n] accusator arguebat. Negante reo, agnoscentes ser-

bonis infestas, vel arcanas notas vocabulis Cæsarum, aut patrum. Inficiante sonte,

NOTÆ

ipsius, quos iis notis, forte Magicis, aut saltem obscuris, occidere destinabat, quemadmodum et quosdam patrum, qui sibi displicebant.

[t] *Additas*] Quo libello, diversas notas, quarum aliæ manifesto atrox aliquid significarent, aliæ occultæ, ita ex hoc suspectæ essent, manu sua Libo appinxisset.

[u] *Atroces vel occultas notas*] Forte Magicæ illæ notæ: sic apud Dionem, ubi de Germanici obitu, qui veneficiis quibusdam *sublatus* est, ἐλασμοὶ μολίβδινοι ἄρας τινὰς μετὰ τοῦ ὀνόματος ἔχοντες: i. e. *Laminæ plumbeæ quæ imprecationes quasdam nomini additas continebant.* Vel erant tantum notæ vulgares affixæ nominibus eorum quos statim occidere volebat, parandi vel firmandi imperii causa.

Occultas notas] Tales apud Athen. 12. 'præter hæc in consutis coriis literas Ephesias pulchras ferens.' Literæ Ephesiæ in proverbium abierant: sunt notæ seu voculæ quas qui gestarent, mira felicitate, tanquam virgula divina, quicquid optarent, assequerentur. Apul. lib. III. Asini; ubi describit apparatum veneficarum sic habet; 'omne genus aromata, ignorabiliter laminæ literatæ,' &c.

Atroces vel occultas notas] Vertunt quasi *notæ* illæ fuerint quædam observationes, seu memoriæ sermone et verbis explicitæ, non vero mutæ et incognitæ notæ; et certe si muti et informes characteres fuissent, vix ipsi servi manum Libonis agnoscerent; et qui atroces dici potuerunt, nisi id eliceretur ex verbis exaratis, formatisque literis? itaque *atroces* notæ fuerint claræ et explicitæ; *occultæ* vero, quia verbis obscuris compositæ.

Forte brevibus notis scriptus hic libellus Libonis, ut qui mentem suam obtegere vellet, ad memoriam simul et arcanum compositus: sed ita tamen breves ut sensus eliceretur, quod fiebat, cum per notas arcanas scriberent, vel cum properanter exciperent orationem aut sermonem Oratoris; quod Cicero usurpavit, cum perorasset Cato in Senatu, adversus Catilinam; quam artem perfecit postea Mæcenas, et per libertum Aquilam docuit; vel cum summas rerum tantum attingerent, quod appellamus vulgo *minuter*.

Eo sensu usurpat Tacit. VI. 9. 'Cæsar Pollionis, ac Viniciani, Scauriique causam, ut ipse cum Senatu nosceret, distulit, datis quibusdam in Scaurum tristibus notis.' Aliorum reorum causam, distulit, nullo alio addito, at de Scauro summatim aperuit mentem Cæsar.

Nescio an huc referri possit, quod habet Sueton. de Domitiano X. 'Auctorem (alii actorem) summarum, pridie quam crucifigeret, in cubiculum vocavit: assidere in toro juxta coëgit, securum hilaremque dimisit, partibus etiam de cœna dignatus est.'

Sed præcipue de notis istis intelligendus Suetonius Calig. XLIX. 'Proposuerat Antium, deinde Alexandriam commigrare, interemto prius utriusque ordinis electissimo quoque. Quod ne cui dubium videatur, in secretis ejus reperti sunt duo libelli, diverso titulo: alteri gladius, alteri pugio index erat. Ambo notas et nomina continebant morti destinatorum.' Itaque isti libelli Caligulæ continebant *nomina* occidendorum; et præterea *notas*, id est, causas, seu crimina talium reorum, summatim inscripta.

vos per tormenta interrogari placuit. Et, quia vetere senatusconsulto[v] quæstio in caput domini prohibebatur,[w] callidus et

visum est inquiri per cruciatus, in servos qui manum Libonis cognoscebant. Et quia antiquo patrum decreto vetabatur quæstio in vitam domini, astutus et novæ

NOTÆ

Talia fere *elogia* reorum, seu damnatorum. Elogium quippe fuit, veluti breve caput, seu brevis summa causæ et criminis illorum. Sueton. de eodem Caio XXVII. 'Custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, staus tantummodo intra porticum mediam, a calvo ad calvum duci imperavit.'

Tales, ut puto, *notæ* ignominiæ, quæ militaribus viris inustæ ex disciplina Rom. Fuerunt enim veluti capita brevia, et summæ criminis, seu flagitii illorum, notatæ libellis, seu matriculis Scribarum castrensium.

[v] *Vetere senatusconsulto*] Quando et a quo latum id SC. quæro. Sane antiquum est, et Cicero referre videtur ad morem majorum, potius quam ad legem. 'Nam cum more majorum de servis in dominum, ne tormentis quidem quæri liceat; exortus est servus, qui quem in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus.' Idem: 'Majores nostri in dominum de servo quæri noluerunt, non quia non posset verum inveniri, sed quia videbatur indignum esse, et domino morte ipsa tristius.'

Derogatum ei legi antiquitus, in causa incesti. Pro Milone: 'De servis nulla lege quæstio est in dominum, nisi de incestu, ut fuit in Clodium.' Jurisconsulti excipiunt etiam adulterii crimen, fraudati census, et majestatis. L. I. C. de Quæstionibus.

[w] *Quæstio in caput domini prohibebatur*] Non licuit torquere civem Rom. neque hominem liberum, aut libertum; neque etiam servum in caput Domini, nisi in IV. criminibus, nempe adulterii, incesti, fraudati census, et majestatis. Ideoque in crimine adulterii lege Julia Augusti cautum, ne servi uxoris adulterii accusatæ intra LX. dies manumitterentur, idemque in servis patris ejus constitutum; quia nempe si manumissi forent servi, jam utpote liberi, torqueri in caput dominæ non potuissent.

In crimine incesti potuerunt etiam torqueri servi in caput domini. Patet ex Livio l. VIII. 'Eo anno Minucia Vestalis suspecta primo propter mundiorem justo cultum, insimulata deinde apud Pontificem, ab indice servo, cum decreto ejus jussa esset sacris abstinere, familiamque in potestate habere, facto judicio, viva sub terram, &c. defossa scelerato campo.' Ubi *familiam in potestate habere*, idem est, ac servos non manumittere, quia manumissi torqueri non potuissent in caput Minuciæ incesti accusatæ.

Sic incesti etiam accusatus Clodius Cicero orat. pro Milone, (de Clodio loquitur) 'cujus nefarium adulterium pulvinaribus sanctissimis nobilissimæ fœminæ comprehenderunt, eum cujus supplicio Senatus solennes Religiones expiandas sæpe censuerit, cum quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse,' &c. Ideoque potuit haberi quæstio ex servis in talem dominum, quod affirmat ibid. Tullius: 'De servis nulla quæstio est in dominum, nisi de incestu, ut fuit in Clodium.'

Idem et volebant statui adversus Milonem, quia Clodium occidisset, tanquam illa cædes facta esset contra

novi juris repertor, Tiberius,[x] mancipari singulos actori

jurisprudentiæ auctor Tiberius præcipit vendi omnes servos *procuratori publico,*

NOTÆ

Remp. quasi tum violatæ essent Religiones et Cærimoniæ; ideoque et amici et propinqui Clodii, postulabant servos Milonis, etiam et Faustæ uxoris ejus in tormenta, et ipse Pompeius in sua causa jussit, ut servos haberet idem Milo in sua potestate.

Cicero ibid. 'Proxime ad Deos accessit Clodius, propius, quam tum, cum ad ipsos penetraret, cujus de morte, tanquam de cærimoniis violatis quæritur. Sed tamen majores nostri in dominum e servo quæri noluerunt, non quia non posset verum inveniri, sed quia videbatur indignum esse, et domini morte ipsa tristius.'

Itaque velut in crimine violatarum Religionum, seu etiam majestatis, quia contra Rempub. cædes illa Clodii facta videbatur, postulabant servos Milonis, ut torqueri in illum possent. Nam ut innuit Tullius, de morte Clodii tanquam de cærimoniis violatis quærebatur ex servis in Milonem dominum illorum; sed majores nostri id noluerunt.

Puto appellabant crimen Milonis violatarum Religionum, seu cærimoniarum, quia Clodius in monumentis majorum suorum, nempe in via Appia, quam olim munierat Appius cæcus, qui e gente Claudia, et ante fundum suum, seu villam, et velut in sinu seu conspectu penatum, occisus erat.

Idem fere crimen Libonis, nempe violatarum Religionum, et majestatis, ut qui sacra Magorum celebrasset, et Chaldæos interrogasset in salutem principis; quamvis forte initiis imperii Tiberius crimen majestatis videri noluerit, ne irritaret animos civium, nondum satis firmata potestate adversus Rempublicam et libertatem. Et si sedulo attendis toti huic narrationi Taciti, ne quidem reperias nomen majestatis.

Et ideo recurrendum Tiberio fuit ad novum jus, seu novam vafritiem, qua nempe actori publico servos Libonis mancipari jubet, ut torqueri in ipsum possint, quia nempe novum et inauditum erat, quæri ex servis in dominum, ob pollutas cærimonias, et ob crimen majestatis adhuc magis novum et insolitum erat; ideoque siletur, quamvis revera non aliud crimen haberet Libo, eoque tantum nomine damnaretur.

[x] *Novi juris repertor, Tiberius*] Immo infamia hujus inventi penes Augustum: erratque noster, si non errat Dio l. LV. 'Quod vero, cum non liceret servum in caput Domini torqueri, jussit ut quoties ejus rei usus esset, vendi servum vel actori publico vel sibi ipsi principi; ut jam quasi alienus a reo examinari posset. Id sane nonnulli criminati sunt, quasi legem, ea domini mutatione, dissolveret.'

Novi juris] Tiberius callido commento vim Senatusconsulti elusit, novamque juris imaginem reperit, quo, more veteri in speciem salvo, nihilo secius quæstio ista non periret: vendi enim eos manciparique actori publico jussit; ut ita translato dominio, non amplius Libonis servi, sed publici viderentur.

Novi juris] Sic novo jure repertum quod habet Sueton. de filia Sejani. 'Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiatæ prius a carnifice, dein strangulatæ.' Quod prius vitiata filia Sejani fuerit id novi juris inventum fuit.

publico[y] jubet: scilicet, ut in Libonem ex servis, salvo Senatusconsulto, quæreretur. Ob quæ posterum diem[z] reus petivit: domumque digressus, extremas preces P. Quirino[2]

videlicet, ut illi interrogarentur in Libonem, illibato decreto patrum. Propter ea crastinum diem reus postulavit, et cum domum discessisset, ultimas preces commen-

2 Sic Ms. Flor. Editiones veteres, Gronovius, Ryckius, et recentiores. Alii, *P. Quirinio*, quos sum secutus. Ejus enim mentio sæpe occurrit in libro

NOTÆ

[y] *Actori publico*] Mancipari, mancupio tradi: *πιπράσκεσθαι*, sive vendi, dixit Dio. Supra: 'hortisque venditis, statuam Augusti simul mancipasset.' Lib. III. 'Servos quoque Silani, ut tormentis interrogarentur, actor publicus mancipio acceperat.' Sed quis publicus actor? non alius, quam publicus, sive servus, sive libertus, proprio tamen munere, qui res rationesque Reipub. administrabat.

Actori] Actores fere cum procuratoribus æquiparantur; ita tamen, ut minus late vagetur eorum potestas. Plinius panegyr. Trajani. 'Dicitur actori, atque etiam procuratori tuo: in jus veni, sequere ad tribunal.' Idem Plinius l. III. Epist. ad Calvisium: 'Deinde quod non minus utile quam voluptuosum, posse utramque eadem opera, eodem viatico invisere, sub eodem procuratore, ac pæne iisdem actoribus habere.' Itaque dicebantur 'actores prædiorum,' 'actores rerum;' et apud Sueton. Domit. II. 'actor summarum.'

Certe illi *actores* pecuniæ recipiendæ et expendendæ præerant. Ut ergo *actores* servi in privata familia, ita et erant *actores* servi Reipub. et mox *actores Cæsaris*. Plinius l. VII. epist. ad Caninium de actore publico sic habet: 'pro quingentis millibus nummum, quæ in alimenta ingenuorum promiseram, agrum ex meis longe pluris, actori publico mancipavi,' &c.

Actores isti qui servi, appellationem seu nomen habebant a Magistratibus qui manumiserant. Ita Varro l. VII. de lingua Latina: 'Nomina habent plerique liberti a municipio manumissi: in quo, ut societatum et fanorum servi non servarunt proportionem et rationem; et Romanorum liberti debuerunt dici; ut a Faventia Faventinus, a Reate Reatinus, sic a Roma Romanus: ut nominantur libertini a libertis orti, et e publicis servis populi Romani, qui manumissi, antequam sub magistratuum nomina, qui eos liberarunt, succedere cœperunt.'

Nempe servi illi publici manumissi vocabantur liberti populi Ro. quippe a quo manumissi erant; sed postea per ambitionem nominati a magistratibus, ab aliquo Consule, vel Prætore: sic *Corneliani*, *Gelliani*, *Clodiani* postea dicti, et mox principali ambitione *Liberti Cæsaris* appellati. Et erant cujuscumque Cæsaris, qui successisset, imperiumque obtinuisset.

[z] *Posterum diem*] Comperendinati rei prope pro damnatis habebantur Comperendinationem enim ii fere tantum petebant, qui aut exilio, aut morte voluntaria prævenire condemnationem volebant. Si enim ita se purgaverat reus, ut omnia quæ sibi objecta erant, diluisse videretur, statim absolvebatur. Comperendinabatur, cum satis munita defensio non erat.

propinquo suo[a] ad Principem mandavit. Responsum est, 'ut Senatum rogaret.'

31. Cingebatur interim milite[b] domus, strepebant[1] etiam in vestibulo,[c] ut audiri, ut aspici possent: cum Libo, ipsis, quas in novissimam voluptatem[d] adhibuerat, epulis excruciatus, vocare percussorem,[e] prensare servorum dextras,

davit P. Quirinio affini suo ferendas *ad Cæsarem: cui responsum est*, ut patres oraret.

Interea milites circumsidebant domum Libonis, *astrepebantque etiam ante fores*, ita *ut possent audiri et videri: cum Libo cruciatus ipso convivio, quod in extremas delicias paraverat*, cœpit *invitare interfectorem, ambire mancipiorum manus, inferre*

sequenti et semper *Quirinius* appellatur; sic etiam a Strabone, Josepho, et Dione sæpe nominatur. *Brotier.*

1 Ita Ms. Flor. Beroaldus, Pichena, et recentiores. Alii, *strepebantque etiam.* Quod inutile et frigidum. Heinsius *strepebant jam et in vestibulo.*—

NOTÆ

[a] *Quirino propinquo suo*] Plerumque legitur *Quirinio:* hic fuit Sulpicius Quirinius, qui Æmiliam Lepidam habuit uxorem; unde affinitas. Nam ipse ignobilis.

[b] *Milite*] Qui necessitatem ostenderent, sponte, aut vi pereundum. *Lipsius.* Qui forte custodirent, ne fuga elaberetur, ne quid novi moliretur, ut observarent qui quæque ad illum venirent, qui fautores ipsius, qui epistolas, memorias Libonis, et libellos Cæsari, simul et opes delatoribus conservarent. Attamen *visa cæde miles abstitit;* sed liberti actores, et procuratores haud procul, intenti erant prædæ.

[c] *Strepebant etiam in vestibulo*] *Vestibulum* est spatium ante januam domus vacuum inter viam publicam atque ipsas ædes: quod quanquam extra ædes esset, tamen quodam modo pro parte earum accipiebatur. Vide Baldum in verbis Vitruvianis. Multum itaque hæc distant *in Vestibulo* et *ante fores:* nam *ante fores* esse dicuntur, qui proximi sunt foribus: at *in vestibulo* esse potest, qui a foribus satis longe remotus est.

[d] *In novissimam voluptatem*] Sic Livius facit Vibium, et XXVII. Senatores Campanos lautis epulis exsatiatos et temulentos venenum hausisse. Sic noster Asiaticum in extrema vitæ linea, lauto corpore, hilare epulatum ait, et sibi vitam ademisse. Sic Jubam Regem Maurorum et Petreium magnifice epulatos, dein mutuis vulneribus tradunt se confecisse. Sic Florus Cantabros ferro venenoque inter epulas se trucidasse. Scholiastes Juvenalis in Sat. VI. 'Pontia P. Petronii filia, quam nemo convictam in crimine conjurationis damnavit, defuncto marito, filios suos veneno necasse convicta, cum largis se epulis onerasset et veneno (quid si vino legas) venis incisis, saltans, quo maxime studio oblectabatur, extincta est.'

[e] *Vocare percussorem*] Medici pro solito ad id vocati et adhibiti, qui nempe brachiorum venas secarent atque abrumperent: id Nero *procurare* vocabat. Hoc loco tamen forte possit intelligi de quocumque percussore, seu interfectore; nam pren-

inserere gladium: atque illis, dum trepidant, dum refugiunt, evertentibus appositum mensa[2] lumen, feralibus jam sibi tenebris, duos ictus in viscera direxit. Ad gemitum collabentis accurrere liberti: et, cæde visa, miles abstitit. Accusatio tamen apud Patres asseveratione eadem peracta, juravitque Tiberius, 'petiturum se vitam quamvis nocenti, nisi voluntariam mortem properavisset.'

32. Bona inter accusatores dividuntur:[f] et Prætura extra ordinem[g] datæ[h] his, qui senatorii ordinis erant. Tunc Cotta

ensem dextris, *atque illis, dum pavent, dum abscedunt, dejicientibus adhibitas mensæ faces, funebri jam sibi caligine, duo vulnera pectori adegit. Ad gemitum cadentis, approperavere liberti, et nece conspecta, miles abscessit. Nihilominus accusatio continuata apud senatum, eadem perseverantia* delatorum, *et jurejurando obstrinxit se Tiberius* postulaturum se salutem Liboni, quamvis sonti, nisi spontaneam cædem maturavisset.

Opes Libonis *distribuuntur inter accusatores et prætoria dignitas concessa* fuit *extra ordinem, his qui senatorii fastigii erant. Tunc Cotta Messallinus disseruit,*

2 Groslotius mallet, *mensæ*. At potest intelligi præpositio, *in*. *Brotier*.

NOTÆ

sat servorum dextras, inserit gladium, ut ipsum interficere velint.

[f] *Bona inter accusatores dividuntur*] Sic et olim factum sub Rege Superbo, teste Dionysio l. IV. 'Cum jam firmatas imperii habenas existimaret, nequissimo quoque sodalium subornato, eorum opera multos illustres viros involvit criminibus capitalibus; primum illos qui ab eo alienum animum gerebant, dein etiam alios qui molestam putabant mutationem status publici, præcipue divites, et delatores alium post alium falsis criminibus, maxime insidiarum in caput regium, accusabant eos apud ipsum judicem: ille alios morte damnabat, alios exilio, tam occisorum, quam pulsorum bona occupans, unde parvam quandam portionem decidebat accusatoribus, majorem sibi retinebat; unde multi potentiores relinquebant urbem.'

[g] *Prætura extra ordinem*] An supra numerum eos Prætores adjectos vult? certe enim unius Libonis prætura vacabat. An potius, in annum proximum destinatos eos, extra sortem aleamque comitiorum?

Prætura] Prætura extra ordinem, sortemque comitiorum datæ sunt. *Freinsh.* Forte etiam præter leges, præter ætatem, nec servatis gradibus, quibus ad præturam perveniebatur, forte præter jus, et fas omne, ut in talibus Reipubl. portentis. Et solo nutu atque favore imperitantium evecti delatores illi, non sine flagitio erubescendo Principi, Senatui, Urbi et Orbi.

Prætura] Res ita habet. Gliscente adulatione, majestatis accusatio sævissime peragebatur, ita quidem ut etiam indicibus aut accusatoribus ob damnatos reos præmia decernerentur: quo videlicet et ipsi pietatis suæ in principem, fructum caperent, et alii eorum honoribus ad custodien-

Messallinus,[i] ‘ ne imago[j] Libonis exequias posterorum co-

ne effigies Libonis præferretur in funeribus nepotum. *Cn. Lentulus,* ne quis

NOTÆ

dam vindicandamque illius majestatem excitarentur.

Fuerunt autem duplicia hæc præmia, pecunia, et honores. Utriusque apud nostrum plura exempla; sed prætermissis illis, III. 19. Pisonis accusatoribus, aliis ‘ sacerdotia,’ uni ‘ suffragium ad honores’ promittuntur: XI. 4. ‘ Insignia præturæ Crispino decreta.’ XI. 38. decreta Narcisso ‘ quæstoria insignia.’ XV. 72. ‘ Triumphale decus Petronio, Nervæ, Tigellino tribuit:’ ‘ consularia insignia Nymphidio.’ Pertinet huc locus H. IV. 41. ‘ neque se præmium aut honorem ex calamitate civium cepisse.’

Sic igitur ‘ his qui Senatorii ordinis erant,’ hoc loco ‘ præturæ datæ,’ non in locum Libonis; quomodo enim uni plures sufficerentur? sed in annum sequentem: gesta enim hæc videntur sub tempus comitiorum habendorum, ut apparebit sequentia capita diligenter excutienti: ex quibus 6. ac 30. Hoc etiam argumentum suppeditat, quod ibi tractari videmus de comitiis, quorum haud dubie tempus admonebat, deque iis agendi occasionem subjiciebat.

Præturas extra ordinem interpretor extra comitiorum ordinem, Principis suffragio tribuendas: de quibus etiam capio locum supra relatum ex III. 19. de quo in tempore dicemus. Sermo autem hic est Tacito, non de aliis Senatoribus quam qui inter accusatores Libonis fuerant.

Præturæ] Inter quas forte prætura ipsius Libonis; illum quippe paulo ante prætura ornarat Tiberius, et forte reliquus dies, seu reliquum tempus Præturæ Libonis in aliquem ex accusatoribus collatum; ita ut alii delatores in annum sequentem dilati sint. Simile quid refert Tac. XII. 4. ‘ At Silanus insidiarum nescius, ac forte eo anno prætor, repente per edictum Vitellii ordine Senatorio movetur,’ &c. ‘ Adactusque Silanus ejurare magistratum, et reliquus præturæ dies in Eprium Marcellum collatus est.’ Ibi, *reliquus præturæ dies,* id est, reliquum tempus, quo tamen loquendi genere, innuit Tacitus, ut puto, breve tempus præturæ Silano superfuisse.

In crimine majestatis præmium id fuit: si quis accusasset et damnasset aliquem magistratum, ei datum crediderim ejus ipsius qui damnatus esset, magistratum, si modo accusator competitor fuisset, aut si alioqui per leges liceret: aut si reus majestatis designatus non esset, et magistratum antea gessisset, jus eodem loco dicendæ sententiæ, si modo senator esset accusator.

[h] *Extra ordinem datæ*] Non solum extra ordinem comitiorum (nam in comitiis etiam potuit haberi ratio alicujus extra ordinem, ut patet de Catone post expeditionem Cypriacam) sed etiam forte extra ordinem et præter leges ratione ætatis, vel etiam prætermissis aliis gradibus, seu dignitatibus, per quas transeundum fuit, prinsquam præturam adipiscerentur; forte etiam præter meritum, præter sortem et censum. Præturæ tamen non nisi Senatoribus concessæ quorum amplissimus census fuit.

[i] *Tunc Cotta Messallinus*] Cotta hic inter notas et vibices ejus secli, filius, ut Plinius ait X. 22. Messallæ Oratoris, patris optimi degener proles.

[j] *Ne imago*] Ne nempe præferretur

mitaretur,' censuit: Cn. Lentulus, 'ne quis Scribonius cognomentum Drusi assumeret:'[k] 'supplicationum dies'[l] Pomponii Flacci sententia constituti:[1] 'dona Jovi, Marti,[m]

e gente Scriboniorum acciperet cognomen Drusi. *Pomponius Flaccus sententia sua statuebat* supplicationum dies. *L. Pœtus, et Gallus Asinius, et Papius Mutilus, et L. Apronius censuere*, ut offerrentur dona Jovi, Marti, Concordiæ, ut-

1 Vulgo, *ut dona:* sed *ut* deletum volebat Freinshemius; et certe abesse

NOTÆ

imago Libonis in exequiis posterorum, inter alias imagines majorum ejusdem gentis Scriboniorum. Sic rei majestatis puniti fere; sic Cassii et Bruti imagines neque publice, neque in funeribus suæ gentis aut familiæ visæ sunt. Tacit. III. 76. 'viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt, Manlii, Quintii, aliaque ejusdem nobilitatis nomina: sed præfulgebant Cassius atque Brutus, eo ipso, quod effigies eorum non visebantur.'

[k] *Ne quis Scribonius cognomentum Drusi assumeret*] Sic infra III. 17. ubi de morte Germanici vindicanda agebatur: 'Primus sententiam rogatus Aurelius Cotta consul,' &c. 'nomen Pisonis radendum fastis censuit, partem bonorum publicandam: pars, ut Cn. Pisoni filio concederetur, isque prænomen mutaret.' Sic et olim de M. Antonio decretum erat: sic et de M. Manlio Capitolino, ne quis Manliorum *Marci* prænomen haberet; nempe ignominiæ causa.

Gell. IX. 2. 'Antiquos Romanorum audio prænomina patriciorum quorundam male de Repub. meritorum, et ob eam causam capite damnatorum, censuisse, ne cui ejusdem gentis patricio inderentur, ut vocabula quoque eorum defamata atque demortua cum ipsis viderentur.'

[l] *Supplicationum dies*] Non ascripsit Tacitus quot 'supplicationum dies.' Censuisset Pomponius, quod ut in re vana neglexit, alibi dicturus, quoties cladem acciperet Respub. toties Diis honorem habitum esse.

[m] *Dona Jovi, Marti*] Delenda *ut* particula [quam nonnulli ante *dona* ponunt]. Decreverunt dona Jovi, et decreverunt ut idnum Sept. dies festus haberetur. *Freinsh.* Sic intellige, *decrevere, ut dona Jovi, Marti*, supple *haberentur*, seu *deferrentur*. Τὸ *haberetur*, ad plura refert, ut solet Tacitus multis locis.

Donum Jovi, Marti] Jam olim id usurpatum, si quid felix faustumque Reipub. evenisset. Livius III. 57. de Hernicis et Latinis legatis: 'Romam venerunt, donumque ob eam (concordiam) Jovi optimo maximo coronam auream in capitolium tulere.' Sed diversa causa, ut diversa tempora et mores erant.

Nunc gratiæ actæ Diis, quoties sævierat princeps in clarissimum quemque civium. Sueton. Tiber. 53. de Agrippina Germanici: 'Imputavit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit; proque tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratiæ agerentur, et Capitolino Jovi donum ex auro sacraretur.'

Sic et Tacitus XIV. 64. ubi de nece Octaviæ Neronis uxore: 'Quia pressus pavore sanguis tardius labebatur, præfervidi balnei vapore enecatur. Additurque,' &c. 'dona ob hæc templis decreta. Quod ad eum finem memoravimus, ut quicumque casus

Concordiæ; utque iduum Septembrium dies, quo se Libo interfecerat, dies festus haberetur,' L. P. et Gallus Asinius,[n] et Papius Mutilus, et L. Apronius decrevere: quorum auctoritates adulationesque retuli, ut sciretur, vetus id in republ. malum. Facta[o] et de mathematicis[p] magisque Italia

que veluti dies festus celebraretur Iduum Septembrium dies, quo se Libo occiderat: *horum* patrum *sententias et assentationes ideo memoravi, ut agnoscerētur antiquum esse illud in Repub. flagitium. Facta etiam decreta patrum de Ma-*

potest.—2 Sic Ms. Flor. et editiones veteres. Divinabat Lipsius, *L. Pætus*, vel *L. Publius et Gallus Asinii;* Freinshemius, *L. Publius, L. Plancus, L. Paul-*

NOTÆ

temporum illorum, nobis vel aliis auctoribus, noscent, præsumtum habeant, quotiens fugas et cædes jussit princeps, totiens grates Diis actas; quæque rerum secundarum olim, tum publicæ cladis insignia fuisse.'

[n] *L. P. et Gallus Asinius*] Vereor ut elapsum exscriptori sit aliquod nomen. Divinabam olim, *Pætus Gallus Asinius*. Pætos sane illo ævo in Senatu fecisse, docet l. XV. ubi Cæsonius Pætus. Quid si etiam, *L. P. et Gallus Asinii?* ut prænominibus distinguat plures ejus gentis. Nam Asinii Galli aliquot Senatores, immo consulares, uti infra dicam. *Lipsius.*

L. P. et Gallus Asinius] Non tres sed duo tantum fuisse videntur, neque ambo Asinii, sed distinguendum, *L. Publius, Gallus Asinius,* &c. ut tamen adhuc pro *Publio* aliud nomen gentis substituendum arbitrer, quod mihi quidem jam non succurrit: nisi forte *L. Paulum,* quo consule mortuus est Augustus; aut *L. Plancum,* cujus in superiori libro mentio, substituamus. *Freinsh.*

Non duo *Asinii* isti; nam clare et expresse habet auctor, *et Gallus Asinius.* Non etiam leg. *L. Publius,* sed potius *L. Pætus,* aut *L. Paulus;* vel quod aliud tale familiæ nomen.

[o] *Facta et de mathematicis*] Immo repetita potius. Nam veteri lege edictoque, pridem amota e Repub. illa pestis.

Anno urbis DCXIV. 'M. Popillio Lœnate Cn. Calpurnio Coss. C. Cornelius Hispalus prætor edicto Chaldæos intra decimum diem abire ex urbe atque Italia jussit; levibus atque ineptis ingeniis, fallaci siderum interpretatione, quæstuosam mendaciis suis caliginem injicientes,' ait Valerius libro primo. Anno DCCXXI. M. Agrippa ædilis τοὺς ἀστρολόγους καὶ τοὺς γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασεν: *Astrologos et Vates ejecit:* auctor Dio XLIX. in extremo. Iterum anno DCCLXI. ab Augusto interdictum severe omni vaticinio ac prædictione. Notat idem Græcus l. LVI.

Sed serio inprimis, et cum cura ea res habita, hoc anno. Senatusconsulti, quod factum est, formam et verba certo reperi in fragmentis Jurisconsultorum, quæ dedit nuper doctissimus P. Pithœus. Ait ibi Ulpianus, l. VII. de offic. Procons. 'Præterea interdicta est' (ita legit Pithœus) 'Mathematicorum callida impostura et obstinata persuasio. Nec hodie primum interdici eis placuit, sed vetus hæc prohibitio est. Denique extat S. C. Pomponio et Rufo Coss. factum, quo cavetur, ut Mathematicis, Chaldæis, Hariolis, et ceteris

pellendis Senatus consulta: quorum e numero L. Pituanius saxo[q] dejectus est: in P. Marcium Consules, extra portam

thematicis, et Magis Italia ejiciendis, e quorum secta L. Pituanius præcipitatus est e rupe Tarpeia. *Consules pro more veteri animadvertere in P. Marcium extra por-*

lus: Gronovius, *L. Piso.* Edidit Ryckius, *L. Publius.* Ita quoque scribunt optimi interpretes. Vetera literarum compendia retinere debui et volui. *Brotier.*

NOTÆ

qui similem artem' (alii legunt questum) 'fecerunt, aqua et igni interdicatur, omniaque bona eorum publicentur: et si externarum gentium quis id fecerit, in eum animadvertatur.'

Addit Ulpianus; 'Sæpissime denique interdictum est fere ab omnibus principibus, ne quis omnino hujusmodi ineptiis se immisceret, et varie puniti sunt hi qui id exercuerunt; pro mensura scilicet consultationis: nam qui de principis salute, capite puniti sunt, vel qua alia graviore pœna affecti.'

[p] *De Mathematicis*] Sciendum *Mathematicorum* cognomentum Imperatorum tempore, per imperitiam vulgi, et impudentiam impostorum qui magnifico et venerabili hoc nomine vanitatem artis suæ tegebant, ad Chaldæos, sive Apotelesmaticos fuisse deductum. Agellius I. 9. 'Geometriam, Guomonicam, Musicam, ceterasque item disciplinas altiores, μαθήματα veteres Græci appellabant. Vulgus autem quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit.'

De Mathematicis Magisque] Eaque Senatusconsulta facta, puto, occasione Libonis, cujus crimini locum dederant illi, impulerantque, et forte in eodem crimine ipse Pituanius, qui *saxo dejectus*, Tarpeio nempe, et Marcius, qui extra portam Exquilinam punitus est.

Teste Dione l. LII. hoc consilium dabat Augusto Mæcenas: 'Neque Deorum contemtorem, neque præstigiatorem ullum tolerabis; nam divinatio quidem necessaria est, ideoque omnino Haruspices et Augures tibi constituendi sunt, quos consulere possint volentes: Magi vero ferendi non sunt, qui cum sæpenumero vera etiam dicant, tamen frequentius mentiendo, hominibus novarum rerum tentandarum causam præbent.'

[q] *Saxo*] Id est, *Tarpeio;* sic *saxum* vocabant sine addito. Plautus: 'Qui in amore præcipitavit, pejus perit, quam si saxo saliat.' Lucret. 'Scelerisque luela Carcer, et horribilis de saxo jactu' deorsum.'

Saxo dejectus est] Vetus id, et vulgare supplicium apud Romanos. Dionysius ait, l. VIII. quo ducti in eminentem foro tumulum, ubi vasta rupe dejiciebantur, cujus erat altitudo etiam secure aspicientibus horrenda, testibus eodem l. VIII. et Seneca declamat. I. 3. Illo respicit Plautus Trinummo, et Lucretius l. III. Sane Eleorum lex de saxo Tiphœo fœminas dejici jussit, quæ ad Olympicos ludos penetrassent, quæve Alpheum, quibus erat eis interdictum diebus, omnino transmisissent, ut habet Pausanias Eliacorum priore.

Cujus legis ad exemplum XII. tab. lex habuit, 'falsus testis Tarpeio dejicitor.' Sunt autem eo maxime veteres usi supplicio, quamdiu sanguine

Exquilinam,[r] cum classicum canere[s] jussissent, more prisco advertere.[t]

tam Exquilinam, cum prius *dari signum tuba imperassent.*

NOTÆ

civium puras manus abstinuerunt: at ubi pro libidine dominantium insontes cædi, vel nocentes plecti cœperunt, in nova republica, legibus actum est novis. Ideoque jam interpretatione prudentum, non potest quis sic damnari, ut de saxo præcipitetur; auctore Modestino l. XXV. D. de pœnis. *Vertranius.*

[r] *Extra portam Exquilinam*] Supplicia pleraque apud Romanos sumi solita extra portas: credo, ne frequenti sanguine et cæde, contaminari oculi civium, aut delibari videretur libertas. De quo more Plautus, 'Credo ego istoc exemplo tibi esse eundum actutum extra portam, Dispessis manibus, patibulum cum habebis.' Itaque et carnifex domicilium habuit extra urbem. Cic. pro Rabirio perduellionis reo: 'sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quam in ejus concione carnifex consisteret, quem non modo foro, sed etiam cœlo hoc ac spiritu Censoriæ leges, atque urbis domicilio, carere voluerunt.' Ideo Plautus, 'Extra portam Metiam currendum est prius, Lanios inde accersam duo cum tintinnabulis.' Intelligit enim carnifices, quorum extra eam portam domus, ad solennem suppliciis locum. Immo Coriarii, ac Vespillones urbe submoti, pari causa. Morticinia enim tractant. Artemidorus I. 53. τὸ δὲ βυρσοδεψεῖν. πᾶσι ποιηρόν· νεκρῶν γὰρ ἅπτεται σωμάτων ὁ βυρσοδέψης, καὶ τῆς πόλεως ἀπέκιστα· *Coriariam exercere, malum omnibus. Corpora enim mortua attrectat cerdo, ideoque ab urbe secluditur.* Porta *Metia* eadem est cum *Exquilina.*

Exquilinam] *Exquilina*, vel Esquilina porta in latere orientali Romæ antiquæ, et, ut videtur, in Esquilina regione quinta Urbis. Hodie non extat; fuit vero prope portam San Lorenzo, in parte Orientali Romæ modernæ, et in regione *Monti*. Ex Roma antic. Nardini l. 9. &c. *Tillemonius.*

[s] *Classicum canere*] Cum civi rei capitalis dies dicta esset, classicum in celeberrimis urbis locis canebat, et postremo ante januam damnati. Plutarchus in Gracchis: 'Patrius nobis mos est, si quis capitis accusatur, neque obaudit, ad ejus fores mane tubicinem ire, et classicum canere, nec ante judices sententiam de eo ferre.' Seneca l. I. de ira: 'Itaque et si perversa induenda magistratui vestis, et convocanda classico concio est, procedam in tribunal, non furens nec infestus, sed vultu legis, et illa solennia verba gravi magis, quam rabida voce concipiam.'

In commentario M. Sergii apud Varronem, l. V. de L.L. 'Quo die comitia erunt, in arce classicum canat, endo' (sic emendo) 'circumque mœros, et ante privati hujusce T. Quintii Trogi scelerosi hominis hosticum' (lege *hostium*) 'canat, et ut in campo cum primo luci adsit.'

Cum classicum] Puto, cum reus non compareret, classicum ad fores ejus canebat, forte et aliis locis urbis: sicque citabatur; et etiam, cum puniretur, eo loci quo necabatur etiam classicum canebat; sicque puto intelligendum Tacitum hoc loco.

[t] *More prisco advertere*] Ut eum infelici arbori alligatum virgis cædi, et postremo securi percuti juberent. L. V. 'Placitum posthac, ut

33. Proximo Senatus die multa in luxum civitatis dicta a Q. Haterio,[u] consulari, Octavio Frontone, Prætura functo:[v] decretumque ' ne vasa auro[w] solida ministrandis cibis

Primo die quo Senatus habitus est, pleraque prolata sunt contra luxuriam civium Rom. a *Q. Haterio consulari, et Octavio Frontone, qui prœturam obierat, cautumque,* ne fierent vasa ex auro solido apponendis epulis, nc pannus sericus viros

NOTÆ

in reliquos Sejani liberos adverteretur.'

[u] *A Q. Haterio*] Q. Haterius qui consul, Octavius Fronto qui prætor fuerat, Libonem impellente luxu ad nimias spes prolapsum arguentes, longa oratione in corruptos civitatis mores invecti sunt, unde decretum patrum, ne escaria vasa ex solido auro fierent.

[v] *Prætura functo*] Non temere dictum puto Tacito *prætura functus:* nam inter hunc et *prætorium*, illis quidem temporibus, nonnihil interfuisse deprehendo: quapropter frequentissime sic loquitur auctor, ut ' functus consulatu,' I. 39. ' prætura' II. 67. III. 31. V. 8. et alibi: quod genus loquendi, an in vetustioribus reperiatur, ambigo.

Plane enim ortum puto sub principibus, cum jam *insignia* magistratuum ornamentaque, puta *consularia*, *prætoria*, *quæstoria*, &c. beneficio principis tribui obtinuisset: cum hi qui ea consecuti fuerant, *consulares*, *prætorii*, &c. videri vellent, neque minus ceteri aliqua appellatione hos præminere niterentur: sicut etiam Dio a veris consularibus atque prætoriis distingnere videtur hos repentinos et factitios, ' qui consulatu aut prætura functi videbantur:' hoc est, habebantur eodem loco, quo ii, qui magistratus eos gessissent.

Interim *prætorii* vocabulo vetus etiam significatio mansit, ut iis quoque tribueretur, qui revera magistratu functi erant, neque minus tamen interdum in speciem transiret, ac *prætura functis* opponeretur: sicut *adoptionis* vocem, aliasque hoc genus, modo generis, modo specici appellationem esse constat.

Sic etiam ' triumphalis senex' appellatur Vespasianus H. IV. 8. cum nondum triumphasset, sed tantum triumphalia adeptus fuisset sub Claudio, ut Suet. Vespasiano c. 4. narrat. Atque hoc sensu videntur apud eundem Sueton. Ner. c. 30. accipi posse ' triumphalium virorum patrimonia.' Sic apud nostrum Poppæa ' triumphales avos' jactat. Qui autem intelligantur, clarum est ex XIII. 45. ' Poppæa Sabina T. Ollio patre genita, sed nomen avi materni sumserat, illustri memoria Poppæi Sabini consulari et triumphali decore præfulgentis.'

Jam autem constat ex nostro IV. 46. eum tantum *insignia triumphalia* (nam triumphus ipse privatis decerni olim desierat) accepisse. Quo modo igitur hi *triumphales* ob insignia triumphi, non ob ipsum triumphum; ita *consulares* et *prætorii* similem ob rationem, quia ornamentis consularibus, prætoriisve donati.

Prætura functo] Ut distinguas a *prætorio*, qui habuisset tantum *insignia prætoria*, non autem vere functus prætura esset; sic *consularis*, sic *triumphalis* dicebatur sub principibus, qui ornamenta consularia, qui insignia triumphi obtinuisset.

Itaque qui *quæstura*, qui *prætura*, qui *consulatu* functus erat *Quæstorius*, *Prætorius*, *Consularis* dicebatur; at vice versa, non omnis *Quæstorius*,

fierent: ne vestis serica[x] viros fœdaret.' Excessit Fronto,

dehonestaret. *Ultra progressus est Fronto, et flagitavit* moderationem argento,

NOTÆ

Prætorius, aut *Consularis* diei potuit, *quæstura*, *prætura*, aut *consulatu* functus. Tales factitii homines habebant insignia honoris, quamvis honorem non obtinuissent. Ita tamen ut si talis *consularis* verum consulatum adeptus esset, secundum consul vocaretur, quod in Augusto cœpit, qui primus habuit *insignia consularia*, ut Tiberius *triumphalia*.

[w] *Ne vasa auro*] Dio l. LVII. ad annum 769.: 'Edixit Tiberius ne quis serica veste uteretur, ne quis aurea vasa, nisi ad rem sacram, haberet. Dubitantibus nonnullis, an argenteis etiam, quæ aureis emblematis cœlata essent, interdixisset; facturus hac quoque de re edictum, Emblematum vocabulum in eo poni, quia Græcum esset, prohibuit: quanquam Latinum, quo id interpretaretur, nullum esset.' Non addit Græcus Dio, quod addi debuit, per circumlocutionem id exprimi jussisse Cæsarem in edicto, seu potius senatusconsulto: tantum honoris habitum linguæ victrici.

Ne vasa auro] Teste Athen. lib. VI. 'Per quam rarus olim procul dubio fuit apud Græcos usus auri, argentumque in fodinis paucum. Quapropter Philippum Regis Alexandri magni patrem Duris scripsit exiguam auream phialam quam penes se habebat, in lecto cubantem pulvinari semper subdidisse. Atrei vero aureum agnum, cujus causa deliquium solis accidit, et mutatum regnum est, multæque tragœdiæ ea de re conscriptæ, phialam auream fuisse, tradit Herodotus Heraeleotes, in cujus medio aurea fuit agni imaguncula.' Thyestes fratri Atreo surripuit agnum aureum, uxorem stupravit, regnum ademit, filium comedendum apposuit; hoc scelus sol exhorrescens defecit.

Auro solida] Vetere Repub. pauca habuerunt vasa aurea, nisi forte ad sacra: mentio apud Livium 'aurei gutti;' sed ad saera, ut puto, destinati. At postea teste Plinio XXXIII. 11. 'Asia primum devicta luxuria in Italiam immissa est, aurum magno in pretio haberi cœpit: siquidem L. Scipio in triumpho transtulit vasorum aureorum pondo c. millia.' Habuerunt pocula aurea, etiam scyphos aureos. Cic. in Verrem. Habuere et matellas aureas, quibus ventris onus exciperent. Martial. 'Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro, Basse, bibis vitro.'

[x] *Ne vestis serica*] Distincta genera vestium olim *Byssina*, *Bombycina*, *Serica*. *Serica* ex arborum lana conficitur; *Byssina* e lino; *Bombycina* eadem cum *Cea*, seu *Coa*, hodieque manet. Ceteræ exolevere, maleque et imperite hæc tria confunduntur ab auctoribus. *Byssus* e terra gignitur, ut linum, *Bombycina* e verme, *Sericum* lana arborum fuit apud Seres Indos: Virg. 'Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.' Seneca poëta: 'qua fila ramis ultimis Seres legunt.' Plinius: 'Seres lanicio sylvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem.' Marcellinus l. XXIII. 'Apud Seras sublucidæ sylvæ, in quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris, velut quædam vellera mollientes, ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentesque subtemine confieiunt Sericum.'

Seneca lib. VII. de benef. 'Video sericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi cor-

ac postulavit ‘ modum argento,[y] supellectili, familiæ.’ Erat

utensilibus et mancipiis. *Nam erat etiam tum in usu patribus, loco sententiæ*

NOTÆ

pus, aut denique pudor possit; quibus sumtis, mulier parum liquido nudam se non esse jurabit. Hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur; ut matronæ nostræ, ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant.’ Si muliebrem pudorem et corpus molle fœdat serica vestis, quanto magis et viros fœdabit vestis illa pellucida? Juven. ‘ Acer et indomitus libertatisque magister Cretice pelluces.’

[y] *Modum argento*] Id est, certum pondus numerumque definiri voluit: tot pondo argenti, tot servos, talem suppellectilem.

Modum argento] Quantum cuique argenti facti, quantique pretii utensilia, et quantum servorum numerum habere liceret.

Argento] Haud dubie aucti opibus Romani habuerunt supellectilem argenteam, præsertim post Asiaticos, Pœnos, Gallosque devictos; tum enim tota luxuria simul juncta est. Plinio teste, ‘ L. Crassus duos scyphos argenteos habuit Mentoris artificis manu cœlatos: confessusque est, nunquam se iis uti propter verecundiam ausum; erant enim centum sestertiorum pondo.’

Habuerunt et lances argenteas. Refert Plinius fuisse Romæ lances centenis libris argenti quingentas, multosque ob eas proscriptos fuisse. In balneis solium fuit argenteum. Plin. ‘ Mulieres in balneis, soliis argenteis utebantur ad luxum,’ habebant et ‘ scaphia argentea,’ quibus lotium exciperent. Habuerunt et ‘ vasa coquinaria’ ex argento.

Habuit mox Heliogabalus, teste Lamprid. ‘ cacabos argenteos,’ et ‘ mensas ac capsas argenteas.’ In usu fuere etiam repositoria argentea, quibus mensæ fulcirentur, nempe emblematis argenteis ornata et illigata; fuere et vasa argento circumclusa. Cæsar VI. bell. Gall. ‘ vasa hæc ab labris argento circumcludunt.’

Habuerunt et vasa argentea aureis crustis illigata. Martialis ‘ chrysendeta’ vocat.

Alia vasa argentea pura (vocat Tullius ‘ argentum purum’), id est, quæ nullo ornatu, aut emblemate decora. Alia vasa argentea, cœlata, quibus insculpebantur varia signa et simulacra Deorum. Erant alia vasa sigillata, id est, sigillis seu signis Deorum, vel etiam Heroum, aut animalium exornata, quæ quia adjicerentur, vel avellerentur, pro libito ‘ Emblemata’ dicta. De tali luxu Plin. XXXIII. 11. ‘ Vasa ex argento mira inconstantia humani ingenii variat, nullum genus officinæ diu probando, nunc Furniana, nunc Clodiana nunc Gratiana (etenim tabernas mensis adoptavimus) nunc anaglypta, in asperitatemque excisa, circa linearum picturas quærimus. Jam vero et mensis Repositoria imponimus, et ad sustinenda obsonia interradimus latera, et interest quamplurimum lima perdiderit. Vasa coquinaria ex argento Calvus Orator fieri queritur. At nos carrucas ex argento cœlare invenimus.’ Infra ibid. ‘ Lectos vero mulierum jam pridem totos operiri argento et triclinia quædam, quibus argentum addidisse primus traditur Carvilius Pollio eques Rom. non ut operiret, aut Deliaca specie faceret, sed Punica. Idem et aureos fecit.’

Addit ibid. de ævo principum Plinius: ‘ Nostraque ætate Poppæa con-

quippe adhuc frequens senatoribus, si quid e republ. crederent, loco sententiæ promere. Contra Gallus Asinius disseruit: 'Auctu imperii adolevisse etiam privatas opes; idque non novum, sed e vetustissimis moribus: aliam apud Fabricios,[z] aliam apud Scipiones pecuniam; et cuncta ad rempubl.[b] referri:[a] qua tenui, angustas civium domos; postquam eo magnificentiæ venerit, gliscere singulos:[c] neque

proferre, si quid esse *e Rep. putarent. E contra Gallus Asinius censuit*, prolato imperio, etiam increvisse privatas divitias, idque non insolitum, sed ex antiquissimis institutis: alias apud Fabricios opes, alias apud Scipiones, et omnia ad Rempub. revocari; qua modica, tenues civium familias fuisse: sed ubi eo amplitudinis provecta sit, singulos crescere; et nihil esse immodicum aut

NOTÆ

jux Neronis principis, delicatioribus jumentis suis soleas ex auro quoque induere solebat.'

Etiam XXXIII. 12. 'Argenti usum in statuas primum ad honorem Divi Augusti in adulationem temporum transisse falso existimatur.' Nam Pharnaces et Mithridates habuerant antea, quæ in triumphis Rom. translatæ. Mox Romani principes, ut semper crescunt ingenia luxus, aureas statuas habuere etiam iconicas, et forte ad magnitudinem corporis expressas.

Compedes aureas et argenteas sibi faciebant fœminæ plebis, aliquando et annulos argenteos, &c. 'Et quid hæc attinet colligere, cum capuli militum ebore etiam fastidito, cœlentur argento, vaginæ batillis, baltei laminis crepitent? Jam vero pædagogia ad transitum virilitatis custodiantur argento, fœminæ laventur, et, nisi argentea solia fastidiant, eademque materia et cibis et probris serviat. Videret hæc Fabricius, et stratas argento mulierum balineas.'

[z] *Aliam apud Fabricios*] Apuleius Apol. 'Non habuit tantam rem familiarem Philus, quantam Lælius, quantam Scipio, quantam Crassus Dives; at enim, nec Crassus Dives, quantum volebat.' Quam 'pecuniam' vocat Tacitus, hic, 'rem familiarem;' idem autem uterque vult.

[a] *Cuncta ad rempubl. referri*] Sic enim splendor civium et magistratuum Roman. ostentabatur legatis provinciis, et sociis Regibus, talique ornatu excepti deliniebantur, demulcebanturque externi populi. Tacit. III. 55. 'Dites olim familiæ nobilium aut claritudine insignes, studio magnificentiæ prolabebantur. Nam etiam tum plebem, socios, regna colere, et coli licitum: ut quisque opibus, domo, paratu speciosus, per nomen et clientelas illustrior habebatur.'

[b] *Ad rempubl.*] Hæc enim omnia ad Reipub. modum referri solent, quæ quamdiu tenuis ac modica fuit, angustis humilibusque casis contenti fuimus; sic *Freinsh.* Quasi prout Respub. fuerit, ita et familiæ, seu fortunæ privatorum. Possit tamen etiam sumi, quasi paupertate et disciplina, bonisque moribus civium steterit, dein adoleverit, et increverit Respub. mox et splendore opum, atque magnificentia etiam magis adaucta, et usque in summum illud fastigium evecta sit. Sed primus sensus magis placet.

[c] *Gliscere singulos*] Hic *gliscere sin-*

in familia[d] et argento, quæque ad usum parentur, nimium aliquid, aut modicum, nisi ex fortuna possidentis: distinctos Senatus[e] et Equitum census, non, quia diversi natura, sed ut locis, ordinibus, dignationibus antistent, taliaque ad requiem animi,[f 1] aut salubritatem corporum parentur: nisi forte clarissimo cuique plures curas,[g] majora pericula subeunda;

tenue in servitiis et argento, quæque ad necessitatem aut ministeria comparantur, nisi ex sorte et conditione possessoris; diversas patrum et equitum opes, non quia distinctas a natura, sed ut ordine, gradu, et honoribus præcellant, talesque opes quærantur ad oblectamentum animi aut sanitatem corporum; nisi forte plures labores, majora discrimina sustinenda illustrissi-

1 *Antistent et aliis quæ ad requiem.* Brotier. In Ms. Flor. *antistent talisque ad requiem.* Beroaldus cum Gronovio edidit, *antistent, talesque.* Conjectabat Lipsius, *dignationibus antistent, aliisque, quæ ad requiem,* vel *ita aliis, quæ ad requiem.* Propius ad veterem scripturam accessit Grotius, *et aliis quæ ad requiem.* Brotier. Sic Ryckius et Homerus.

NOTÆ

gulos, est augeri opibus, crescere paratu, et nitore instrumenti, rerumque necessariarum ad victum et cultum.

[d] *Neque in familia*] Fallitur qui vel in familia servorum, argenteis vasis, aliaque supellectile, modum aliunde, quam ex fortuna opibusve possidentium exigat. Non enim nimia videri debet, vel familia, vel supellex, vel aliud hujusmodi, si facultates respondeant; sicut e contra in his omnibus nemo tam tenuem modum præfinire possit, quin pauperi nimius et inconveniens futurus sit.

[e] *Distinctos Senatus*] Ut quis inter Senatores equitesve censeatur, opus est, ut tantum pecuniæ habeat, quantum vel illi, vel huic ordini præstitutum est; qui quidem ipsi ex magnitudine census inter se distincti sunt.

[f] *Taliaque ad requiem animi*] Vulgo scribitur *talesque:* at quid est illud, *tales?* censeo rescribendum, *dignationibus antistent, aliisque, ad requiem.* Ideo (inquit bonus patronus luxuriæ) repertum est discernere censum senatorum, equitumque a plebe: non solum ut loco, ordine, dignitate præmineant, sed etiam supellectile, veste, aliisque, quæ animo aut corpori cara. Potes etiam legere, *ita aliis quæ ad;* minusque recedes a scriptura. *Lipsius.*

Taliaque ad requiem animi] Vulgarem lectionem *tales* accipias, et nil ibi turbandum. *Talesque,* nempe *census* senatorum et equitum, qui census sic distincti, non quia diversi natura sint equites aut senatores a plebeiis; sed ut nobiles illi *locis, ordinibus, dignationibus antistent,* talesque census *ad requiem animi, aut salubritatem corporis parentur:* qui enim plures curas et labores sustinent Reipub. causa, ita et frui requie, per vices et pluribus deliniri voluptatibus honestis debent. Et nihil certius, promtiusque, tum ad animi, cum corporis requiem, quam magnæ opes, quam res familiaris largior.

[g] *Plures curas*] Liv. v. 4. 'Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est. Labor voluptasque, dissimillima natura, societate quadam inter se naturali sunt juncta.'

delenimentis curarum et periculorum carendum esse.' Facilem assensum Gallo, sub nominibus honestis,[h] confessio[2] vitiorum[i] et similitudo audientium dedit. Adjecerat et Ti-

mo cuique, solatia autem solicitudinum et discriminum nulla habenda sint. Facta *sub speciosis vocabulis confessio flagitiorum* simul *et conformitas audientium facile expressit, ut Gallo assentirentur. Addiderat etiam Tiberius*, non esse id

2 Egregie dictum. Perperam tentat Lipsius, *consensio. Confessio vitiorum* nominibus honestis velata, et similitudo audientium Gallo facilem assensum dedit. *Brotier.*

NOTÆ

[h] *Sub nominibus honestis*] Speciosa nomina, sed vera flagitia erant, ex luxu quippe et sumtu insano, vesana consilia, res novæ et civiles motus; in quibus tota spes obæratorum. De qua re facunde Tacit. hist. I. 21. 'Interea Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul exstimulabant: luxuria etiam principi onerosa; inopia vix privato toleranda.' Nempe illum *exstimulabant*, ut auderet occidere Gabbam et invadere imperium: et ibid. 30. de eodem Othone: 'Falluntur, quibus luxuria specie liberalitatis imponit: perdere iste sciet, donare nesciet.' Et hoc etiam mox aversati sunt in privatis, luxuriosi ipsi principes, teste Tacit. IV. 55. 'postquam cædibus sævitum' (in privatos) 'et magnitudo famæ exitio erat, ceteri ad sapientiora convertere.'

Honestis] Qui similes Gallo patres, facile assensi, confessique sunt luxum et vitia sua, velata nominibus et verbis honestis in speciem. Illa autem *nomina honesta* descripsit supra Tacit. cum dicit, 'aliam apud Fabricios, aliam apud Scipiones pecuniam.' Sic sanctissimis nominibus maxima tegebantur vitia. Cum dicit 'cuncta hæc ad Rempub. referri;' cum dicit 'distinctos senatus, et equitum census;' cum dicit 'talia ad requiem animi, aut salubritatem corporis parari;' hæc in speciem honesta, sed quæ vera excusant, occultantque flagitia; qui luxus, qui splendor et magnificentia civium, si quando sociis et Regibus externis illiciendis subserviunt, his tamen sæpe premitur, subvertiturque Respub. Nam ex luxu æs alienum, ex ære alieno bella civilia oriuntur.

[i] *Confessio vitiorum*] Immo impudentia, inquit, plurium, qui prætextu et vocabulis *commodorum* et *necessariorum* luxuriam suam tantum non prodebant, et palam confitebantur, et quod hæc istis similes audiebant. *Confessio* est illorum qui post Gallum sententias dixere: *similitudo audientium* est illorum, qui non sunt locuti, sed verbo aut manu promissa assensere, aut denique pedibus in eam sententiam iere. Defendere turpia instar est confessionis insitorum vitiorum. Ludit pari suavitate l. XIV. 'Adverso rumore Seneca erat, quod oratione tali confessionem scripsisset.'

Confessio vitiorum] Alii putant esse confessionem solius Galli, alii esse confessionem patrum, qui Gallo facile assentiuntur. Sed, puto, 'confessio' est, et Galli, et etiam aliorum patrum. 'Confessio' Galli est, qui luxum et vitia sæculi nominibus honestis tegit. 'Confessio' est aliorum patrum, qui similes Gallo, idem cum illo sentiunt, et tacite confitentur. 'Confessio' etiam vitiorum est in ore ipsius

berius, ‘ non id tempus censuræ :[j] nec, si quid in moribus labaret, defuturum[k] corrigendi auctorem.’

34. Inter quæ L. Piso[l] ‘ ambitum fori,[m] corrupta judicia,

tempus censuræ, et si qua res in moribus vacillaret, non defuturum, qui vitia corrigeret.

Interea L. Piso incusans ambitionem fori, judicia labefacta, violentiam dela-

NOTÆ

principis, qui asserit palam non id esse *tempus censuræ;* ‘ confessio’ Galli confessionem aliorum secum traxit; similitudo audientium assensum omnium.

Confessio vitiorum] Gallo facile assensi sunt reliqui, qui quod ipsi similiter animati essent, gratum habebant extitisse virum primarium, qui iisdem, quibus ipsi tenebantur, vitiis se teneri confiteretur, et tamen obtegendæ eorum turpitudini honesta nomina reperire potuisset. *Freinsh.* Confessio vitiorum communium fuit in Asinio Gallo, in ceteris qui audiebant; assentiebanturque conscientia; et tacita confessio eorundem flagitiorum erat.

[j] *Non id tempus censuræ*] Quippe adhuc metuebat Tiberius multa. Liviam, Germanicum, Clementem, multos procerum: nondum satis imperii securus censorem agere noluit. Comiter habitum populum sub Augusto statim ad severa et immitia retrahere non est ausus.

[k] *Nec*, &c. *defuturum*] Non defore, qui majori cum auctoritate patres ad emendandum hortaretur. *Freinsh.* Et certe Tiberius videtur arguere Frontonem non esse idoneum tantæ rei auctorem. Sic sæpe sententia placet; at sententiæ auctor displicet, vel ob aliquam aliam circumstantiam rejicitur; se ipsum censorem futurum innuit Tiberius. Sic infra multa utilia Reipublicæ proponit Thrasea apud Senatum; sed quorum auctor displicebat, quæ tamen ipsa, auctore Cæsare, mox constituebantur.

[l] *L. Piso*] Pisones jam olim ingenio feroces, ut stirpe nobiles. Festus: ‘ Pisones seu Calphurnios a Calpho Numæ Regis filio oriundos ferunt; quatuor enim Numa filios genuit, Calphum, ex quo Calphurnii; Pomponem, unde Pomponii; Pinum, unde Pinarii originem duxerunt; et Mamercum, unde Mamerci.’ Cicero Philip. 12. ‘ L. Pisonis, amplissimi viri, præclara vox a te non solum in hoc ordine, Pansa, sed etiam in concione jure laudata est. Excessurum se ex Italia dixit, Deos penates et sedes patrias relicturum, si (quod Dii omen averterent) Rempub. oppressisset Antonius.’

De nostro hoc Seneca de ira 1. 15. ‘ Cn. Piso fuit memoria nostra, vir a multis vitiis integer, sed pravus: et cui placebat pro constantia rigor. Is cum iratus duci jussisset eum, qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset, quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum, non dedit: damnatus extra vallum ductus est, et jam cervicem porrigebat, cum subito apparuit ille qui occisus videbatur. Tunc Centurio supplicio præpositus, condere gladium, speculatorem jubet: damnatum ad Pisonem reducit, redditurus Pisoni innocentiam; nam militem fortuna reddiderat. Ingenti concursu deducuntur, complexi alter alterum cum magno gaudio castrorum commilitones; conscendit tribunal furens Piso, ac jubet duci utrumque, et eum militem, qui non occiderat, et eum qui non perierat.’

sævitiam oratorum,[n] accusationes minitantium' increpans, 'abire[o] se et cedere urbe, victurum in aliquo abdito et longinquo rure,' testabatur: simul curiam relinquebat. Commotus est Tiberius, et, quanquam mitibus verbis Pisonem permulsisset, propinquos quoque ejus impulit, ut abeuntem auctoritate vel precibus tenerent. Haud minus liberi doloris documentum idem Piso mox dedit, vocata in jus[p] Urgulania, quam supra leges amicitia Augustæ extulerat: nec aut Urgulania obtemperavit, in domum Cæsaris, spreto Pisone, vecta; aut ille abstitit, quanquam Augusta 'se violari[q] et imminui' quereretur. Ti-

torum, qui accusationes minitabantur, *affirmabat* exire se, et e civitate abscedere, vitamque acturum in aliqua secreta, et procul amota villa; *eodemque tempore e Senatu se proripiebat. Motus est Tiberius, et licet leni sermone mitigasset Pisonem, etiam affines illius incitavit, ut abscedentem retinerent auctoritate aut precibus. Dein idem Piso par liberæ indignationis specimen exhibuit, in jus adesse jussa Urgulania, quam gratia Liviæ supra leges evexerat; nec tamen Urgulania obedivit, in penates Tiberii delata, contemto Pisone; nec ille destitit, licet Augusta quereretur* se lædi et minui majestatem. *Tiberius*

NOTÆ

[m] *Ambitum fori*] Alii patres, ut mos fuit, loco sententiæ promserant quod e Repub. censebant: et in luxum civitatis invecti erant. At Piso majus argumentum assumit 'ambitum fori, corrupta judicia,' minas et sævitiam accusatorum increpat, simul curiam relinquebat. Sic posthac Thrasea pari libertate et constantia Senatu egressus est, cum legeretur epistola Neronis, qua parricidium suum palam confitebatur. Sed ea constantia utrique exitio fuit. Attamen sic etiam manebat imago Senatus; manebat imago libertatis, dum mansit ea constantia in patribus.

[n] *Sævitiam oratorum*] Potius *delatorum*, quippe quam metuendi jam, et in posterum essent, uno Libonis exemplo satis compertum Pisoni erat.

[o] *Abire*] Sic et olim, ingruente sæva dominatione Decemvirorum, senatores urbe abscedebant in prædia amota. Testis Livius III. 38. ubi de Decemviris: 'Patrum haud fere quisquam in foro, in urbe rari erant; indignitate rerum cesserant in agros, suarumque rerum erant, amissa publica: tantum ab injuria se abesse rati, quantum a cœtu congressuque impotentium dominorum se amovissent. Postquam citati non conveniebant, dimissi circa domos apparitores, simul ad pignora capienda, sciscitandumque num consulto detrectarent? referunt, Senatum in agris esse.' Sic et infra Thrasea, sæviente Nerone, in hortis suis extra urbem habitabat, curiamque et civitatem et Rempub. deserebat.

[p] *Vocata in jus*] Nempe ab ipsa repetebatur pecunia, incertum an nomine debiti, an multæ. Infra 'deferri Augusta, pecuniam quæ petebatur, jubet.'

[q] *Se violari*] Id est, lædi se, seu dignitatem et majestatem suam imminui. Quippe majestas et Cæsarem, et matrem illius complectebatur, tes-

berius hactenus indulgere matri[r] civile ratus, ut, ‘ se iturum ad Prætoris tribunal, affuturum Urgulaniæ,’ diceret, processit palatio, procul sequi jussis[s] militibus. Spectabatur, occursante populo, compositus ore,[t] et sermonibus variis tempus atque iter ducens :[u] donec, propinquis Pisonem frustra coërcentibus, deferri Augusta pecuniam, quæ petebatur, juberet. Isque finis rei; ex qua neque Piso inglorius, et Cæsar majore fama fuit. Ceterum Urgulaniæ potentia adeo nimia civitati[v] erat, ut testis in causa quadam, quæ apud Senatum tractabatur, venire dedignarctur : missus est Prætor,[w] [1] qui domi interrogaret: cum, virgines Vestales

civilis ingenii se existimans, eo usque concedere parenti suæ, ut assereret se iturum ad prætoris tribunal, patrociuaturum Urgulaniæ, *progressus est e Regia, eminus sectari jussis custodibus. Conspiciebatur occurrente plebe compositus vultu, et diversis colloquiis tempus et viam trahens; donec, affinibus Pisonem frustra retinentibus, præciperet Livia, afferri pecuniam quæ postulabatur. Isque exitus rei, ex qua, neque Piso sine decore* fuit, *et Cæsar majorem gloriam adeptus est. Ceterum auctoritas Urgulaniæ adeo immodica in urbe fuit, ut adesse testis nollet in quadam causa, quæ apud patres agebatur; prætor missus est, qui in ædibus ipsius eam au-*

1 Heinsius, An *misso prætore ?*

NOTÆ

te Tac. in eo lædebatur Augusta, quod amicam Urgulaniam suam, quam protegeret, et in palatio haberet, divexarent, eamque ut unam e multis in forum et jus ire cogerent, præter voluntatem dignitatemque Augustæ.

[r] *Hactenus indulgere matri*] Nec tamen Tiberius affectui matris eo usque indulgere voluit, ut Urgulaniam eximeret, gnarus eam rem in civitate, regiis imperiis nondum assueta, invidiosam fore: id tamen putavit non incivile fore, si se ad prætoris tribunal iturum diceret. *Freinsh.* Immo id civile, ut cum maxime visum est in principe, qui sic verum principem, non dominum ageret, et ex civilitate illa principali, ‘ Cæsar majore fama fuit.’

[s] *Procul sequi jussis*] Ne, si cum ipso irent, principem magis, quam advocatum agere velle videretur.

[t] *Compositus ore*] Ita vultum composuit, ut nihil inde iræ vel commotionis emicaret.

[u] *Tempus atque iter ducens*] Forte ut spatium adhuc daret Pisoni, si resipisceret, et propinquis ejus, si illum a tali pervicacia absterrerent, vel Urgulania debitam pecuniam offerret.

Tempus atque iter ducens] Forte tempus itineris tantum ducebat ‘ variis sermonibus,’ ne moræ tæderet; nullo alio consilio aut proposito.

[v] *Nimia civitati*] In tantum fastigium evecta Urgulania, ut civitati juri æquo assuetæ, nimia ejus potentia atque intolerabilis videretur.

[w] *Missus est Prætor*] Quod in egregiis personis observari Paulus jubet, l. LXV. de jurejurando: ‘ ad egregias personas, cosque qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad jurandum.’

in foro[x] et judicio audiri, quotiens testimonium dicerent, vetus mos fuerit.

35. Res eo anno[y] prolatas haud referrem, ni pretium foret, Cn.[1] Pisonis et Asinii Galli super eo negotio diversas sententias noscere. Piso, ‘quanquam afuturum[2] se dixe-

diret ; cum tamen *priscus mos obtinuerit, ut sacerdotes Vestæ adessent in foro et judicio, quoties testes vocarentur.*

Haud memorarem res eo anno dilatas, nisi expediret nosse varias super ea re opiniones Cn. Pisonis et Asinii Galli. Quamvis dixisset Tiberius, se afuturum urbe, *Piso* tamen *statuebat*, proptcrea magis agenda tractandaque negotia

1 Scripsi *Cn.* non *Gn.* ut in Edd. quia alibi ita prænomen hujus viri scribitur apud nostrum. *Ryckius.*—2 Sic Ms. Flor. *Afuturum.* Beroaldus, *adfutu-*

NOTÆ

[x] *Vestales in foro*] Sic auditæ virgines illæ in causa Milonis, et aliæ fœminæ nuptæ, sed post virgines. Asconius in argumento orat. pro Milone : ‘Virgines quoque vestales dixerunt, mulierem ignotam venisse ad se, quæ Milonis mandato votum solveret, quod Clodius occisus esset. Ultimæ testimonium dixerunt Sempronia Tuditani filia, socrus P. Clodii, et uxor Fulvia.’

[y] *Res eo anno*] Petrus Pithœus, adversariorum l. II. cap. ultimo, hanc rerum prolationem refert ad ferias, quæ quotannis indicebantur, messium ac vindemiarum tempore ; tunc enim negotia silebant, litesque differebantur. Hunc sensum ego certe non improbaverim. Movent me primum verba, *eo anno*, quæ significare videntur morem solennem.

Dein verba, *haud referrem ;* quasi dicat, ut præteritorum annorum gestis haud retuli. Cicero pro L. Muræna : ‘sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam rebus prolatis, quicquam valet.’ Idem ad Att. l. VII. ep. 11. et l. XIV. ep. 5. *Pichena.*

Res eo anno prolatus] Possit inferri ex eo loco Taciti, *res* non esse *prolatas* singulis annis ; cur enim diceret *eo anno* prolatas, si proferuntur quotannis ? cur diversæ essent patrum sententiæ super ea re si hoc solcuni et stato tempore fieret ? cur diceret Piso absente Cæsare *magis agendum ?* immo nihil agendum prorsus fuit in senatu, sive adesset sive abesset Cæsar, si solenni et certo tempore anni res proferri mos fuit.

Itaque quantum patet ex illo loco, nec quotannis res differebantur, nec stato tempore ; nam videtur ibi, hinc sumi occasio profcrendi negotia, quia ‘abfuturum se dixerat Cæsar :’ unde et ‘speciem libertatis Piso præceperat’ qua ‘ob id magis agendum censebat.’ Igitur non certum neque statum tempus res proferendi, si tum *magis agendum* fuit. Neque hunc sensum admittas. ‘Res eo anno prolatas haud referrem,’ quemadmodum nec in præteritis annis retuli.

Immo sensus Taciti est, se non relaturum res *eo anno* dilatas, fuisse (quia res vulgaris et levis momenti) nisi interfuisset scire diversas super eo negotio clarissimorum patrum sententias, itaque gravi de causa refert Tacitus prolatas esse res eo anno ; non ergo omnibus et singulis annis res proferri consuetum ; prolatæ res, quoties feriæ occurrerent, non alias solenniter omnibus annis. Et videtur opus fuisse senatusconsulto, quoties

rat[z] Cæsar, ob id magis agendum,'[3] censebat, ' et, absente Principe, Senatum et Equites[a] posse[4] sua munia sustinere, decorum reipubl. fore.' Gallus, quia speciem libertatis[b] Piso præceperat, ' nihil satis illustre, aut ex dignitate Populi Romani, nisi coram et sub oculis Cæsaris : eoque conventum Italiæ[c] et affluentes[5] provincias præsentiæ ejus servanda,'

esse, ut amoto principe patres et equites libere possent exercere sua munia. Id ex dignitate Reipub. futurum. *Et quia Piso occuparat speciem libertatis, censuit Gallus,* nihil satis clarum esse aut decorum populo Rom. nisi coram et in conspectu principis : ideoque concursum Italiæ, et confluentes pro-

rum. Ipsa rerum series postulat, *abfuturum* : et plurimis probatum. *Brotier.* —3 Sic Beroaldus emendavit. Ms. Flor. et Homerus habent *agendas.*—4 Ita Ms. Flor. Perperam emendavit Beroaldus, *ut absente Principe senatus et equites possent.*—5 Ms. Flor. *et ei adfluentis,* pro *affluentes. Ei* frigidum est, et merito in editionibus omnibus omissum. *Brotier.*

NOTÆ

extra ordinem et solenniter proferrentur ; et in id prolatæ hæ sententiæ patrum.

[z] *Afuturum se dixerat*] Atqui non afuit, ut e sequentibus omnibus colligas. Ita est : sed dixerat, ut sæpe, et hæc talia ex usu aut causa simulabat.

Quanquam afuturum] Id potius dictum videtur ex persona Taciti, quam Pisonis. Attamen alii aliter sentiunt.

[a] *Senatum et Equites*] Id decorum Reipub. si, absente licet principe, nihilominus appareret senatum et equites, penes quos judicia erant, officium suum implere et exequi posse. *Freinsh.* Non agitur ibi an senatores et equites possent sua munia implere, sed an libere possent præsente principe. Major ea species Reipub. et libertatis ; si etiam absente principe conveniret Italia, confluerent provinciæ ad senatum, fere, ut vetere Republica florente.

[b] *Quia speciem libertatis*] Contra Gallus, qui et ipse alias speciem libertatis usurpare solitus erat, cum eam a Pisone præreptam esse videret, contrarium ei censuit. *Freinsh.* Bene ' speciem libertatis,' quia tum temporis remanebat tantum imago, et inane libertatis simulacrum, non vera libertas, quæ pridem oppressa et extincta ; in cujus locum successerant illa inania et fictitia commenta patrum adulantium et inservientium, qui, quo majorem speciem libertatis præsumere videbantur, eo in majus servitium ruebant, fictaque et umbratili illa libertate fœde abutebantur, ut veram sinceramque libertatem prorsus amitterent, ac Rempub. subverterent.

[c] *Conventum Italiæ*] Cum ad judicia tantus hominum concursus fieri soleret, ut quidam quasi conventus Italiæ haberi possent.

Conventum Italiæ] Accipiunt, quasi de certo indictoque conventu loqueretur. Sed, nisi fallor, de fortuito, atque consueto Tacitus sentit, ponitque vocabulum hoc pro concursu sive confluxu totius Italiæ, quam, ut apparet, apud senatum frequentia negotia tractare contingebat : non simul universam, sed ut cuique municipio, aut etiam singulis, negotium

dicebat. Audiente hæc Tiberio ac silente, magnis utrimque contentionibus acta: sed res dilatæ.

36. Et certamen Gallo adversus Cæsarem exortum est: nam censuit, ‘ in quinquennium[d] magistratuum comitia ha-

vincias reservanda ejus præsentia. *Hæc magnis utrimque studiis agitata præsente Tiberio, et tacente ; attamen negotia prolata.*

Etiam Gallo suborta contentio est adversus principem, quippe disseruit, habenda

NOTÆ

esset. Nominavit autem ‘ conventum,’ non propria vocis significatione volens uti, sed extollens causarum, quæ apud patres agerentur, momentum, *conventui* eam affluentiam assimilat.

Dicebatur autem ‘ conventus’ auctore Festo, ‘ Cum a magistratibus, judicii causa populus congregatur. Erant enim in provinciis statuti conventus per rectores earum ad judicia facienda.’ Exempla hujus rei, vel apud unum Plinium in prioribus libris sunt frequentissima; etiam in uno capite undetrigesimo quinti lib. complura; ubi simul ipsius rei naturam licet deprehendere. ‘ Conveniunt Lycaones, Appiani, Eucarpeni,’ &c. ‘ Et Alabanda libera, quæ conventum eum cognominavit. Longinquiores eodem disceptant foro.’ Tum, ‘ Sardiana nunc appellatur ea jurisdictio: conveniuntque in eam extra prædictos, Macedones Cadueni,’ &c.

[d] *Censuit, in quinquennium*] Non a se id invenit Gallus, sed imitari decretum C. Cæsaris voluit, de quo Appianus, in persona M. Antonii, II. civil. ‘ Nos enim prope omnes, alii gessimus magistratus electi a Cæsare, alii jam nunc gerimus, alii geremus etiam ab eo designati. Nam in quinquennium, ut scitis, urbanos, annuosque magistratus, et item provinciarum aut exercituum præfecturas ordinavit.’ De quo etiam Sueton. sentit c. 76. in Julio : ‘ Magistratus in plures annos ordinavit.’

In quinquennium] Censuit Gallus, ut magistratus in quinquennium designarentur, ut statim sciretur quis eorum quoque anno magistratum inituras esset ; et cum ex legatis legionum aliqui nondum prætura functi essent, ii jam tum prætores destinarentur: exque iis et aliis quos vellet Cæsar, duodenos in singulos ejus quinquennii annos candidatos nominaret.

In quinquennium] Duplex est hujus loci sententia. Prima, ut magistratus crearentur, munus suum per quinquennium obituri. Altera, ut proximo quinquennio magistratus inituri, omnes uno die designarentur, ut scilicet anno magistratu functis, ab aliis rursus e designatis succederetur. Primum innuunt verba : ‘ Superbire homines etiam annua designatione : quid si honorem per quinquennium agiteut ?’ Alteram probo. Nam quid sibi volunt verba Tiberii : ‘ Grave moderationi suæ, tot eligere, tot differre ?’ Nam si duodecim nominasset, numerum quidem non auxisset. Tacitus de eodem l. I. ‘ Candidatos præturæ duodecim nominavit.’

Quid igitur verbum, *tot*, quod augmentum exprimit ? præterea, commodior est sententia verbis Taciti ; nam nihil necesse est mutare verba, *in annos singulos*, quæ Lipsius corrigit, *in annos quinos*. Idem enim est, duodecim in annos singulos, quod sexaginta in quinos nominare. Videtur etiam ex numero aucta principi potestas : ideoque ait, ‘ Grave modera-

benda: utque legionum Legati,[e] qui ante prætu-ram ea mi-esse comitia magistratuum in quinque annos, et ut legati legionum, qui id

NOTÆ

tioni suæ.' Exemplis etiam juvatur opinio, cum Cæsarem et Augustum in plures annos magistratus ordinasse, auctores tradant: de quinquennalibus autem magistratibus, nusquam, ut opinor, nisi per prorogationem. Clare Appianus II. civil. ὡς γὰρ ἐπὶ χρόνιον στρατείαν ἐξιὼν, ἐπὶ πενταετὲς ἥρητο: *Tanquam ad longum bellum exiret, in quinquennium electus est.* Et in oratione Anton. ἐς γὰρ πενταετὲς (ὡς ἴστε) καὶ τὰ ἀστικὰ ἡμῖν, καὶ τὰ ἐτήσια, καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίας διετάξατο: *Quippe in quinquennium, ut scitis, urbanos magistratus, et quæ annua sunt, et præfecturas provinciarum et legionum ordinavit.* Idem significavit Sucton. in Cæsar. LXXVI. 'Eadem licentia spreto patrio more, magistratus in plures annos ordinavit.' De Augusto narrat Dio l. LIII. prope finem. 'Augustus fere decem tantum prætores, quia pluribus opus non erat, constituit, idque in plures etiam annos: quorum reliqui eadem quæ prius officia exequerentur, duo vero administrationi singulis annis præessent.'

Etiam Lipsius idem sentire videtur, cum dicat, Gallum imitatum fuisse Cæsaris decretum ab Appiano, ut supra, relatum. Neque obstant Taciti verba, 'quid si honorem per quinquennium agitent?' cum de honore designatorum intelligenda sint: qui quodammodo magis quam ipsi magistratus superbire videntur.

Atque idem innuunt verba: 'superbire homines etiam annua designatione; ubi designationem expressit, non magistratum. At, non omnes LX designati, honorem per quinquennium agitaturi erant. Immo duodecim per annum, duodecim per biennium; &c. falsus ergo Tacitus. Sed in majori termino includitur minor, satisque fuit Tiberio expressisse, quod maxime erat absurdum in sententia Galli.

Unum adhuc monebo, mihi videri; Tacitum verbis illis, 'magistratuum comitia,' de prætorum tantum comitiis intelligere, qui sermonem quodammodo referat ad ea, quæ l. I. de iisdem prætoriis comitiis tradidit. Hic enim non nisi de prætoribus loquitur, cum de comitiis consularibus jam suo peculiari loco tradiderit in fine libri primi.

Alibi etiam observavi, magistratuum appellatione, prætores tantum a Tacito designari. Nam l. XI. de se ipso loquens, ait: 'Iisque' (id est ludis secularibus) 'intentius affui sacerdotio quindecimvirali præditus, ac tum Prætor: quod non jactantia refero, sed quia Collegio quindecimvirum antiquitus ea cura, et magistratus potissimum exequebantur officia cærimoniarum.' Intelligit enim magistratus, id est, prætores.

[e] *Utque legionum Legati*] In exercitu duplices legati, Consulares et Prætorii. *Consularis*, legatus toti exercitui, *Prætorius*, legioni uni præsidebat. At ecce Gallus, quia multæ legiones, et plures sane quam quotannis prætores (nam ad XXV. aut XXVI. illo ævo erant:) Gallus, inquam, hic blanditum legatis ivit, et ut putabat, Cæsari. Voluit illos, qui ab eo præpositi legioni ante præturam, jam prætores designatos eo ipso facto esse; et sequenti anno inire. Quid amplius? 'duodecim candidatos in singulos annos a principe nominari.'

Sed cujus rei candidatos? legationis, an præturæ? si istud, tum augeatur valde Prætorum numerus, aut certe Prætoriorum: quod tamen Gallus callide suasit, novo prætextu re-

litia fungebantur, jam tum[1] Prætores destinarentur: Princeps duodecim candidatos[f] in annos singulos nominaret.'

muneris obirent ante adeptam prætnram, jam designarentur prætores: Cæsar eligeret duodecim candidatos in singulos annos hujus quinquennii.

1 Ms. Flor. *dum.*

NOTÆ

perto, quia Cæsar juraverat (1. Annal.) se numerum duodenarium in prætoribus non excessurum. At nunc potest excedere, sed alio titulo et mantello. An placet legationis candidatos accipi? et ut Cæsar quotannis omnes illos nominet, solusque comitia hæc peragat? neque id sperno: sed sprevit valde Tiberius, qui totum hoc caput ejus sententiæ nec refutatione, immo nec repetitione dignum censuit: et in oratione rejicit prius caput tantum, de magistratibus in quinque annos. *Lipsius.*

[f] *Princeps duodecim candidatos*] Ita intelligo, ut sive de destinatis, seu designatis prætoribus in quinquenninm, sive etiam de legatis legionum, destinatis etiam prætoribus eligeret, seu nominaret duodecim, quos vellet candidatos in singulos annos. Ita ut veluti bis comitia prætorum transigeret princeps: nempe initio cujusque quinquennii, et quolibet anno ineunte; ita ut initio quinquennii tantum ordinaret comitia prætorum, in universum. At initio cujuslibet anni candidatos, seu designatos nominaret, eligeret, id est, ipsis anni ordinem assignaret, vel si vis, ita ut statim initio cujusque quinquennii omnia ita ordine disponeret, ut singulis annis totius quinquennii, suos duodecim candidatos attribueret, quos eligeret pro arbitratu, et ex designatis simpliciter, et ex legatis legionum.

Neque existimo cum Lipsio eam intentionem Galli fuisse, ut augeretur numerus prætorum supra duodenarium, hoc prætextu, quod destinarentur prætores legati legionum. Nam postquam promsit sententiam suam Gallus 'in quinquenninm magistratuum comitia habenda, utque legionum legati,' &c. 'jam tum prætores destinarentur;' statim etiam addit, 'princeps duodecim candidatos in annos singulos nominaret.' Duodecim candidatos nempe, quos ex omnibus seligeret, sive ex legatis, sive ex aliis, et quibus suum annum assignaret, sive ordinem suum in quinquennio daret, nec dicit legatos legionum jam tum esse prætores, eo ipso, quo legati essent, sed tantum dicit destinari prætores, sicut et alios, qui ordinariis comitiis designantur.

Neque dubites cum Lipsio, 'cujus rei candidatos, an legationis, an prætnræ?' quis enim sibi fingat *candidatos legationis?* quis talia comitia imaginetur, quibus *candidati* præfecti legionum designentur? nemo id certe cogitaverit, neque ipse *Gallus*, qui censebat legatos legionum jam tum destinandos esse prætores de præsenti; et in futurum, eo ipso, quo impositi legionibus essent, eo ipso prætores destinatos esse: quos nempe ut candidatos potuit princeps eligere suo ordine et suo anno, ut prætura vere fungerentur, sicut et alios candidatos.

At legiones erant 24 vel 25 hoc ævo. Certe multi legati legionum

Haud dubium erat, eam sententiam altius penetrare, et arcana imperii[g] tentari.'[h] Tiberius tamen, quasi augere-

Haud dubium erat eam opinionem profundius perrumpere, et secreta dominationis inquiri. Attamen Tiberius, tanquam accresceret ejus auctoritas, censuit: Impor-

NOTÆ

jam prætura functi erant, priusquam imponerentur legioni. Posito quod duodecim essent aut quindecim legati, qui nondum præturam obiissent, certe destinabantur tantum prætores in quinquennium, non vero in unum annum. Et semel legati impositi legioni, non statim mutabantur, et alii succedebant; idcirco paucis aditus patebat, et propterea numerus prætorum non augeri debuit, in illa sententia Galli: si decem, aut duodecim essent legati, nondum prætura functi, qui destinarentur prætores in quinquennium, duo ex illa militia assumi potuerunt in quemlibet annum. Cetera loca alii designati obtinebant. Quid incommodi? sed ea omnia sprevit veteris prudentiæ pervicax Tiberius.

[g] *Arcana imperii*] Quare? quia validi nimis illi electi fuissent, et potuissent tractu in principem coire. Item, odia ferebantur in ipsum, et fortasse conspiratio, a repulsis. Et sane ea mens Taciti; quod verba illa mox ostendunt: 'favorabili oratione vim imperii tenuit:' quæ resoluta igitur, et velut enervata fuisset, illa sententia. Nam addo etiam, inter arcana imperii esse, ut princeps gratiæ et beneficii sit potens; at vix, vel nullo modo haberet eam potentiam, in tam longum tempus honoribus semel datis. *Lipsius.*

Arcana imperii tentari] Multum enim ea ratione potestati principis decessisset, quippe magistratibus in quinquennium constitutis, neque eos qui interim displicerent, amoliri potuisset, neque alios, quibus faveret, promovere; atque ita potestas elegendi, quam singulis annis exercere poterat, multum accisa, et tantum ad singula quinquennia redacta fuisset. Illa ratio prætermitti non debet, quam elicimus ex his verbis Galli: 'utque legionum legati, qui ante præturam ea militia fungebantur, jam tum prætores destinarentur.' Vides hic etiam *arcana imperii* vel maxime versari: hac enim sententia fibula injicitur Cæsari, et potestati nominandi *præturæ candidatos* arctiores limites ponuntur. Malebat Tiberius, quos vellet candidatos nominare ex omnibus, quam teneri ad nominandos eos legionum legatos, qui nondum præturam gessissent. Minus enim potest, qui potestatem nominandi et destinandi candidatos intra certos ordines constrictam habet, quam qui ea amplissima, et plane libera, atque ad omnes sese extendente est instructus.

[h] *Tentari*] Tentabantur arcana imperii, præcipue, quia sic penetratum altius foret, quosnam princeps admoveret, destinaretque Reipub. capessendæ, quosnam removeret a Repub. tanquam sibi infensos, et suspectos, aut indignos, et certe, vel indigni, vel suspecti videri possent, qui in tam longum tempus differrentur; nec solummodo dilati, sed rejecti omnino putari possint.

De cetero ambigua res, et satis incertum, an sic augeretur, vel minueretur potentia principis. An decrescebat potestas illius, cum duodecim in annum unum consules simul eodemque tempore designabat, cum hos sigillatim, in duos menses, binos eligere posset? an decrescebat po-

tur[2] [i] potestas ejus, disseruit: ‘ Grave moderationi[j] suæ, tot eligere, tot differre: vix per singulos annos offensiones vitari, quamvis repulsam propinqua spes[k] soletur: quantum odii fore ab his, qui ultra quinquennium projiciantur! unde

tunum modestiæ suæ, tot nominare, tot prolatare, ægre quotannis declinari odia, licet proxima spes repulsam sublevet: quantas offensiones futuras ab his, qui differantur ultra quinque annos! unde prævideri posse, quis, tanto

2 Ms. Flor. *auretur*. Optime emendavit Beroaldus, *augeretur*. Brotier.

NOTÆ

testas Cæsaris Dictatoris, qui, teste Suetonio, in multos annos magistratus ordinavit, qui munia sic dare properabat, ut amicos et fautores remunerare citius posset?

Attamen in necessitatibus principum, hæc tantum sic festinata putem; sed talibus largitionibus subvertebatur Respub. et legum ordo, ‘subverti leges, quæ sua spatia exercendæ candidatorum industriæ, &c. statuerint.’ Julius et Augustus Cæsares, qui talia præmia festinabant, ut dominationem sibi assererent, suam potestatem augebant ad præsens, ea arte multis amicis, fautoribusque adversus hostes suos comparatis, seu potius corruptis; sed in futurum Rempub. subvertebant, de qua parum soliciti, modo se tuerentur, vindicarentque. Et maxime distinguendum inter principes, qui securi imperii, et Reip. et eos, qui iuliant novæ dominationi, nondumque stabilitæ: eo malo exemplo Othones, et Vitellii partum scelere imperium, pessimis artibus firmaturi, multa ex Rep. omnia *dabant*, seu potius *perdebant*. Tacitus lib. III. hist. 55. de Vitellio: ‘ Ipse nihil e solito luxu remittens, et diffidentia properus, festinare comitia, quibus consules in multos annos destinabat: fœdera sociis; Latium externis dilargiri: his tributa dimittere; alios immunitatibus juvare: denique nulla in posterum cura, lacerare imperium. Sed vulgus ad magnitudinem beneficiorum aderat: stultissimus quisque pecuniis mercabatur: apud sapientes cassa habebantur, quæ neque dari, neque accipi, salva Reipub. poterant.’

[i] *Quasi augeretur*] Augebatur enim potestas, cum in ejus manum comitia tot annorum, nova ratione, darentur. *Lipsius*. Sic augeri potestatem suam videri voluit Tiberius, quamvis revera sic minueretur vis principis, subverteturque Respub. Sic eam olim everterat Cæsar Dictator, et alii postea.

[j] *Grave moderationi*] Semper se consuevisse moderari potentiæ suæ, neque permittere, ut ultra, quam libera civitate dignum esset, excresceret. Eam modestiam professo principi onerosum esse, si arbitrium ei permittatur, ut tot candidatos simul eligeret.

[k] *Propinqua spes*] Quanquam eam repulsam longe æquiori animo ferre possint, propterea quod uno tantum anno interposito, denuo adipiscendi honores spes fieret. *Freinsh. Propinqua* intelligi possit, vel de anno proximo, vel saltem de annis proxime sequentibus, quibus, se voti compotes futuros, sperant, qui repulsam passi sunt.

prospici posse, quæ cuique tam longo temporis spatio mens, domus, fortuna?[1] superbire[m] homines etiam annuâ designatione: quid? si honorem per quinquennium agitent? quinquiplicari[3] prorsus magistratus, subverti leges, quæ sua spatia exercendæ[n] candidatorum industriæ, quærendisque aut potiundis honoribus statuerint.'

37. Favorabili[o] in speciem oratione vim imperii tenuit.[p]

temporis intervallo, cuilibet animus, familia, opes? fastu efferri homines, etiam annua electione: quid si dignitatem per quinque annos cogitent? in quintuplum augeri omnimodo magistratus, labefactari leges, quæ sua tempora præscripserint explorandis candidatorum ingeniis, petendisque, aut fruendis dignitatibus?

Civili et æqua *in speciem sententia vim dominationis retinuit, facultatesque*

3 Perperam in Lipsianis editionibus, *quintuplicari*. Brotier.

NOTÆ

[1] *Mens, domus, fortuna*] Quæ mens? utrum nimirum bona, an animus Reip. infensus? IV. 70. VI. 24. Non ex hac tantum continuatione spei, sed undecumque. *Domus*, familia, gens, cognatio et necessitudines: nam et horum peccata poterant efficere, ut aliquis in suspicionem veniret, et potestas ei male credi videretur. *Fortuna*, res familiaris, integra, an attenuata.

[m] *Superbire*] Nempe cum honore designatorum magistratuum longiori tempore, et quidam eorum usque ad quinquennium perfruerentur.

[n] *Spatia exercendæ*] Tot mensibus aut diebus petant, et in candida sunto: tot deinde adepti gerant. Neque enim solenniter petere toto anno licebat. Atque hoc est 'spatium exercendæ candidatorum industriæ,' olim legibus finitum.

[o] *Favorabili*] Sic elusa Galli sententia civilibus, et magnæ moderationis imaginem præferentibus verbis, principatus sui nervos retinuit. *Freinsh.*

Favorabili in speciem oratione] Cum censeret Tiberius non debere eligi, aut designari magistratus, seu prætores (de his enim præcipue intelligere videtur Tacitus), in quinquennium, ipsius oratio favorabilis videbatur Reipub. legibus, magistratibus, et ipsi senatui, et civitati, cujus leges immotas retinere videbatur, sed videbatur tantum favorabilis. In speciem tantum favorabilis erat Reipub. seu libertati, at revera sibi principatum, seu monarchiam sic asserebat, retinebatque Tiberius.

Respublica et *principatus* fere opponuntur apud Tacitum. Itaque dum Tiberius favorabiliter pro Repub. loqui videretur, in speciem, revera principatum retinuit, sibique firmavit. *Species* et *vis*, seu *res* sæpius opponuntur apud Tacitum. *Species* est tantum phasma, et rei imago inanis, seu illusio. At *vis* res ipsa est. Sic XIII. 8. 'Ne Corbulo omnium ora in se verteret, corpore ingens, verbis magnificus, et super experientiam, sapientiamque etiam specie inanium validus.' *Vis* et *res* in Corbulone fuit *experientia* et *sapientia*. At *species* et *inania* fuerunt, quod esset 'corpore ingens,' et 'verbis magnificus.' *Vis*

Censusque quorundam senatorum[q] juvit: quo magis mirum fuit, quod preces M. Hortali,[r] nobilis juvenis, in paupertate manifesta, superbius accepisset. Nepos erat oratoris Hortensii, illectus a D. Augusto liberalitate decies[s] sestertii,[1] ducere uxorem, suscipere liberos, ne clarissima familia

nonnullorum e patribus auxit: quo magis stupendum, quod arrogantius audisset preces M. Hortali nobilis adolescentis in egestate comperta. Nepos erat Hortensii oratoris, incitatus a D. Augusto munificentia decies sestertium, ut assumeret conjugem, procrearet sobolem, ne stirps nobilissima deficeret. Igitur quatuor filiis in

1 Ita Ms. Flor. Ryckius et recentiores. Ceteri, *sestertium*. Brotier.

NOTÆ

enim et summæ virtutes reperiri possint in viro staturæ modicæ; ut multis exemplis constat.

Inania hæc deseribit Taeit. ubi de Tiridate xv. 31. Frater Tiridatis Pacorus ‘petierat, ne quam imaginem servitii Tiridates perferret; neu ferrum traderet, aut eomplexu provincias obtinentium arceretur, foribusve eorum assisteret, tantusque ei Romæ, quantus Consulibus, honor esset. Scilicet externæ superbiæ sueto non erat notitia nostri, apud quos vis imperii valet, inania transmittuntur.’

[p] *Vim imperii tenuit*] Quasi vis imperii ipsius minueretur ea designatione magistratuum in quinquennium.

[q] *Censusque quorundam Senatorum*] Sic fecit Augustus, quo sibi gratiam conciliaret: sic Julia Augusta, quæ equitum paupcriorum virgines maritabat: sic multi postea imperatores feeere, quo dominationem amicitia, majestatem familiaritate, et beneficiis firmarent. Sic apud Sueton. Vespas. 17. ‘In omne hominum genus liberalissimus, explevit eensum senatorium: consulares inopes quingenis sestertiis annuis sustentavit.’

[r] *Preces M. Hortali*] Ortalus scribitur in Suetonio: ‘Plerosque modestia et pudore deterruit, in quibus Ortalum Q. Hortensii oratoris nepotem, qui permodica re familiari, auctore Augusto, quatuor liberos tulerat.’ Ortalus igitur Hortensiæ gentis cognomen. Cicer. ad Attic. l. iv. ‘Ortalus in ea causa fuit, cujusmodi solet.’

Infanda quædam de hoc ipso, nisi fallor, Hortensio Valerius Maximus narrat l. iii. ‘Jam Q. quidem Hortensii, qui in maximo et ingenuorum civium, et amplissimorum proventu, summum auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, nepos Hortensius Corbio omnibus scortis abjectiorem et obsceeniorem vitam exegit: ad ultimumque lingua ejus tam libidini cunctorum inter lupanaria prostitit, quam avi pro salute civium in foro excubuerat.’ Sed hic Ortalus Hortensii nepos, numquid ex filio? apparet. Nam Valerius *Hortensium* appellat. Attamen filius magni illius oratoris bello civili Brutiano periit præmature. Velleius: ‘Eadem Lucullum, Hortensiumque eminentissimorum virorum filios fortuna abstulit.’ Sed debuit scilicet jam tunc prolem scvisse, et reliquisse in urbe.

[s] *Decies sestertii*] Is est ipse eensus senatorius, qui sub Augusto fuit; nam auxit cum et produxit. Sunt ista *vigintiquinque millia Philippicum*. Sunt viginti quinque millia coronato-

extingueretur. Igitur, quatuor filiis ante limen curiæ astantibus, loco sententiæ, cum in palatio Senatus[t] haberetur, modo Hortensii inter oratores sitam imaginem, modo Augusti intuens, ad hunc modum cœpit: ‘Patres conscripti, hos, quorum numerum et pueritiam videtis non sponte sustuli, sed quia Princeps monebat: simul majores mei meruerant,[u] ut posteros haberent: nam ego, qui non pecuniam, non studia populi, neque eloquentiam, gentile domus[v]

vestibulo senatus assistentibus, vice sententiæ, cum in palatium patres vocati essent, modo conspiciens effigiem Hortensii positam inter oratores, modo Augusti imaginem, *sic orsus est:* ‘Patres conscripti, hos quorum numerum, et teneram ætatem intuemini, non mea voluntate suscepi, sed quia princeps jubebat, etiam quia patres mei digni habiti erant, qui nepotes haberent. Quippe ego, qui neque opes excipere, neque amorem civium, nec eloquentiam avitum

NOTÆ

rum, seu septuaginta quinque millia librarum.

[t] *Cum in palatio Senatus*] Ille igitur, cum senatus in palatio convenisset, et in causa quæ tractabatur, ipsius sententia rogaretur, surrexit, et oculis modo in Hortensii effigiem conjectis, quæ inter imagines oratorum in palatio dedicata fuerat; modo in D. Augusti simulacrum, &c.

[u] *Majores mei meruerant*] Etiam quia injuriam me facturum putarem clarissimis majoribus meis, si domum eorum nulla sobole procreata exstingui, et memoriam hominum æternum nomen meritorum obsolefieri paterer, &c.

[v] *Gentile domus*] De quo Valer. VIII. 3. ‘Hortensia vero Q. Hortensii filia, cum ordo Matronarum gravi tributo a Triumviris esset oneratus, nec quisquam virorum patrocinium eis accommodare auderet, causam fœminarum apud Triumviros, et constanter, et feliciter egit. Repræsentata enim patris facundia, impetravit, ut major pars imperatæ pecuniæ his remitteretur. Revixit tum muliebri stirpe Q. Hortensius, verbisque filiæ aspiravit, cujus si virilis sexus posteri vim sequi voluissent, Hortensianæ eloquentiæ tanta hæreditas una fœminæ actione abscissa non esset.’

Sic et Quintil. ‘In parentibus vero, quamplurimum esse eruditionis optaverim. Verum nec de patribus tantum loquor. Nam Gracchorum eloquentiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cujus doctissimus sermo in posteros quoque est epistolis traditus; et Lælii filia reddidisse in loquendo paternam eloquentiam dicitur. Et Quinti Hortensii filiæ oratio apud Triumviros habita legitur, non tantum in sexus honorem.’ Similitudo ingenii in filiis et nepotibus quandoque repræsentatur. Cicer. Tuscul. I. de Panætio: ‘Vult enim, quod nemo negat, quicquid natum sit, interire: nasci autem animos, quod declarat eorum similitudo, qui procreantur; quæ etiam in ingeniis, non solum in corporibus appareat.’ Vera et certa est illa similitudo naturæ, sed falsum id quod infertur, et diserte mox refellit Tullius. Sic et tres Curiones ordine fuerunt eloquentissimi oratores, quasi tradito a natura, et per manus ingenio.

nostræ bonum, varietate temporum[w] accipere vel parare potuissem, satis habebam, si tenues res meæ nec mihi pudori,[x] nec cuiquam oneri forent: jussus ab Imperatore,[y] uxorem duxi. En stirps et progenies tot Consulum,[z] tot Dictatorum! nec ad invidiam[a] ista, sed conciliandæ misericordiæ, refero. Assequentur, florente te, Cæsar, quos dederis, honores: interim Q. Hortensii pronepotes, D. Augusti alumnos, ab inopia defende.'

38. Inclinatio Senatus[b] incitamentum Tiberio fuit, quo

familiæ nostræ decus, vicissitudine temporum, assequi potuissem, contentus eram, si angustiæ rei familiaris, nec mihi dedecori, nec aliis molestiæ forent: jubente principe, uxorem accepi. En soboles, en genus et sanguis tot consulum, tot dictatorum! Nec ad superbiam hæc, sed ad movendam commiserationem memoro. Adipiscentur, vigente te, Cæsar, quas tribueris, dignitates; interim adversus egestatem tuere pronepotes Q. Hortensii, et D. Augusti alumnos.

Amor seu favor Patrum causa Tiberio fuit, quo impensius obsisteret, ad hunc

NOTÆ

[w] *Varietate temporum*] Propter varios superiorum temporum tumultus, casusque, neque majores mei magnas opes, aut populi favorem, aut etiam eloquentiam, quæ nostræ domus velut hæreditarium bonum olim fuit, mihi relinquere potuerunt, neque ego propria industria aut ingenio comparare.

[x] *Nec mihi pudori*] Ne aut mihi pudori foret inopia, si uxorem, liberosque honeste sustentare non possem, aut molesta tam illis ipsis meis, quam aliis etiam, a quibus alimentorum subsidia petenda nobis essent.

[y] *Jussus ab Imperatore*] Non ex vi legis Juliæ de maritandis ordinibus jussus Hortalus, sed pro ea potestate, qua superior amicus minori suasit matrimonium; cujus et dicitur auctor, Suetonii Tiberio 47.

[z] *Tot Consulum*] Ubi isti tot consules, tot dictatores? certe in Hortensia gente unum dictatorem reperias, et consulem unum. Dictatorem anno urbis CDLXVII. secessione plebis. Consulem, Q. Hortensium, hujus avum. Sed intelligi possunt majores illius, etiam ex gente materna.

[a] *Nec ad invidiam*] Quod non ideo dico, quasi miseriam nostram indigner, aut iis qui ex inferioribus locis ad honores opesque pervenerint, quicquam invideam: sed ut misericordiam nobis conciliem. Non quod invidcam iis, qui ad dignitates et opes evecti sunt, non quod indigner in principes, qui alios, spretis aliis, cives evexere; suum cuique meritum, sua cuique fortuna aut gratia sit; nemini invideo, aut in invidiam adducere volo.

[b] *Inclinatio Senatus*] Quare illa impedivit, aut arcuit? potius debuisset incitare. Nam videri volebat omnia per senatum agere. Sed hic aliud: ista 'inclinatio' popularitatem quandam referebat, et severum principem quasi ad famam et gratiam componebat: quod spretum Tiberio. Fortasse etiam, quia sponte volebat dare, et solus gratiam habere, non ab aliis invitatus.

Inclinatio Senatus] Plin. paneg. 'An

promtius adversaretur, his ferme verbis usus: ‘Si quantum pauperum est venire huc, et liberis suis petere pecunias cœperint, singuli nunquam exsatiabuntur, respubl. deficiet: nec sane ideo a majoribus concessum est, egredi aliquando relationem,[c] et, quod in commune conducat, loco sententiæ proferre, ut privata negotia, res familiares nostras hic augeamus,[1] cum invidia Senatus et Principum, sive indulserint[d] largitionem, sive abnuerint: non enim preces sunt istuc,[2] sed efflagitatio, intempestiva quidem et improvisa, cum aliis de rebus convenerint Patres, consurgere,[e] et

fere modum disserens: Si quotquot inopes sunt, huc confluere cœperint, et proli suæ opes postulare, nunquam singuli explebuntur, et Respub. exhaurietur: nec propterea veteribus placitum est exire aliquando extra rem propositam in senatu, et id pro sententia promere, quod e Repub. esse videatur, ut privatas res, et domos nostras ditemus, cum offensione patrum et imperitantium; sive liberalitatem concesserint, sive negarint. Non enim voces supplices sunt illud, sed expostulatio importuna quidem, et inopinata, cum aliis de negotiis vocati sint patres, assurgere, et multitudine atque

1 Illustr. Huetius mallet, *agamus*. Eleganter, sed non necessario.— 2 Ms. Flor. *istut*. Libri editi, *istuc*. Jac. Gronovius mallet, *istud*.—

NOTÆ

parum sæpe experti sumus hanc esse rerum conditionem, ut senatus favor apud principem aut prosit, aut noceat? Nonne paulo ante, nihil magis exitiale erat, quam illa principis cogitatio? hunc senatus probat, hic senatui carus est: oderat quos nos amaremus, sed et nos, quos ille.’

[c] *Egredi aliquando relationem*] Dionys. lib. II. ubi Valerius senator respondet Decemviris, qui illum vetabant proferre id quod e Rep. censeret: ‘At non de his, inquit, dicturus assurrexi, sed de aliis majoribus, magisque necessariis, de quibus primum senatum commonendum existimo,’ &c.

Si quis senator loqui vellet, sententiam non rogatus, veniam a consule petebat, sic Capitolin. in Max. ‘Vectius Sabinus ex familia Ulpiorum, rogato consule, ut sibi dicere, atque interfari liceret, sic orsus est,’ &c.

Licebat etiam senatori, venia petita, interrogare eos, qui in senatum inducebantur. Livius l. XX. ubi de legatis Carthag. ‘cum more tradito a patribus, potestatem interrogandi, si quis quid vellet, legatos, prætor fecisset,’ &c.

[d] *Sive indulserint*] Posse loco sententiæ proferre quidpiam, non ideo institutum, ut privata negotia curemus, idque tam importune, ut senatus, atque imperatores, sive petitionibus hujusmodi annuerint, sive adversati sint, invidiæ, calumniisque malevolorum objiciantur, qui aut nimiam eorum profusionem, si quid largiantur, invideant, aut si negent, nimium rigorem incusent.

[e] *Consurgere*] Nam ad dicendam sententiam surrexit Hortalus. Mo-

numero atque ætate liberum suorum urgere modestiam Senatus, eandem vim[f] in me transmittere,[3] ac velut perfringere ærarium: quod, si ambitione exhauserimus, per scelera supplendum erit. Dedit tibi, Hortale, D. Augustus pecuniam, sed non compellatus, nec ea lege, ut semper daretur. Languescet alioqui industria,[g] intendetur socordia, si nullus[h] ex se metus aut spes; et securi omnes aliena subsidia expectabunt, sibi ignavi, nobis graves?' Hæc atque talia, quanquam cum assensu audita ab his, quibus omnia Principum, honesta atque inhonesta, laudare mos est, plures per silentium aut occultum murmur excepere: sensitque Tiberius: et, cum paulum reticuisset, 'Hortalo se respondisse' ait: 'ceterum, si Patribus videretur, daturum liberis ejus ducena sestertia[i] singulis, qui sexus virilis essent.'

pueritia filiorum suorum premere modestiam patrum, eandemque vim in me transferre, et quasi ærarium perrumpere: quod si favore et inani gloria exhauserimus, per crimina repleudum erit. Tibi, Hortale, D. Augustus opes elargitus est, sed non coactus, nec ea conditione, ut tibi semper donaretur pecunia; alioqui torpebit animus, increscet segnities, si nulla ex se formido, vel spes, et si cura vacui omnes aliena auxilia sperabunt, sibi inertes, nobis importuni. *Hæc et similia, quamvis cum plausu acccpta ab illis, qui cuncta dominantium decora atque indecora extollere laudc consuererunt, plures* tamen *silentio, aut secreto murmure excepere: quod et animadvertit Tiberius; qui cum tantisper siluisset, dixit,* se respondisse Hortalo: ceterum, si placeret senatui, se largiturum filiis ejus ducenta sestertia singulis, qui mares essent.

3 Corrupte Ms. Flor. *in me transmerei.* Divinant Rhenanus, *transumere;* Aldus, *transmitti;* Jac. Gronovius, *transjicere.* Bene Lipsius, *transmittere.*—

NOTÆ

ris autem fuisse consurgere in dicenda sententia Poëta ostendit, Æneid. II. 'Tum Drances idem infensus,' &c. 'Surgit, et his onerat dictis.'

[f] *Eandem vim*] Primo, inquit, 'urgent modestiam senatus,' denique velut vim mihi adhibent, et ærarium perfringunt. *Vim* dico, quia velut pro sententia dicunt, et senatus assensum capiunt, aut captant: cui parere me sit necessum.

[g] *Languescet alioqui industria*] Industria hominum evanescet, desidia augebitur, omnes enim cogitabunt non opus esse, ut in suis laboribus spem sustentationis collocent, aut etiam ex sua pigritia et inertia paupertatem metuant.

[h] *Si nullus*] Si nullus de seipsis metus est in futurum, si nullam in suo labore aut industria spem constituunt, sed tantum in aliena, seu publica liberalitate, senescet industria, &c.

[i] *Ducena sestertia*] Sunt quinque millia coronatorum, seu quindecim millia librarum.

Egere alii grates; siluit Hortalus, pavore, an avitæ nobilitatis, etiam inter angustias fortunæ, retinens: neque miseratus est posthac Tiberius, quamvis domus Hortensii pudendam ad inopiam[j] delaberetur.[4]

39. Eodem anno, mancipii unius audacia, ni mature subventum foret, discordiis armisque civilibus rempubl. perculisset. Postumi Agrippæ servus, nomine Clemens, comperto fine Augusti, pergere in insulam Planasiam,[k] et[1] fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus[l] Germanicos, non servili animo, concepit. Ausa ejus impedivit tarditas

Alii gratiam retulere; reticuit Hortalus, an *metu, an paternæ claritudinis memor, etiam inter inopiam rei familiaris: neque postea Tiberius ipsius misertus est, licet familia Hortensii indecoram ad egestatem decideret.*

Eodem anno, servi unius temeritas dissensionibus bellisque civilibus perturbasset Rempublicam, ni propere obviam itum foret. Mancipium Posthumi Agrippæ, vocabulo Clemens, *nunciata morte Augusti, haud servili ingenio agitavit ire in insulam Planasiam, et dolo seu vi sublatum Agrippam rapere ad legiones Germanicas. Con-*

4 Ita Ernestus. In vulgatis libris, *dilaberetur*. Infra Annal. III. 63. *in ambitionem delaberentur*. Brotier.

1 Gronovius omisit *et*.

NOTÆ

j *Pudendam ad inopiam*] Sic et contigit in familia Curionum, quasi quodam excellentissimorum oratorum simili fato. Tertius quippe Curio etiam ad fœdam inopiam nequitia sua abstractus, teste Valer. IX. 1. 'Consimilis mutatio in domo Curionum extitit: si quidem forum nostrum, et patris gratissimum supercilium, et filii sexcenties sestertium æris alieni aspexit, contractum famosa injuria nobilium juvenum. Itaque eodem tempore, et in eisdem penatibus diversa sæcula habitarunt: frugalissimum alterum, alterum nequissimum.'

k *Planasiam*] Ubi herus ipsius exul agebat, eo proficisci destinaverat, eumque, sive fraude sive vi, custodibus eripere, &c. Solinus c. 8. 'Aut Planasiam de facie supina freti, sic vocatam, vel ab Ulyssis erroribus.'

Planasiam] *Planasia*, insula Hetruriæ provinciæ in mari Tyrrheno, hodie *Pianosa*, prope Elbam insulam, magno duci Toscanæ paret. *Tillemonius.*

l *Ferre ad exercitus*] Quibus, eum propter patris memoriam gratissimum fore intelligebat. Suet. Oct. 19. 'Audasius atque Epicadus Juliam filiam, et Agrippam nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus destinaverant.' Tib. 3. 'Novissime calumniatus, modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle, Pandatariam relegavit.' Noster Annal. IV. 67. 'ultroque strue-bantur, qui monerent perfugere ad Germaniæ exercitus.'

onerariæ navis: atque interim patrata cæde, ad majora[m] et magis præcipitia conversus, furatur cineres,[n] vectusque Co-

siliis ejus obstitit, quia serius appulsa est navis oneraria: atque interim perpetrata nece Posthumi, *ad grandiora et magis vesana convertens animum, furto aufert reli-*

NOTÆ

[m] *Ad majora*] Comparat invicem ausa Clementis, seu cœpta illius, ita ut primo conceperit 'fraude, aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos,' quod cum non potuisset exequi, et jam occisum Posthumum reperisset, jam 'ad majora, et magis præcipitia conversus,' quam quæ primo agitasset; 'furatur cineres Agrippæ,' et se ipse Agrippam, Cæsaremque et filium Augusti fingit, ac mentitur: quæ certe longe *majora*, quam quæ primo servus conceperat.

[n] *Furatur cineres*] Quare hoc? anne, ut constaret eo argumento mortuum Postumum, quem vivum ille, et se esse, credi volebat? an caritate in dominum fecit, et alibi sepulturus? *Lipsius.*

Furatur cineres] In paraphrasi sic exposui, 'ne mortis illius (Agrippæ) argumentum forent:' magis quia Taciti sententia, ex universo hoc loco prope considerato emergens, ita postulare videbatur; quam quod ipsa res mihi credibilis videretur. Si enim, Ægyptio more, conditum fuisset corpus, agnoscerem pretium, quod in eo auferendo Clemens quæsivisset: at in confusis cineribus, quodnam indicium superesse potuit, quo potius Agrippæ, quam cujuscumque hominis viderentur? *Freinshemius.*

Sciebant qui interfecerant Postumum quo loco is interfectus, crematus et sepultus esset; sciebant et multi ejusdem loci accolæ, ostendebantque haud dubie bustum, seu tumulum, per admirationem, ut in Cæsare et filio Augusti, et qui per summum scelus Liviæ et Tiberii occisus esset. Forte et usurpatum quod olim in Pompeio Magno, 'ne levis aura retectos Auferret cineres saxo eompressit arenam.' Itaque compertus locus, compertum et monumentum, quo compositi cineres Postumi erant; ideoque illos furatur servus Clemens, ut sic dubia et incerta mors Postumi esset, dubiaque spargeretur provinciis, et toto imperii orbe, de illo Cæsare fama, et ne ipso facto convinci mendacii posset. Certe cineres illius utcumque confusi, sed locus cinerum non confusus, aut incertus, immo manifestus et compertus, qui propterea vacuus et inanis relictus a servo, simul incertam relinquebat mortem Postumi, incertamque famam illius, quod unum intendebat Pseudo-Agrippa.

Furatur cineres] Furtoque subductis Agrippæ cineribus, ne mortis illius argumentum forent, in Cosam, &c. trajecit. *Freinsh.*

Cineres] Forte hoc idem veritus Tiberius postea dissipat reliquias filiorum Germanici, postquam eos occiderat. Sueton. 55. 'amborum sic reliquiis dispersis, ut vix quandoque colligi possent:' neque id de cineribus præcise intelligendum; nam si dispersi cineres illorum essent, nunquam colligi potuissent: de ossibus id capiendum. Tacit. de Varianis reliquiis 'medio campi ossa albentia:' et Suet. Calig. 3. de Germanico. 'Cæsorum clade Variana veteres ac dispersas reliquias uno tumulo humaturus, colligere sua manu, et comportare primus aggressus est.' Et certe tandem extincto Tiberio, illas reliquias, seu ossa fratrum collegit ipse Caius apud Sueton. 15. 'Confestim

sam,[2] Etruriæ promontorium,[o] ignotis locis sese abdit, donec crinem[p] barbamque promitteret: nam ætate et forma haud dissimili in dominum erat. Tum, per idoneos et secreti

quias Agrippæ, *et delatus Cosam promontorium Etruriæ, inviis locis sese occultat, donec comam barbamque prolixam haberet: quippe ætate et specie a domino non differebat. Tum per idoneos, et arcani ejus conscios, vulgatur* Agrippam spirare,

2 Perperam in veteribus editionibus, *Coram.* Optime Lipsius, *Cosam. Cosanum littus*, memorat Plinius, III. 6. *Brotier.*

NOTÆ

Pandateriam et Pontias ad transferendos matris fratrisque cineres festinavit,' &c. Furabatur haud dubie cineres Postumi Clemens ille, ne quod vestigium mortui Agrippæ appareret; sicque se fingere, et ferre Agrippam posset audacius, certiusque.

Haud dubie crematum corpus *Postumi* pro more Rom. dein 'ossaque lecta cado,' ut ait Virgil. nempe ex busto et igne, quæ ossa reliquiæ et cineres etiam vocantur, Reliquæ illæ conditæ cado, seu urna; quæ urna dein inferebatur tumulo. Hujusmodi reliquias seu cineres disturbavit arripuitque Clemens servus, ne monumentum aut vestigium ullum Postumi mortui remaneret, quo falsitatis convinceretur. De ossibus ex busto lectis, sic Lucanus l. VIII. ubi de Pompeio Magno: 'non hac in sede quiescent Tam sacri cineres, sed te Cornelia, Magne, Accipiet, nostraque manu transfundet in urnam.' Et infra: 'Semiusta rapit, resolutaque nondum Ossa satis, nervis, et inustis plena medullis, Æquorea restinguit aqua, congestaque in unum, Parva clausit humo,' &c. Sic forte perfunctorie sepultus Postumus, velut invitis imperitantibus.

[o] *Cosam, Etruriæ promontorium*] *Cosam* seu *Coram*, puto esse promontorium, quod olim Telamon, hodie mons Argentarius dicitur. Argumento est, quod *Cosa* oppidum, cui hodie *Orbitello* nomen est, antiquitus in cacumine ejus promontorii erat. Vulgatum autem est, idem nomen esse, et oppidis, et montibus, fluviisque, in quibus, aut ad quos oppida sita sunt. Ad radices autem ejus promontorii est portus Herculis. Addo ex Rutilii Itinerario I. 294. 'Sardoam Lepido præcipitante fugam: Littore namque Cosæ cognatos depulit hostes, Virtutem Catuli Roma secuta ducis.' Ubi 'Cosæ littore' hoc ipsum Taciti promontorium intelligi, docet historia. Flor. III. 23. 'Lepidus incruenta fuga Etruriam; inde Sardiniam recessit.' *Freinsh.*

Cosam] Cosa, vel Cossa, urbs Hetruriæ provinciæ in ora maris Tyrrheni, hodie non extat: ex ejus ruinis crevit Ansedonia, urbs agri Senensis in ora: paret magno duci Toscanæ. *Tillemonius.*

[p] *Donec crinem*] Donec capillus barbaque cresceret in eum modum, quo Agrippa ob mœrorem exilii, cura corporis formæque neglecta, usus erat. *Freinshem.* Forte sic se vultumque componebat servus, ne perinde facile agnosceretur, promissa barba squalidus, et veluti mutatus a se ipso, quasi mœstitia carceris et exilii, ut sic minus facilis cognitu esset.

ejus socios, crebrescit ‘ vivere Agrippam,’ occultis primum[q] sermonibus, ut vetita solent, mox vago rumore apud imperitissimi cujusque promtas aures, aut rursum apud turbidos, eoque nova cupientes. Atque ipse adire municipia obscuro diei, neque propalam aspici, neque diutius iisdem locis: sed, quia veritas[r] visu et mora, falsa festinatione et incertis valescunt, relinquebat famam[s] aut præveniebat.

40. Vulgabatur interim per Italiam, ‘servatum munere Deum Agrippam:’ credebatur Romæ: jamque Ostiam[t] invectum multitudo ingens,[t] jam in urbe[u] clandestini cœtus[v] celebra-

secretis primum colloquiis, ut prohibita solent, dein incerta fama apud ignorantissimi cujusque pronas aures avidasque, *aut etiam apud seditiosos, ideoque nova appetentes. Atque ipse circumire* cœpit *oppida, inclinata jam die, neque publice et aperte videri, neque diu in eadem regione: sed quia veritas præsentia et tempore invalescit, ut falsitas properando et ambiguis crescit; relinquebat famam, aut prævertebat.*

Interea crebrescebat fama per Italiam, incolumem esse beneficio Deorum Agrippam: rumori *fides habebatur in urbe: jamque delatum Hostiam magna frequentia populi, jam Romæ clam coëuntes præsentem colebant: cum Tiberium ambigua*

1 Ita Ms. Flor. Perperam in veteribus editionibus, *Hostiam*. Brotier.

NOTÆ

[q] *Occultis primum*] Primo occultis susurris, ut solet fieri, in sermonibus, quibus periculum subest.

[r] *Sed, quia veritas*] Sed quia noverat veritatem eo magis elucere, quo diutius exactiusque tractatur et inspicitur, præstigias autem et mendacia maxime latere, verique speciem servare, si properanter et tecte peragantur, ex urbibus discedere solebat antequam fama adventus ejus pernotuisset, et venire prinsquam adventurum esse quisquam audivisset. *Freinsh.*

[s] *Relinquebat famam*] Priusquam innotescere veritas posset, famam relinquebat, ut sic potius vaga et incerta esset, quam nota et comperta: ‘ aut præveniebat,’ ita ut nempe improvisus esset adventus illius, sicque statim homines deciperet, qui agnoscendi tempus non haberent. Cum e contra, si expectatus advenisset, dispositis ad id, firmatisque animis, potius faciliusque cognitus esset dolus; sicque ‘ præveniebat’ sui ‘ famam,’ ut potius incerta foret quam penitus cognita.

Relinquebat famam] Statim abeundo, scilicet, priusquam bene innotesceret: ‘ præveniebat’ autem ex inopinato, celeriter se sistendo. Ita parum gnaros relinquebat, parum providis se sistebat.

[t] *Ostiam invectum multitudo ingens celebrabant*] Hoc est, multi jam per omnem videlicet Italiam dicebant Agrippam ingressum esse Ostiam: eam, inquam, rem licet falsam, ut videtur, celebrabant sermonibus; idque clarum ex eo, quod interserit; ‘ jam in urbe clandestini cœtus.’ *Freinsh.*

Tacitus narrat, simul egressus in terram esset, incessisse per vias, circum-

bant: cum Tiberium anceps cura distrahere, vine militum servum suum[2] coërceret,[w] an inanem credulitatem tempore

solicitudo divexare cœpit, *an vi militum, mancipium suum comprimeret, an vanam persuasionem serie temporis seneseere pateretur. Alias nihil temnendum* putabat,

2 Frustra tentat Acidalius, *statim* pro *suum*. Groslotius, *tum*. Brotier.

NOTÆ

fusum, comitatumque magna frequentia vulgi gaudentis, gratulantis, deducentis, mirantis. Et quid in eo novi? Pseudo-Gracchi et Pseudo-Marii juxta magnos concursus fecerunt. Neque abhorret, quod præcedit, ‘ adire obscuro,’ &c. ‘ et relinquebat, aut præveniebat.’ Sic tum illic, postea Ostiæ aliter: crescunt enim et in scelere ac fraude animi: rursusque pro occasione minuuntur.

Quos progressus regressusque accurate satis annotavit Tacitus. Ostiæ effuderant sese. In urbe sub oculis principis minus audebant. Aut si audebant, ipse dimisit illos monitos conducere magis rebus suis, ut minus conspectus Romam intraret. Postquam igitur mœnia irrepsit, coitiones interim clandestinæ ad eum fiebant, donec matura, si daretur, fieret seditio. *Gronovius.*

Ostiam invectum] Jam Ostiam invectum Pseudo-Agrippam multitudo ingens celebrabat, frequentabat, stipabaturque palam ac publice, quia remoti ab urbe, nempe 16. millibus, et a conspectu imperitantium, magis audebant; forte etiam, quia minus prudentes viri municipales. ‘ Jam in urbe’ præsentem ‘ clandestini cœtus celebrabant,’ ut qui prudentiores essent, vel metuentiores principis.

Et inferri potest ex verbis Taciti captum esse in urbe, opera Sallustii. Primo, quia per milites urbanos, haud dubie Prætorianos, id executus est. Præterea, quia ‘ vinctum clauso ore in palatium traxere,’ nempe ex urbe ipsa, in quam advectus erat Ostia, a paucis diebus, ut conjicere est.

Quid sit *celebrare*, disces ex Cicer. ad Attic. IV. 1. ‘ Similis frequentia me usque ad Capitolium celebravit.’ Et l. I. de oratore: ‘ Testis est hujusce Q. Mucii janua atque vestibulum, quod maxima quotidie frequentia civium celebratur.’

Ostiam] Ostia, urbs Latinorum populorum in Latio, ad oram maris Tyrrheni; hodie nomen retinet. Urbs est Campaniæ Romanæ, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[u] *Jam in urbe*] Dio l. LVII. ad annum 769. ‘ In Galliamque profectus multos ibi, multos etiam in Italia sibi adjunxit: denique Romam quoque ad avitum imperium recuperandum contendit. Itaque tumultu propterea in urbe coorto, multisque ei accedentibus, sapienter enim Tiberius per quosdam, qui ipsi quoque ejus se factionis socios simularent, in suam potestatem redegit.’

[v] *Clandestini cœtus*] Jamque in urbe multi clam coëuntes illum celebrabant, frequentabant, salutabant, aliisque officiis et honoribus prosequebantur.

[w] *Servum suum coërceret*] Rectum est. Etsi enim Clemens hic servus Agrippæ olim, tamen nunc Tiberii, fuit, ad quem scilicet universa Agrippæ hæreditas venerat. Omnes liberti servique, et alia Cæsarum, ad principem qui successisset fraude, vel cæde prioris Cæsaris, pertinebant; vocabanturque semper *liberti*

ipso vanescere sineret: modo nihil spernendum, modo non omnia metuenda,[x] ambiguus pudoris ac metus, reputabat. Postremo dat negotium Sallustio Crispo: ille e clientibus duos (quidam milites fuisse tradunt) deligit, atque hortatur, simulata conscientia[y] adeant, offerant pecuniam, fidem atque pericula polliceantur. Exequuntur ut jussum erat: dein speculati noctem[z] incustoditam, accepta idonea manu, vinctum, clauso ore,[a] in palatium traxere. Percunctanti Tiberio, 'Quomodo Agrippa factus esset?' respondisse fertur, 'Quomodo tu Cæsar.'[b] Ut ederet socios, subigi non po-

alias non omnia formidanda; inter verecundiam et formidinem, incertus animi agitabat. Tandem rem mandat Sallustio Crispo: ille e clientibus duos assumit (nonnulli milites fuisse memorant) et eos præmonet, ut societatis conscios se fingentes, illum *conveniant, exhibeant nummos, fidelitatem et eadem discrimina subituros promittant. Faciunt, ut imperatum erat: exin contemplati noctem improvisam, assumto agmine sufficienti, ligatum, obstructo gutture, in Regiam adduxere. Interroganti Tiberio,* Qua ratione Agrippa factus esset? *dicitur respondisse,* Qua ratione tu Cæsar. *Compelli nequaquam potuit, ut conscios promeret; nec Tiberius*

NOTÆ

Cæsaris, libertorumque officia præstare tenebantur.

Servum suum coërceret] Multo efficacius τὸ *suum* Justin. l. XLII. 'Phraates legatos statim ad Cæsarem mittit; servum suum Tiridatem, et filium suum remitti sibi postulat.'

[x] *Non omnia metuenda*] Reputabat non esse dignum tanti principis fastigio, omnia formidare: ita pudebat fateri se, ex causa tam vili, metum concepisse; et tamen timebat, ne, quanquam parva scintilla, nisi prospiceretur, in atrox incendium erumperet.

[y] *Simulata conscientia*] Quin *simulata conscientia,* id est, fingentes se conscios, ac participes eorum, qui jampridem illius adventum optarint et expectarint, adeoque conspirationis pro servato munere Deum Agrippa factæ, et velle omni modo Augusti sanguinem adversus inimicos tueri.

Simulata conscientia adeant] Jubet simulare ipsos, se totius fabulæ conscios esse, eique adjumento fore, ut consilium suum ad exitum perduceret, neque ullius periculi metu, fidem quam ei darent, posituros, data etiam ipsis pecunia, quam offerrent Clementi, quo magis fidem illi faceret, se serio agere.

[z] *Speculati noctem*] In occasionem intenti, noctem observarunt, ubi securum, nec pro suo more solicitum, et complicum custodia septum, nacti vinxerunt hominem: cumque principis epistolas haberent, quibus præscriptum erat, ut ubicumque essent, militcs darentur, quotquot peterent; tantum illorum numerum assumserunt, quantus adversus Clementis fautores, si liberare voluissent, sufficeret.

[a] *Clauso ore*] Ore obturato, ne Agrippam se esse clamans, favore nominis obvios in itinere, aut plebem urbanam ad seditionem concitaret.

[b] *Quomodo tu Cæsar*] Significabat se astu et dolo Agrippam factum esse, itidem ut Tiberius astu et dolis Liviæ Cæsar effectus erat. Similis

tuit: nec Tiberius pœnam ejus palam ausus,[c] in secreta palatii parte interfici jussit, corpusque clam auferri: et, quanquam multi e domo Principis, equitesque ac senatores, sustentasse opibus, juvisse consiliis dicerentur, haud quæsitum.[d]

41. Fine anni arcus,[e] propter ædem Saturni,[f] ob recepta signa[g] cum Varo amissa, ductu Germanici,[h] auspiciis Tibe-

supplicium ejus publice ausus, intra penetralia Regiæ trucidari jussit, et cadaver secreto abjici: et licet plures e familia Cæsaris, equitesque, ac patres suspectarentur juvisse eum pecunia, fovisse consiliis, nulla quæstio habita.

Sub exitum anni consecrantur arcus juxta templum Saturni, ob recuperatas aquilas cum Varo perditas, duce Germanico, et auspice, seu principe Tiberio, et fanum

NOTÆ

historia in Xiphilino, de Bulla latrone, qui sub Severo captus, et interrogatus a Papiniano præfecto, juris nostri asylo, cur latrocinaretur, 'Et tu,' inquit, 'cur Præfectus es?'

Quomodo tu Cæsar] Dio l. LVII. id sine interrogatione expressit, οὕτως ὡς καὶ σὺ Καῖσαρ: *Quemadmodum et tu Cæsar.*

[c] *Nec Tiberius pœnam ejus palam ausus*] Cum non constaret, quanta vel multitudo consciorum, vel etiam opes essent, non ausus est Tiberius eum palam supplicio afficere.

[d] *Haud quæsitum*] Prudentissime. Nam sive vicisset, sive ignoscere voluisset, multos sibi inimicos reddidisset. Simile quid narratur de Cæsare, cum reperisset multas literas ad Pompeium scriptas; item de Pompeio.

Haud quæsitum] Nec ultra in socios illius inquisivit, sed consultius putavit, extincto capite hujus motus, totam rem sua sponte considere, quam intento metu mortis, multos potentium hominum ad novam conspirationem, qua se tuerentur, compellere.

Haud quæsitum] Certe tunc temporis quærere non ausus est Tiberius, quia etiam tum vivebat bono publico Germanicus; sed hæc odia in longum jaciebat, recondebatque veterator ille, ut suo tempore erumperent; haud dubie conscios istos, alium alia causa interfecit, sed postea.

Habemus luculentum exemplum in Pisone, infra IV. 21. 'Cessurum se urbe ob factiones accusatorum in senatu clamitaverat,' &c. 'Quæ in præsens Tiberius civiliter habuit: sed in animo revolvente iras, etiam si impetus offensionis langueret, memoria valebat.' Sic supra I. 12. 'Omnesque præter Lepidum variis mox criminibus, struente Tiberio, circumventi sunt.'

[e] *Arcus*] Supple *Tiberii Cæsaris.* Fuit in clivo Capitolino, et in octava regione Romæ antiquæ: ex Rom. antic. Nardini l. v. c. 6. p. 246. *Tillem.*

[f] *Saturni*] Templum, vel ædes, in foro Romano, et in regione octava Romæ antiquæ. Hodie *Sant Adriano* Ecclesia campi *Vaccino*, in regione *Campitello*, in Roma moderna. Ex Roma Nardini l. v. c. 6. p. 242. et imagine Faldæ, &c. *Tillemon.*

[g] *Ob recepta signa*] Vidi nummum æreum, in vicino agro Clivensi nuper effossum, qui hujus rei disertam injicit mentionem. Is altera parte repræsentat currum triumphalem, inque eo stantem Germanicum, manibus habenas, ac Aquilam tenentem, addito, GERMANICVS CÆSAR. Altera

rii;[i] et ædes[j] Fortis Fortunæ[k] Tiberim juxta in hortis, quos Cæsar Dictator Populo Rom. legaverat; sacrarium genti

Fortis fortunæ prope Tiberim in hortis, quos Julius Dictator plebi Rom. supremis tabulis donaverat: dicatur *sacellum familiæ Juliæ,* dicantur *et imagines, seu statuæ*

NOTÆ

parte idem imperator conspicitur, capite laurea revincto, manu itidem Aquilam militarem complexus, ascripto hoc elogio, SIGNIS. RECEPTIS. DEVICTIS. GERMANIS. R. S.

Miror superbam inscriptionem. Magis hic ex vero Tacitus, qui subdit, Germanicum tantum de Cheruscis, Cattisque, et Angrivariis, quæque aliæ nationes usque ad Albim colunt, triumphasse. Et omnium verissime alibi, Germaniam a Romanis magis triumphatam fuisse, quam victam l. de Mor. Germ. *Boxhorn.*

[h] *Ductu Germanici, auspiciis Tiberii*] Suet. in Aug. *partim ductu, partim auspiciis suis.* Apud Plin. III. 20. Extat de eodem Augusto vetus inscriptio: 'Quod ejus ductu, auspiciisque gentes Alpinæ omnes, quæ a mari supero ad inferum pertinebant, sub imperium populi Romani sunt redactæ.' Q. Curtius l. VI. 'Quorum alia ductu meo, alia imperio, auspicioque perdomui.' *Ductu,* id est, per seipsum; *auspiciis,* quando per legatos bellum agitur.

[i] *Auspiciis Tiberii*] Principum, seu potentiorum nomen Tropæis inscribi tantum solebat, nulla ceterorum ducum, aut vulgi gloria, quamvis virtute sua ipsi hostes debellassent, licet ipsi, et Regem, et populum præliis servassent. Hinc Euripidis versum temere jactavit Clitus inter eas epulas, quibus occisus est ab Alexandro Magno, qui ob hoc unum facinus gloriæ magnitudinem immisit. Sic habes apud Julianum Imperatorem: Οἴμοι καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται, ὅταν τροπαῖον πολεμίων στήσῃ στρατός. Καὶ ὁ Διόνυσος παῦσαι, εἶπεν, ὦ παππίδιον, τοιαῦτα λέγων, μή σε οὗτος ὁποῖα τὸν Κλεῖτον ἔδρασεν ἐργάσηται: 'Proh dii! quam perversus mos obtinuit in Græcia, cum exercitus Tropæum statuit de hostibus! Et Dionysius, desine, inquit, mi pater, talia dicere, ne tibi idem faciat, quod Clito.'

[j] *Ædes*] Vovebant ante bellum templa quæ postea dicabant, bello confecto, ex manubiis structa. Nec sine titulo, qui indicabat quos hostes delevissent, aut cepissent, ut patet de Pompeio Magno apud Plinium VII. 26. 'Hos ergo honores urbi tribuit (Pompeius) magnus Imperator bello XXX. annorum confecto, fusis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis hominum centies vicies semel centenis 83. millibus: depressis, aut captis navibus 846. oppidis, castellis, 1538. in fidem receptis; terris a Mœotis lacu ad Rubrum mare subactis, votum merito Minervæ. Hoc est, Breviarium ejus ab Oriente.'

[k] *Fortis Fortunæ*] Antiqui *forctum* dicebant pro bono; unde *forctis,* qui bonus et frugi. In XII. Tab. 'Sanatibus diem quod forctibus jus esto.' Ex eodem *forctunus,* unde *fors forctuna,* id est, bona. Recentiores absolute *fortunam,* de bona proprie, ac secunda, prosperaque. Hinc *fortunæ,* pro bonis. *Salmasius.*

Fortis fortunæ] Alii sumunt quasi *fors fortuna,* fortuita, seu casualis sit; alii fortem fortunam intelligunt de *bona, prosperaque* fortuna. Sed non video qui differant *fors* et *fortuna;* neque *bona* etiam et *fortis* fortuna differunt. Si enim *bona* et *prospera,* simul et *valida* est, et *fortis* fortuna.

Juliæ,[l] effigiesque D. Augusto[m] apud Bovillas,[n] dicantur. C. Cæcilio,[1] L. Pomponio Coss. Germanicus Cæsar A. D.

D. Augusto apud Bovillas. C. Celio, L. Pomponio consulibus, Germanicus Cæsar

1 De nomine hujus consulis diu disceptatum. Panvinius, Dionem, et Cassiodorum secutus, *Cæcilium* appellabat. Alii, *Cælium* vocabant: sicque in vulgatis Taciti libris nominabatur. Litem diremit vetus lapis, a Cl. Muratori editus, Nov. Thesaur. Inscr. vol. I. p. 301.

C. CAECILIO RVFO
L. POMPONIO FLACCO } *Coss.*

Brotier. Gronovius et Ryckius edunt *Cælio.*

NOTÆ

Et quidni adorent Romani *fortem* fortunam? Id est, Fortunam, quæ sit fortitudiuis ac virtutis comes; quasi, sic fatereutur nihil posse fortitudinem sine fortuna; et vicissim. Itaque sic sume, ut *fortis* fortuna sit idem cum *bona* et *prospera* fortuna.

Fortis fortunæ] Ædes, vel templum, ad ripam Tiberis fluvii in regione decima quarta Romæ antiquæ. Ex Roma antic. Nardiui VII. 11. p. 466. *Tillemon.*

[l] *Sacrarium genti Juliæ*] Originem hujus rei describit, ut puto, Dionysius l. I. 'Silvius regnum adeptus est post fratris mortem, non sine coutroversia, quod Julius major Ascanii filius postularet in paternum regnum succedere. Sed eam litem populus diremit justo suffragio, præter alias rationes, hac motus præcipue, quod Silvius matre Lavina natus esset, ad quam solam universa regni hæreditas pertiuebat. Julio vero, pro regno, honor sacerdotii repositus est, Regio imperio securior, ac quietior, quo ad nostram usque ætatem fruitur gens Julia, auctoris appellationem referens, et omnium, quas ego sciam, familiarum maxima atque illustrissima,' &c.

Sacrarium genti Juliæ] Addito etiam ludicro Circensi, quod docent Cornelii verba, l. XV. 'Ludicrum Circense, ut Juliæ genti apud Bovillas, ita Claudiæ, Domitiæque apud Antium ederetur.' At de sacrario exemplum imitatus in gente Flavia Domitianus. Statius. v. Sylvar. 'æternæ modo qui sacraria genti Condidit, inque alio posuit sua sidera cœlo.'

[m] *Effigiesque D. Augusto*] Ita ut illæ statuæ ævo principum essent argenteæ et etiam aureæ, et imagines D. Augusti D. Augusto dicarentur, vel alii numini; ita ut rem divinam facerent, thura darent talibus statuis, ut patet ex Tacit. et Suet. Etiam, teste Dione, suis imaginibus sacra faciebat ipse Sejanus, quod miræ simul, et abominandæ superstitionis fuit. Forte primum Augusto dicata statua ex argento Romæ; dico *Romæ;* nam alibi Reges Orientis Pharnaces, et Mithridates, diu ante, statuas argenteas habuere.

[n] *Apud Bovillas*] Bovillæ, oppidum Latiuorum populorum ad viam Appiam, in Latio. Hodie in ruinis jacet, inter Romam et oppidum *Albano*, in Campania Romana provincia status Ecclesiastici. Ex Italia Cluverii III. 4. p. 915. et Latio Kercheri. *Tillem.*

Bovillas] Quod oppidum in via Appia undecimo ab urbe lapide situm est: nunc *Babucho.*

VII. Kal.[o] Junias triumphavit de Cheruscis Cattisque, et Angrivariis, quæque aliæ nationes usque ad Albim colunt: vecta spolia, captivi, simulacra montium, fluminum,[p] præliorum:[q] bellumque, quia conficere prohibitus erat, pro confecto[r] accipiebatur. Augebat intuentium visus eximia ipsius species, currusque quinque liberis[s] onustus: sed suberat

A. D. VII. Kalendas Junias triumphum duxit de Cheruscis Cattisque, et Angrivariis, et ceteris gentibus quæ habitant usque ad Albim: translata spolia, ostentati duces *bello capti, effigies montium, amnium, certaminum; et bellum quod patrare, et profligare impeditus fuerat, pro patrato habebatur. Accendebat desideria spectantium excellens forma Cæsaris, orisque dignitas et currus quinque liberos vehens:*

NOTÆ

[o] *A. D. VII. Kalend.*] Die vigesimo sexto mensis Maii triumphavit Germanicus.

[p] *Simulacra montium, fluminum*] Potuit addere, et *sylvarum;* quæ immensæ in Germania, et vero triumpho dignæ. Non potuit dicere *urbium*, quia tum temporis nullæ urbes in Germania, sed tantum pagi.

Simulacra montium, fluminum] Ovid. de Ponto, El. II. 1. 'Protinus argento versos imitantia muros, Barbara cum victis oppida lata viris. Fluminaque et montes, et in altis pascua sylvis, Armaque cum telis in strue juncta suis.' Horat. Ep. II. 1. 'Captivum portatur ebur, captiva Corinthus.' Flor. 'Rhenus, Rhodanus, et ex auro captivus Oceanus. Altera laurus Ægyptia. Tunc in ferculis Nilus: Arsinoë, et ad simulacrum ignium ardens Pharus.' Plin. L. 5. ubi de Balbo: 'Ipsum in triumpho præter Cydanum et Garaniam, omnium aliarum gentium, urbiumque nomina, ac simulacra duxisse.' Ibant autem urbes certo ordine, vel pro nobilitate, et fama opum, vel prout expugnatæ erant, vel pro ratione situs.

[q] *Præliorum*] In triumphis fuit prælatus *titulus* urbium et nationum, quas subegerant. *Præfatio* vocabatur, Plin. VII. 26. de Pompeio: 'Triumphi vero, quem duxit ad tertium Calend. Octobris, M. Messala, M. Pisone Coss. præfatio hæc fuit. Cum oram maritimam a prædonibus liberasset, et imperium maris populo Romano restituisset; ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Judæis, Albanis, Iberia, insula Creta, Basternis; et super hæc de Regibus Mithridate, atque Tigrane triumphavit.'

[r] *Pro confecto*] Quanquam non plane confectum erat bellum, tamen in animis hominum, quantum ad gloriam ducis, *pro confecto* habebatur. Nec dubitabant, quin brevi perdomiturus Germaniam esset, nisi invidia Tiberii amoveretur. *Freinsh.* Forte potius ipse Tiberius bellum *pro confecto* haberi voluit, ut Germanicum ablegaret in Orientem. Sic Nero clausit Jani templum 'tam residuo bello quam nullo,' inquit Suetonius; quod falsum; quia revera supererat bellum; sicque potius consulebant oculis et speciei, quam veritati.

[s] *Currusque quinque liberis*] Ex triumphantium ritu, qui pueros minores in curru, grandiores interdum equis triumphalibus imponebant. Cicero pro Murena, Plutarchus, Suetonius, alii.

Quinque liberis] Qui haud dubie fuerunt Nero, Drusus, Caius, qui Antii natus, et mox princeps, Agrip-

occulta formido reputantibus, 'haud prosperum in Druso,[t] patre ejus, favorem vulgi: avunculum ejusdem, Marcellum, flagrantibus plebis studiis intra juventam ereptum: breves et infaustos Populi Romani amores.'

at subibat secretus pavor, incessebatque animos cogitantium haud faustum in Druso genitore illius studium plebis: avunculum ipsius Marcellum, ardenti amore vulgi, intra adolescentiam raptum: nec faustos populi Romani affectus.

NOTÆ

pina et Drusilla: nam postea Livilla in Oriente nata. Sed an puellæ, etiam curru triumphali vectæ? nisi forte in novam ostentationem maximæ fœcunditatis; ita ut uterus Agrippinæ matris etiam triumpharet. Messalina Claudii mox carpento vecta, triumphum Claudii secuta est. Ævo principum cum triumpharet Cæsar, seu princeps, currum ejus prosequebantur liberi, dextris alter, alter vero sinistris equis quadrigæ triumphalis invecti, et etiam legati triumphi insignibus decorati; sed in equis, seorsim a curru, non *funalibus*, quandoque et *pedibus* sequebantur currum Cæsaris. Sueton. Tib. XIX. 'Triumphum quem distulerat, egit, prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat.' Idem Suet. Domit. II. 'Triumphum utriusque (patris fratrisque) Judaicum, equo albo comitatus est.' Tiber. VI. 'Tiberius pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinistriore funali, cum Marcellus Octaviæ filius dexteriore veheretur.'

Videntur triumphalia ornamenta vulgata sub Claudio, et diminuta. Sueton. Claud. XVII. ubi de triumpho Britannico: 'Triumphavitque maximo apparatu,' &c. 'Currum ejus Messalina uxor carpento secuta est. Secuti et triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed ceteri pedibus, et in prætexta; Crassus frugi equo phalerato, et in veste palmata, quod eum honorem iteraverat.'

Ubi vides triumphalia adeptos incessisse pedibus per urbem, neque vestem triumphalem habuisse, sed tantum prætextam, quæ toga communis omnium magistratuum fuit, et solus *Crassus* celete vectus iniit urbem, et currum principis secutus, et habuit vestem *palmatam*, quæ eadem cum *triumphali* fuit. Aderant Silanus, puto, et Pompeius generi Cæsaris, qui talia *triumphi insignia* adepti sunt: omnes tamen illi *statua triumphali* donati sunt.

[t] *In Druso*] Sic Tac. II. 82. 'Vera prorsus de Druso seniores locutos, displicere regnantibus civilia filiorum ingenia, neque ob aliud interceptos, quam quia populum Rom. æquo jure complecti reddita libertate agitaverint.'

Sic et Sueton. Tiber. L. 'Odium adversus necessitudines in Druso primum fratre detexit, prodita ejus epistola, qua secum de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat,' &c. Idem Claud. I. Drusus creditur, 'nec dissimulasse unquam pristinum se Reipub. statum, quandoque restituturum, si posset. Unde existimo nonnullos tradere ausos, suspectum eum Augusto, revocatumque ex provincia: et quia cunctaretur, interceptum veneno.' De Augusto, seu de veneno, refellit Suetonius. Attamen, quod Marcello, quod Druso contigit fatis adversis, hoc Germanico, et liberis Germanici, contigit et Tito, 'qui amor ac deliciæ generis humani,' non tantum populi Romani, appellari meruit.

42. Ceterum Tiberius, nomine Germanici, trecenos plebi sestertios[u] viritim dedit, seque collegam Consulatui ejus destinavit:[v] nec ideo sinceræ caritatis fidem assecutus, amoliri juvenem specie honoris statuit, struxitque causas,[w] aut forte oblatas arripuit. Rex[x] Archelaus[y] quinquagesimum annum[z] Cappadocia[a] potiebatur; invisus Tiberio, quod

Ceterum Tiberius largitus est plebi trecenos sestertios singulis seu *per capita, nomine Germanici, et se collegam ipsius consulatui designavit. Nec propterea veri et genuini amoris fidem adeptus, amandare adolescentem prætextu dignitatis decrevit, et molitus* ipse *causas, vel casu datas ambitiose occupavit. Rex Archelaus quinquaginta abhinc annis Cappadociam obtinebat infestus Tiberio, quod ipsum Rhodi*

NOTÆ

[u] *Trecenos plebi sestertios*] Tres aureos Romanos, nostros septem Philippos, vel ducatones argenteos, et dimidiatum. *Gronovius.* Sunt septem coronati nostri, et præterea dimidius; seu viginti duæ libræ, et decem asses.

[v] *Seque collegam Consulatui ejus destinavit*] In exitium Germanici; nemo enim fuit collega Tiberii, quin paulo post perierit, neque etiam filius ipsius Drusus immunis a tali exitio fuit.

Sic assumsit consulatum, et fecit Sejanum collegam, ut illum perderet. Suet. Tib. LXV. 'Nam primo ut a se per speciem honoris dimitteret, collegam sibi assumsit, in quinto consulatu, quem longo intervallo absens ob id ipsum susceperat.'

Collegæ Coss. Tiberii periere omnes. Dio lib. LVII. 'Cum Tiberius in quarto suo consulatu Drusum secundo consulem collegam haberet, statim ex hoc ipso homines Druso perniciem vaticinati sunt. Neque enim ullus ejus in consulatu collega, nisi violenta morte obierat, exemplo Quintilii Vari, Cn. Pisonis, ipsiusque Germanici. Talem Tiberius quendam tota vita genium sortitus erat, uti quidem videtur. Ita Drusus quoque et Sejanus eodem modo perierunt.'

[w] *Struxitque causas*] Ut prætextum haberet, partim ipse occasionem præbuit, ut in propinquis provinciis aliqui motus orirentur, partim eos, qui sua sponte oriebantur, avide amplexus est.

[x] *Rex Archelaus*] Is Rex Cappadocum, nempe ex posteris Archelai, Mithridatis præfecti. Archelai Judæi frater Alexander Archelai Cappadocis filiam Glaphyrem uxorem habuit.

[y] *Archelaus*] De quo Dio l. LVII. 'Cappadociæ Regem Archelaum, infensus ei, cum olim sibi is supplicasset, suoque patrocinio fuisset usus, cum a popularibus apud Augustum accusaretur, Rhodi se neglexisset; at Caium (Cæsarem Augusti filium) in Asiam venientem officiose coluisset, insimulatum, quasi novis rebus studeret, Tiberius evocavit Romam, ac senatus judicio tradidit hominem, non senectute modo extrema, sed podagra etiam confectum vehementi, ac delirare creditum; et certe olim mente captus fuerat, ita ut tutorem ejus regno daret Augustus; tunc vero sanus mente impotem se animi simulabat, ut sic saluti suæ consuleret,' &c. Idem habet Sueton. Tib. VIII. 'Civilium officiorum rudimentis Regem Archelaum, &c. Augusto cognoscente defendit.'

[z] *Quinquagesimum annum*] Justa sup-

eum Rhodi[b] agentem nullo officio[x] coluisset: nec id Archelaus per superbiam omiserat, sed ab intimis Augusti monitus: quia, florente C. Cæsare[c] missoque ad res Orientis,[d] intuta Tiberii amicitia credebatur. Ut, versa Cæsarum sobole,[e] imperium adeptus est, elicit Archelaum matris literis, quæ, non dissimulatis filii offensionibus, clementiam offerebat, si ad precandum veniret.[1] Ille ignarus doli, vel, si intelligere crederetur, vim metuens, in urbem properat: exceptusque

manentem nullo obsequio demeruisset. Nec id Archelaus per fastum neglexerat, sed ex familiarium Augusti consilio; quia dum vigeret C. Cæsar, qui ad res Orientis componendas *missus fuerat, periculosa Tiberii gratia existimabatur. Ubi* vero extinctis aut *subversis Augusti liberis, rerum potitus est* Tiberius, *evocat Archelaum* Liviæ *parentis epistolis, quæ non occultatis Tiberii odiis, veniam Regi exhibebat, si ad rogandum ventitaret. Ille fraudis inscius, vel si dolum agnoscere putaretur, vim timens, Romam festinat, exceptusque inexorabili a principe, dein et*

1 Mallet Ernestus, *venisset*. Nihil mutandum. *Brotier*.

NOTÆ

putatio. Cepit enim regnum ab Antonio, anno urbis DCCXVIII. Consule Dionem lib. XLIX.

[a] *Cappadocia*] Late sumta, regio est orientalis Asiæ minoris peninsulæ: hodie hic sunt præfecturæ *Siwas*, et *Marasch* fere integræ, partesque præfecturarum *Caramaniæ*, et *Trebisondæ* in Natolia regione; atque pars major præfecturæ *Erzerum* in Turcomania regione, et forsan pars aliqua præfecturæ *Cars* in Georgia regione; omnes sub imperio Turcarum Asiatico.

Cappadocia proprie dicta, pars est Cappadociæ late sumtæ, ubi nunc est pars magna præfecturæ *Caramaniæ* in Natolia, &c. Ex chartis, et Tabulis Nicolai, et Gulielmi Sanson, quibus semper usi sumus in his notis, nisi aliter notetur. *Tillemonius*.

[b] *Rhodi*] Rhodus, una insularum Sporadum, et prope Asiam minorem. Hodie *Rhodes* prope Natoliam peninsulam, sub dominio Turcarum Asiatico. *Tillemonius*.

[x] *Nullo officio*] Quod verum de Archelao Cappadoce, ne confundas cum Archelao Judæo.

[c] *Quia, florente C. Cæsare*] Quia ab intimis Augusti amicis monitus fuerat, ne eum coleret, et per hoc C. Cæsaris Agrippæ filii, et ab Augusto adoptati, inimicitiam provocaret: qui et missus ad componendum Orientem proximus imperii successor habebatur; et moleste ferebat, si quis Tiberium cultu aut officiis demereret.

[d] *Res Orientis*] Oriens fuit, ut plurimum Romani imperii pars Asiatica, ubi Asia minor, Syria, et Armenia, regiones late sumtæ. Hodie in eo tractu sunt Georgia, Natolia, Turcomania, et Souria, vel Soristan, regiones imperii Turcici Asiatici: hæ regiones cum vicinis, vulgo a Francis nunc vocantur *le Levant*. Tillemonius.

[e] *Versa Cæsarum sobole*] Exhansta Cæsarum domo. *Freinsh*. Id non satis verum: nam manebat Postumus; florebat Augustus caput Cæsarianæ gentis, ut orbis et imperii.

immiti a Principe,[f] et mox accusatus in Senatu;[g] non ob crimina,[h] quæ fingebantur, sed angore,[i] simul fessus senio, et quia regibus[j] æqua, nedum infima,[k] insolita sunt, finem vitæ, sponte an fato,[l] implevit. Regnum in provinciam redactum est,[m] ‘ fructibusque ejus[n] levari posse centesimæ

accusatus apud patres; non ob scelera, quæ falso objiciebantur, sed ægritudine animi, simul et confectus senectate, et quia principibus paria, nedum inferiora insolentia sunt, quæsita, seu *voluntaria morte, vel suo fato interiit. Regnum provinciæ formam accepit, et Tiberius testatus* reditibus ejus minui posse tributum centesi-

NOTÆ

[f] *Immiti a principe*] Non ut promiserat Livia, lenem atque propitium Cæsarem invenit Rex Archelaus, immo plane inexorabilem offendit: sed fœmina in id subornata, ut Regem dolo falleret, illiceretque: quemadmodum Tiberius delusit alios Reges, suis ipsorum amicis usus; sic facilius eos subvertebat. Unde patet Reges ipsos, si fortuna mutet, paucos vel forte etiam nullos amicos invenire.

[g] *Accusatus in Senatu*] Quod novis rebus studeret.

[h] *Non ob crimina*] Intelligebat adversus iram principis parum præsidii in innocentia sua fore; sicque angore metuque, simul etiam ob provectam ætatem infirmus, in urbe moritur.

[i] *Angore*] Suet. Tib. 49. ‘ Cn. Lentulum augurem, cui census maximus fuerit, metu et angore ad fastidium vitæ ab eo actum.’

[j] *Quia regibus*] Cum insuper accederet indignitas rei, quæ ipsi tanto intolerabilior videbatur, quod, ut Rex, non consueverat æquali cum aliis hominibus gradu contentus esse, nedum in infimam reorum, et de capite causam dicentium, conditionem se demittere.

[k] *Æqua, nedum infima*] De conditione hic statuque hominum, non de jure vel injuria sermo est: Regum summus est gradus, civium æquus, reorum infimus, qui hic innititur.

[l] *Sponte an fato*] Neque satis constat, an ipse sibi mortem consciverit, an naturali fato extinctus sit.

[m] *In provinciam redactum est*] Non nunc quidem, sed paulo post a Germanico misso ad res Orientis. Infra: ‘ At Cappadoces in formam provinciæ redacti, Q. Veranium legatum acceperc.’ Strabo lib. XII. ‘ Nunc quidem ignoramus primam ordinationem Cappadociæ magnæ. Nam mortuo Archelao, qui in ea regnarat, Cæsar cum senatu decrevit ipsam esse provinciam Romanorum.’ Dio l. LVII. ‘ Dein Cappadocia quoque Romanorum juris effecta, equitique regenda data est,’ nempe, Tiberio principe. Nam regnum Cappadociæ a Tiberio primum in provinciam redactum, consensu traditum est.

In provinciam] Propter assiduos barbarorum incursus, Cappadociæ castra et legiones duas addidit Vespas. scil. XII. *fulminatricem*, et XV. *Apollinarem*, teste Dione. Consularemque rectorem imposuit pro Equite Rom. Sicque limitum imperii Rom. numerus auctus est, et decem fuerunt. Nempe Limes Germaniæ superioris, et inferioris super Rhenum, Dalmatiæ, Pannoniæ, Mœsiæ super Danubium, Britanniæ, Cappadociæ, Syriæ, Ægypti, et Africæ.

In provinciæ formam redigere nihil erat aliud, nisi leges domesticas adimere, et Romanas dare, ac Prætorem, qui quotannis provinciam ex

vectigal[o] professus Cæsar, ducentesimam in posterum statuit. Per idem tempus, Antiocho Commagenorum,[p] Philopatore Cilicum,[q] Regibus defunctis, turbabantur nationes,[r]

mæ, *ducentesimam in futurum constituit. Eodem tempore Antiocho Comagenorum,* et *Philopatore Cilicum regibus extinctis, populi dissentiebant, plerisque penes Ro-*

NOTÆ

legibus datis administraret, instituere: ex quo fonte, illud Suetonii fluxit, de Gallia ulteriore: Cæsarem Galliam omnem, præter socios ac bene meritas civitates, in provinciæ formam redegisse, eique in singulos annos stipendii nomen imposuisse.

Neque vero sola tributi annui impositio provinciam efficit, cum id multis sit etiam Italicis, et exteris imperatum. Qui tamen in provinciæ formam non sint relati, sed legum domesticarum, et patriæ libertatis ademtio, et Prætoris, qui eos regat, institutio; regat autem ita, ut et jus de rebus privatis dicat, et causas publicas cum consilio cognoscat, et imperium, atque exercitum belli gerendi causa habeat, &c.

Leges autem, quibus singulæ provinciæ factæ sunt, aliæ, atque aliæ fuerunt, pro arbitrio Imperatoris; cujus ductu atque auspiciis in ditionem venissent, et legatorum, quos senatus ab urbe, parta victoria, sive quinque sive decem, cum mandatis misisset, ut communi consilio rem conficerent, et provinciam pro meritis ordinarent.

[n] *Fructibusque ejus*] Tributum *Centesimæ* posse minui propter novos reditus, quos Cappadocia Reipublicæ præbitura esset.

[o] *Centesimæ vectigal*] Onus hoc impositum urbi et Italiæ, post bella civilia, ab Augusto: anno, nisi erro, DCCLIX. Quo tempore ærarium militare institutum, ut tradit Dio l. LV. Colligo ex verbis Taciti, quæ lib. I. 'Centesimam rerum venalium post bella civilia institutam deprecante populo, edixit Tiberius militare ærarium eo subsidio niti.' Non aliud autem hoc vectigal, quam *centesimus* rerum in auctione venalium nummus.

Auctor sic interpretandi Suetonius, qui ducentesimam auctionum appellat, in Caligula cap. 16. 'Ducentesimam auctionum Italiæ remisit.' Ubi bene Turnebus emendat, *centesimam*. Bene, inquam, maximus ille Criticus ævi nostri. Nec juvat Suetonii receptam lectionem hic locus Taciti: quia ille idem Tiberius, quasi pœnitentia beneficii *centesimam* iterum instituit, *ducentesima* sublata.

Clare Dio l. LVII. Καὶ μετὰ τοῦτο τέλος τι διακοσιοστὴν ἔχον εἰς ἑκατοστὴν ἤγαγε· 'Postea' (nempe post extinctum Sejanum) 'tributum quo ducentesima solvebatur, in centesimam impulit.' Non narrat id Tacitus: fateor, quia omnis historia extincta. At Dio idem, ubi de Caligula, sibi constans, *centesimam* ab eo sublatam ait, non *ducentesimam*. Vide ejus verba. *Lipsius.*

[p] *Commagenorum*] Commagena, vel Euphratensis, provincia Syriæ regionis, ad Euphratem fluvium. Hodie pars orientalis præfecturæ *Alep*, in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillem.*

[q] *Cilicum*] Cilicia, provincia Asiæ minoris peninsulæ ad fretum Ciliciæ, partem maris Mediterranei. Hodie pars Caramaniæ provinciæ, vel pars præfecturæ Cypri, aut Chipre insulæ, in parte meridionali Natoliæ regionis, sub imperio Turcico Asiatico. Ex chartis Sansonis. *Tillemonius.*

[r] *Turbabantur nationes*] Inter cau-

plerisque Romanum,[s] aliis regium imperium cupientibus: et provinciæ, Syria[t] atque Judæa,[u] fessæ oneribus, deminutionem tributi orabant.

43. Igitur hæc, et de Armenia, quæ supra memoravi, apud Patres disseruit: 'nec posse motum Orientem[1] nisi Germanici sapientia componi: nam suam ætatem vergere, Drusi nondum satis adolevisse.' Tunc decreto Patrum permissæ Germanico provinciæ, quæ mari dividuntur, majusque imperium,[v] quoquo adisset,[w] quam his, qui sorte aut missu Principis obtinerent. Sed Tiberius demoverat Syria Creticum Silanum,[x] per affinitatem connexum Germanico,

manos imperium, *aliis penes Reges esse volentibus: et provinciæ Syria atque Judæa exhaustæ tributis, minui onera postulabant.*

Igitur ista, et quæ supra de Armenia tradidi, apud senatum retulit: nec posse turbatum Orientem ordinari, aut pacari, nisi prudentia Germanici: quippe se jam ætate provectum, Drusum nondum adhuc satis maturum annis esse. *Tunc Senatusconsulto decretæ Germanico provinciæ, quæ mari separantur, et major potestas quocumque se contulisset, quam illis qui sorte, aut jussu Imperatoris præessent. Sed Tiberius depulerat Syria Creticum Silanum affinitate conjunctum*

1 Frustra tentat Lipsius, *motum Orientis.* Brotier.

NOTÆ

sas sponte oblatas, quod Antiocho Commagenorum et Philopatore Cilicum regibus mortuis, &c. Accessit ad hæc, quod Syria, &c.

[s] *Plerisque Romanum*] Nobilibus: *aliis regium imperium*, plebe. Josephus.

[t] *Syria*] Syria provincia regionis cognominis, et ad mare Syriacum. Hodie pars occidentalis præfecturæ *Alep* in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemonius.* De Syria regione dictum in notis. ad c. 4. supra.

[u] *Atque Judæa*] Duplex est, nempe Judæa late sumta, provincia Syriæ regionis, hodie nomen antiquum retinet: vocatur etiam *Terra sancta.* Est sub Præfecto Damasci in Souria regione, Turcici imperii Asiatici. *Judæa* vero proprie dicta, pars est meridionalis provinciæ supra dictæ. *Tillemonius.*

[v] *Majusque imperium*] Id eximium jus tributum etiam olim Pompeio Magno, bello in Piratas. Quod ait, *sorte*, aut *missu;* dividit Proconsules a Prætoribus legatisque. Ut vere notavi l. 1. supra.

[w] *Quoquo adisset*] Patres decreverunt, ut Germanicus transmarinas provincias regeret, et quia singulæ suos moderatores habebant, cautum est, ut ubicumque ipse præsens esset, majorem, superioremque potestatem haberet, quam ordinarii rectores; qui sorte, aut jussu principis, provincias obtinerent.

[x] *Creticum Silanum*] Ex Junia familia hic Silanus, sed adoptione in Cæciliam transierat. Itaque nomina illi, Q. Cæcilius Metellus Creticus Silanus. Ex Dione, Cassiodoro, aliisque qui scripserunt fastos, Consul fuit anno urbis DCCLX. cum Nerva Siliano.

quia Silani filia Neroni, vetustissimo liberorum ejus, pacta erat: præfeceratque Cn. Pisonem, ingenio violentum et obsequii ignarum, insita ferocia a patre Pisone, qui, civili bello,[y] resurgentes in Africa partes[z] acerrimo ministerio adversus Cæsarem juvit: mox Brutum et Cassium secutus, concesso reditu, petitione honorum[a] abstinuit, donec ultro ambiretur, delatum ab Augusto Consulatum accipere.[b] Sed, præter paternos spiritus, uxoris quoque Plancinæ nobilitate[c] et opibus accendebatur:[d] vix Tiberio[e] concedere: libe-

Germanico; quia filia Silani desponsa erat Neroni maximo natu filiorum illius: et imposuerat Cn. Pisonem natura ferocem, et obsequelæ inscium, ingenita innataque contumacia a parente Pisone, qui inter arma civilia reviviscentes in Africa partes, flagrantissima opera, contra Cæsarem fovit, sustentavitque: dein cum pro Bruto et Cassio stetisset, permisso reditu, nullam dignitatem ambivit, donec ipse ultro rogaretur ab Augusto, ut oblatum consulatum assumere vellet. *Sed præter ferociam, ipsi a patre insitam, addebat illi animos etiam conjugis Plancinæ splendor et opulentia. Ægre principi cedere; filios ejus ut longe infra se despicere; nec dubitabat se*

NOTÆ

[y] *Civili bello*] Ita est, et nominat semel iterumque iuter duces adversarios Hirtius tersissimo belli Africi commentariolo. ‘ M. Petreius, et Cn. Piso cum equitibus Numidis mille centum electis, peditatuque ejus generis satis grandi occurrunt.’ Item ante: ‘ Adrumeti Cn. Piso cum Maurorum circiter tribus millibus apparuit.’

[z] *Partes*] Pompeianas nempe, seu Reipub. et libertatis, vel partes *Causæ* erant; et partes Catonis ut et Bruti, qui neque Pompeiani neque Cæsariani, uni vere et sincere pro libertate et salute civium pugnabant.

[a] *Petitione honorum*] Post necem Cæsaris, percussores ejus Brutum et Cassium secutus est, iisque interfectis, cum ei redeundi in urbem potestas facta esset, reversus est quidem: sed ut re ipsa ostenderet eum Reipub. statum sibi non placere, noluit Magistratum petere, ita ut coactus fuerit Augustus, ad cujus invidiam res pertinebat, ultro consulatum ipsi deferre.

[b] *Consulatum accipere*] Consul fuit Cn. Calpurnius Piso cum ipso Augusto, anno DCCXXXI. De ministerio ejus in bello Africo, vide, si lubet, Hirtium initio libri.

[c] *Plancinæ nobilitate*] A Dione *Munatia Plancina* dicitur: ut certum sit eam celebris illius L. Munatii Planci filiam fuisse, aut neptem. Nominat hanc ipsam Romæ lapis in ædibus Cæsiis DIS. MANIBUS. L. MUNATI. PLANCINÆ. L. POLYCLITI: id est, Plancinæ liberti.

[d] *Nobilitate accendebatur*] Hoc est, quia ditem et nobilem uxorem habebat, superbior erat redditus. Diversum est dicere, extimulatum ab uxore fuisse, ut quidam accepit, qui et sequentium, ‘ vix Tiberio concedere,’ &c. causam huic fœminæ assignat, præter auctoris mentem.

[e] *Vix Tiberio*] Fastu attollebatur in tantum, ut ipsi Tiberio ægre cederet; certe filiis ipsius Germanico, atque Druso se multo potiorem duceret.

ros ejus,[f] ut multum infra, despectare: nec dubium habebat, se delectum, qui Syriæ imponeretur, ad spes Germanici coërcendas. Credidere quidam, data et a Tiberio occulta mandata:[g] et Plancinam haud dubie Augusta monuit muliebri[h] æmulatione Agrippinam insectandi:[i] divisa namque et discors aula erat, tacitis in Drusum aut Germanicum studiis. Tiberius, ut proprium et sui sanguinis, Drusum fovebat: Germanico alienatio patrui amorem apud ceteros auxerat; et quia claritudine materni generis anteibat, avum M. Antonium, avunculum Augustum ferens: contra Druso[j] proavus eques Romanus Pomponius Atticus,[k] dedecere Claudiorum imagines videbatur: et conjux Germanici, Agrippina, fœcunditate ac fama Liviam, uxorem[l] Drusi,

ascitum, qui Syriæ præficeretur, ad vota Germanici comprimenda. Existimavere nonnulli etiam illi data a Tiberio secretu mandata; et procul dubio Livia suasit Plancinæ, ut fœmineo livore Agrippinum lacesseret. Quippe diducta in partes, *et dissentiens aula erat, occulto in Drusum vel Germanicum favore. Tiberius, ut genuinum et propriæ stirpis, Drusum juvabat: alienus erga Germanicum Tiberii animus favorem ipsi apud omnes alios intenderat; etiam quia nobilitate maternæ originis præcellebat, avum hubens M. Antonium,* et *avunculum Augustum. At Druso proavus eques Romanus Pomponius Atticus longe infra Claudiorum nobilitatem existimabutur: et uxor Germanici Agrippina numerosa prole, et decore pudi-*

NOTÆ

[f] *Liberos ejus*] Germanicum intelli-ge, et Drusum.

[g] *Mandata*] Alii etiam credidere occulta opprimendi Germanici mandata Pisoni a Tiberio data fuisse.

[h] *Muliebri*] Plinius panegyr. de uxore et sorore Trajani: ‘ Nihil est tam pronum ad simultates quam æmulatio; in fœminis præsertim: ea porro maxime nascitur ex conjunctione, alitur æqualitate, exardescit invidia, cujus finis est odium. Quo quidem admirabilius existimandum est, quod mulieribus duabus in una domo, pariqne fortuna, nullum certamen, nulla contentio est.’

[i] *Insectandi*] Non muto, etsi dictio non trita. Sic l. xv. ‘ Vologesi penitus infixum erat arma Romana vitandi.’

[j] *Contra Druso*] Contra Pomponius Atticus, ex cujus filia M. Agrippa Vipsaniam Drusi matrem genuerat, cum tantum eques Rom. fuisset, antiquissimam Claudiorum nobilitatem (unde tam Germanico, quam Druso paterna origo erat) dedecere putabatur.

[k] *Pomponius Atticus*] Qui collocavit filiam suam virginem M. Agrippæ, ex qua nata est *Vipsania Agrippina*, quæ, auctore Augusto, nupsit Tiberio, qui ex ipsa habuit Drusum, de quo hic; sicque proavus maternus Drusi fuit Pomponius Atticus.

[l] *Liviam, uxorem*] Livia, seu Livilla uxor Drusi, et soror Germanici, quæ se municipali adultero, Sciano nempe, polluit, et conscia fuit veneni Druso marito dati, quo periit. Hinc fama pudicitiæ præcellebat jam tum Agrippina Germanici.

præcellebat: sed fratres egregie concordes, et proximorum[m] certaminibus inconcussi.

44. Nec multo post Drusus in Illyricum[n] missus est, ut suesceret militiæ, studiaque exercitus pararet; simul juvenem, urbano luxu lascivientem, melius in castris haberi Tiberius, seque tutiorem rebatur, utroque filio legiones obtinente. Sed Suevi prætendebantur,[o] auxilium adversus Cheruscos orantes: nam discessu[1] Romanorum,[p] ac vacui

citiæ anteibat Liviam, conjugem Drusi: sed fratres eximie consentientes, et propinquorum seu amicorum contentionibus immoti manebant.

Et paucis interjectis diebus Drusus proficisci in Illyricum jussus est, ut ibi rudimenta belli deponeret, amoremque militum sibi conciliaret: etiam putabat Tiberius adolescentem urbana luxuria procaciter agitantem melius fore in castris; et se securiorem credebat, cum duo filii exercitibus præessent. Sed prætexebantur Suevi, opem rogantes contra Cheruscos. Quippe abscedentibus Romanis, et exemti pa-

1 Frustra tentat Ernestus, *decessu*.

NOTÆ

[m] *Proximorum*] *Proximi* sunt non tantum propinqui, seu affines; sed etiam amici, comites, domestici, liberti, clientes, circumstantes, interventores, salutantes, &c.

[n] *Illyricum*] Late sumtum, regio est in latere meridionali Europæ; a Romanis divisum fuit in Illyricum Orientis, et Illyricum Occidentis. Hodie in ea regione sunt pars Allemaniæ ad meridiem Danubii fluvii, cum illa parte imperii Turcici Europæi, quæ est inter Danubium fluvium, sinum Venetum, mediam Albaniam, Macedoniam, Archipelagum, mare Marmoræ, et mare Nigrum, seu Majus; hæ regiones nunc parent Allemaniæ Imperatori, Reipublicæ Venetæ, summo Turcarum Imperatori, et aliis. Fuit etiam Illyricum proprie dictum, quod Illyris et Dalmatia etiam vocatum est; pars erat Illyrici Occidentis ad mare Adriaticum. Hodie plurima pars est Dalmatiæ, Croatiæ, et Bosniæ, atque fere dimidia pars Serviæ, et aliquid Istriæ et Carniolæ; quæ provinciæ parent omnino, aut ex parte, Turcis, Allemannis, et Rebuspublicis Venetæ et Ragusensi. L'Esclavonie a nonnullis vocatur, sed improprie. *Tillemonius.*

[o] *Sed Suevi prætendebantur*] Merus prætextus fuit, Tiberioque dissimulatus, quo juvenem urbano luxu amoveret; nulla enim ope adjuti Suevi. ‘ Missus’ tantum ‘ Drusus pacis firmator,’ seu potius doli et discordiarum artifex, ut in gente simplici, et nondum artibus dominantium facta. *Germanos* intelligo, qui libertatem suam Germanicam armis tuebantur, artium aulicarum inscii hactenus.

[p] *Discessu Romanorum*] Haud dubie amoto Germanico, et in urbem profecto, simul et abscesserant legiones, et citra Rhenum (respectu Galliæ nostræ) redierant, relictis tamen castellis, præsidiisque certis locis. Hinc ‘ vacui externo metu’ Cherusci et Suevi, pro more gentis periculorum et decoris avidæ, ‘ arma in se verte-

externo metu, gentis assuetudine, et tum æmulatione[2] gloriæ arma in se verterant. Vis nationum, virtus ducum in æquo: sed Maroboduum Regis nomen invisum apud populares;[q] Arminium, pro libertate bellantem, favor habebat.

45. Igitur non modo Cherusci sociique eorum, vetus Arminii miles, sumsere bellum: sed e regno etiam Marobodui Suevæ gentes, Semnones[r] ac Langobardi,[s] defecere ad eum: quibus additis, præpollebat, ni Inguiomerus cum

core externo, more nationis, et tum contentione decoris, vires in se converterant. Opes gentium pares; *strenuitas ducum æqualis, sed titulus Regis Marobodui infensum* Germanis *reddebat; Arminius, pro libertate dimicans, studia popularium paraverat.*

Itaque non solum Cherusci et auxiliares eorum, veteres Arminii copiæ, capessere arma, sed etiam e provincia Marobodui Suevi populi, Semnones atque Langobardi descivere ad illum; quibus adjunctis prævalebat, nisi Inguiomerus cum agmine cli-

2 Melius *tum et æmulatione:* at in editis libris, *et tum æmulatione:* quod aures Latinæ respuunt. Itaque vel emendandum, *tum et*, ut placet Heinsio; vel omnino delendum, *et*, quod mallet Ernestus. *Brotier.*

NOTÆ

rant.' Suevi auxilium rogabant adversus Cheruscos; sed neutris missum, pro more principum Romanorum, qui se barbarorum armis nunquam immiscuere, ut neque barbaros, suis.

[q] *Invisum apud populares*] Jure. Nam hic Maroboduus adolescens Romæ benigne ab Augusto habitus, reversus ad suos, artes et servitutem intulit externas: de quo jucunda, et necessaria scitu Strabo l. VII. 'In hac Germaniæ parte est etiam Hercynius saltus, et gentes Suevorum: quarum aliæ ipsam incolunt sylvam, ut Colduli;' (suspecta lectio, nec eam gentem nominatam alibi reperio) 'in quibus est et Boviasmum,' (forte *Boyhaimum*, vera scriptura, quasi Boiorum domus) 'Marobodui regia: in quem locum cum alios complures transtulit, tum populares suos Marcomannos. Occupavit enim dominationem privatus post reditum suum Roma; ubi juvenis vixerat, et beneficiis ab Augusto affectus fuerat. Reversus autem regnavit, et subjecit sibi, præter dictos Luios' (omnino scribo Λυγίους, sive Lygios, quæ præcipua Suevorum gens Tacito) 'magnam nationem, Zumos, Butones' (lego, *Guthones*) 'Mugilones, Sibinos, et inter ipsos Suevos, magnum populum Semnonas.' Ex his clara illa Taciti, quæ sequuntur, 'Maroboduum Hercyniæ latebris defensum, Cæsaris satellitem:' magisque e Velleio. *Lipsius.*

[r] *Semnones*] Semnones Suevi populi Germaniæ ad Albim fluvium. Hodie pars major Landgraviatus Thuringiæ, et Marchionatus Misniæ in circulo Saxoniæ superioris, et omnis Episcopatus Halberstad in circulo Saxoniæ inferioris. *Tillemonius.*

[s] *Langobardi*] Cognominati Suevi, populi Germaniæ ad Albim fluvium. Hodie pars occidentalis Marchionatus Brandebourg in circulo Saxoniæ superioris. *Tillemonius.*

manu clientium[1] ad Maroboduum perfugisset; non aliam ob causam, quam quia fratris filio juveni[t] patruus senex parere dedignabatur. Diriguntur acies, pari utrimque spe, nec, ut olim apud Germanos, vagis incursibus, aut disjectas per catervas:[u] quippe, longa adversum[2] nos militia, insueverant sequi signa,[v] subsidiis firmari, dicta Imperatorum accipere. At tunc Arminius, equo collustrans cuncta, ut quosque advectus erat, ‘ Reciperatam libertatem, trucidatas legiones, spolia[w] adhuc et tela Romanis derepta[3] in mani-

entum transivisset ad Maroboduum; non alia ratione, quam quia patruus natu grandis obsequi nolebat fratris filio juniori. Ordinantur acies æquali hinc et illinc alacritate fiduciaque, nec ut apud barbaros palabundis incursionibus, aut per catervas inconditas atque inordinatas: nam diuturno adversus nos bello didicerant sequi vexilla, subsidiariis copiis muniri, jussis ducum obedire. At tunc Arminius equo circumvolitans ordines, ut singulos accesserat, memorabat vindicatam libertatem, cæsas legiones; spolia etiam tum et arma Romanis ablata in dextris pluri-

1 Ita Ms. Flor. Beroaldus, *clientum*.—2 Sic Ms. Flor. Beroaldus, *adversus*. —3 Ms. Flor. Beroaldus, *direpta*. Scripsi *derepta* pro *direpta*, quomodo ante hic legebatur: nam *deripere* est rapere ab aliquo; *diripere* est frangere, rumpere, vel ita rapere quid ut frangatur, quod hic non convenit. *Dis* enim divisionem quandam inducit vocibus quibuscum jungitur, ut in *dissolvere*, *distrahere*, *differre*, *dignoscere*, *diffundere*, *diluere*, *distringere*, similibusque patet: *de* nonnunquam ablationem quandam notat, nonnunquam vix immutat primitivi significationem, ut in *deambulo*, *decanto*, *decedo*, *deripio*. Vide I. 20. H. I. 41. Ab Acidalio jam monita hæc emendatio. Corrupta pariter hæc vox XIII, 57. *postremo tegmina corpori directa injiciunt*. Sed Ms. meus, *derepta*, ut edi curavimus. *Ryckius*.

NOTÆ

[t] *Quia fratris filio juveni*] Juvenili prorsus ætate res magnas gessit, decus illud Germaniæ. Varum fudit anno vigesimo sexto ætatis; Maroboduum nunc, anno XXXV. facile collectu ex Tacito, qui eum triginta septem annos vitæ, duodecim imperii explesse scribit. Obiit autem anno DCCLXXII. biennio post hanc pugnam.

Quia fratris] Segimeri. Vellei. l. II. ‘ Juvenis genere nobilis, manu fortis, sensu celer, ultra barbarum promtus ingenio, nomine Arminius, Segimeri principis gentis ejus filius, ardorem animi vultu oculisque præfereus, assiduus militiæ nostræ prioris comes, et jam civitatis Romanæ jus equestremque consecutus gradum.’

[u] *Catervas*] Urget l. II. c. 2. ‘ Galli, atque Celtiberi, pluresque barbaricæ nationes catervis utebantur in prælio, in quibus erant scna millia armatorum.’ Forte sic, ut opponereut catervas legionibus Romanis.

[v] *Sequi signa*] Didicerant signa observare, neque uno impetu, aut etiam singulorum arbitratu, in hostem ferri; sed exercitum in plures partes distribuere, quarum alia aliis pugnantibus, sicubi usus postularet, subsidio esse posset, et imperia ducum expectare. Vide Tacit. Germ.

[w] *Spolia*] Victo aut vi aut per insidias hoste, spoliabatur miles ar-

bus multorum,' ostentabat: contra 'fugacem Maroboduum' appellans, 'præliorum expertem,[x] Hercyniæ latebris[y] defensum, ac mox per dona et legationes petivisse fœdus; proditorem patriæ, satellitem Cæsaris, haud minus infensis animis exturbandum, quam Varum Quintilium interfecerint: meminissent modo tot præliorum; quorum eventu, et ad postremum ejectis Romanis, satis probatum, penes utros summa belli fuerit.'[z]

morum *ostendebat: et contra* pronum in fugam Maroboduum *dicens*, certaminum ignarum, protectum latibulis Hercyniæ sylvæ, et statim largitionibus ambiisse societatem pacemque Rom. proditorem Germaniæ suæ, mancipium Tiberii, juxta infestis odiis depellendum, ac Varum Quintilium trucidarint. Tantummodo recordarentur tot certaminum, quorum exitu, et tandem expulsis Romanis, satis demonstratum esse, penes quos victoria fuerit.

NOTÆ

mis, veste, sarcinis. Tac. xv. 15. de Armeniis: 'Mancipia, aut jumenta agnoscentes, abstrahentesque. Raptæ etiam vestes, retenta arma, pavido milite,' Romano nempe.

Spolia] Ostendebat spolia, vestimentaque, et arma in Romanam formam facta, quibus adhuc multi milites sui instructi erant.

[x] *Præliorum expertem*] Arminius non tantum Romani belli tempora respicit, verum omnino præliorum imperitum vocat. Posset enim alias cum Romanis quidem non pugnasse, cum aliis autem, et forte vicinis suis sæpius; sed hic omnium præliorum peritia ei adimitur, non Romanorum solummodo.

[y] *Hercyniæ latebris*] Dierum hæc sexaginta iter occupabat. Pomp. Mela. Latitudo novem dierum iter expedito patet. Cæsar l. vi.

Hercyniæ latebris] Hercynia sylva, Germaniæ regionis ad meridiem, circa Albim fluvium, &c. hodie multis in locis excisa est; major pars regnum Bohemiæ circumdat, et ab incolis vocatur Behemer Waldt, id est, sylva Bohemiæ. *Tillemonius.*

Hercyniæ latebris] Herciuia sylva, Hercynia, Herciua. Claudian. Sylva Germaniæ maxima, longa itinere 60. dierum, teste Mela, longa 9. teste Cæs. cujus partes sunt Bacenis, Bohemica, Gabreta, Martiana, et Semana, multis in locis excisa, ubi urbes et oppida, et pagi nunc sunt.

Varia habet nomina pro locorum varietate; nam in Brisgoia apud Friburgum Schwartzwaldt, id est, sylva nigra appellatur: apud Hecdelbergam Udenwaldt, vel Odewaldt; id est, Othonia sylva inter Herbipolim et Bambergam; Steygerwald, Stubigerwald; id est, sylva regia, ad confluentiam Loriæ cum Mœno; Westerwaldt, circa Magontiam, Francphordiam, et Asciburgium. Speshart, in Thuringia juxta fines Franconiæ, et Vaitlandiæ; Thuringerwaldt, in comitatu Mansfeldensi in Saxoniæ faucibus; Aufsden hartz, in Bohemia Behemerwaldt, saltus Germanici in universum a Livio nominatur.

[z] *Penes utros summa belli fuerit*] Quidam accipiunt de præsenti bello Marobodui cum Arminio, et *fuerit* interpretantur *futura sit*. Ego cum aliis malui *fuerit* habere pro præterito, et referre ad bellum Arminii cum Romanis.

46. Neque Maroboduus jactantia sui, aut probris in hostem abstinebat: sed Inguiomerum tenens, 'Illo in corpore decus omne Cheruscorum, illius consiliis gesta, quæ prospere ceciderint,' testabatur: 'vecordem Arminium,[a] et rerum nescium, alienam gloriam in se trahere, quoniam tres vacuas legiones,[b] et ducem fraudis ignarum, perfidia deceperit, magna cum clade Germaniæ et ignominia sua; cum

Neque Maroboduus ostentatione sui temperabat, aut contumeliis in hostem; sed Inguiomerum manu demonstrans, prædicabat, illo in viro gloriam omnem Cheruscorum, sapientia illius actas res, quæ feliciter evenerint: vesanum Arminium, et rerum ignarum, alienum decus in se vertere, quia tres legiones milite vacuas, et Imperatorem doli inscium, per scelus fefellerit, ingenti damno Germaniæ, et infamia sua, cum uxor et filius ejus etiam nunc servi-

NOTÆ

[a] *Vecordem Arminium*] *Vecors* Tacito non significat *timidum*, ut quidam accipiunt, sed *amentem* potius, *temerarium*, et *stolide ferocem*. Sic I. 32. IV. 22. XI. 26. XIV. 62. et alibi.

[b] *Vacuas legiones*] Dicitur *vacua* provincia, cujus Prætor seu Rector mortuus est, vel decessit et defunctus imperio est. Sic dicitur *vacua* domus, cujus mater familias repudiata, seu extincta est. Sic *vacua* fœmina, quæ virum non habet. Sic Quintilian. declamat. 'vacuam formam' dixit de meretrice. Sic dicuntur *vacuæ* cohortes seu legiones, cum otiosæ sunt, cum in subsidiis locantur, cum armatæ nondum pugnant, et imperium ducis expectant: etiam *vacuæ* dicuntur legiones et *semiplenæ*, cum exauctorati veterani sub alio vexillo, non sub aquila retinentur; cum missi sunt procul a legione *vexillarii* multi; cum per diversa præsidia sparsus miles, aut cum concesso commeatu, vel clade aliqua exhaustæ sunt legiones, vel alia simili causa. Quandoque in varios belli usus separantur a legione sua cohortes, vel ipsi milites sub vexillis, tanto robore et numero, ut veluti destitutæ et desolatæ aquilæ videantur, et tum vocantur apud Tacitum 'vana nomina legionum.'

Tres vacuas legiones] Cur vacuæ illæ legiones Vari fuerint, rationem affert Dio l. LVI. 'Neque igitur legiones, ut decet in hostili solo, continebat; frequenter enim multos milites concedebat barbaris invalidis opem rogantibus, velut ob custodiam seu præsidium locorum quorundam, vel ad capiendos latrones, etiam et ad deducenda quædam usui necessaria.' Sic Germani ipsi quasi in fide manerent, subsidium postulantes multis locis distrahebant vires Rom. Et certe illi præter genium gentis multo astu usi sunt in fallendo Varo: Velleius testis et Dio, qui sic habet infra de barbaris iisdem: *καὶ ἀποκτείναντες τοὺς παρά σφισιν ἕκαστοι στρατιώτας, οὓς πρότερον ᾑτήκεσαν*: 'Nationes postquam occidissent apud se, quæque, milites quos antea petierant,' a Varo, nempe, velut auxilii gentes. Hinc vacuæ legiones Vari, et parum validæ; hinc clades, et exitium.

Tres vacuas legiones] Id per invidiam dictum, nec tamen sine vero. Dio dicit, auxilia a Varo Germanos petiisse, ut sic debilitarent vires Romanas: quæ dux iners ipsis ultro concedebat, per nimiam securitatem et socordiam.

conjux, cum filius ejus servitium adhuc tolerent. At se, duodecim legionibus petitum, duce Tiberio, illibatam Germanorum gloriam servavisse: mox conditionibus æquis discessum: neque pœnitere,[1 c] quod ipsorum in manu sit, integrum adversum Romanos bellum, an pacem incruentam malint.' His vocibus instinctos exercitus propriæ quoque causæ stimulabant: cum a Cheruscis Langobardisque, pro antiquo decore,[d] aut recenti libertate;[e] et contra, augendæ dominationi certaretur. Non alias majore mole concursum, neque ambiguo magis eventu, fusis utrimque dextris[f] cornibus. Sperabaturque rursum pugna, ni Maroboduus castra in colles subduxisset. Id signum perculsi fuit: et transfugiis[2] paulatim nudatus, in Marcomannos[g] concessit, misit-

tutem subeant. At se, duodecim legionibus oppugnatum, ductu Tiberii, intactum intemeratumque Germanorum decus defendisse, et statim æquali utrimque fœdere abscessum *fuisse:* neque erubescere, quod ipsorum in potestate sit, an velint integrum illibatum contraque Romanos bellum, an pacem sine clade *bello* anteponant. *His verbis accensos exercitus propriæ etiam rationes incitabant; cum Cherusci et Langobardi pro vetere gloria, vel pro recuperata nuper libertate* pugnarent, *et contra dilatando imperio dimicaretur* a Rege. *Nunquam alias majore vi aut robore pugnatum; neque incerto magis exitu, profligato hinc et illinc dextro cornu. Expectabaturque iterum certamen, nisi Maroboduus copias in juga montium subtraxisset. Id documentum victi aut exterriti fuit; et sensim destitutus perfugis, ad Marcomannos se recepit, misitque oratores ad Tiberium roga-*

1 Distinguit Acidalius, *discessum, neque pœnitere.* Melior est vulgata distinctio.—2 Sic mallet Lipsius. Alii, *transfugis.* Bene. *Brotier.*

NOTÆ

[c] *Neque pœnitere*] Diluit probrum, quod objecerat supra Arminius, nempe 'per dona et legationes petiisse' fœdus a Romanis et prodidisse Germaniam. Ideoque Maroboduus addit, neque se pœnitere ejus fœderis, per quod fecisset, ut in sua, suorumque potestate esset, eligere, utrum utilius sit, aut integris viribus novum bellum gerere cum Romanis, aut incruenta pace perfrui.

[d] *Pro antiquo decore*] L. de Germ. mor. Tacit. 'Longobardos paucitas nobilitat, quod plurimis ac valentissimis nationibus cincti, non per obsequium, sed præliis periclitando tuti sunt.'

[e] *Aut recenti libertate*] Recuperaverant Longobardi nuper libertatem, cum defecerant ad Cheruscos et Arminium; itaque pro nova ista libertate pugnabant, etiam pro vetere gloria. Tac. de Germ. mor. Rex Maroboduus, et populares ipsius, augendæ dominationis, seu regni finium propagandorum causa certabant.

[f] *Fusis utrimque dextris*] Ex utroque exercitu dextrum cornu ab hostili sinistro superatum.

[g] *In Marcomannos*] Marcomanni, quorum sedes primum tenuere Boii origine Galli, unde regio dicta Boiohæmum; qua voce utuntur Tacitus et Velleius. Dicitur aliter hic trac-

que legatos ad Tiberium, oraturos auxilia. Responsum est, ‘ non jure eum adversus Cheruscos arma Romana invocare,[h] qui pugnantes in eundem hostem Romanos nulla ope juvisset.’ Missus tamen Drusus, ut retulimus, pacis firmator.[i]

47. Eodem anno[j] duodecim[k] celebres Asiæ urbes collapsæ nocturno motu[l] terræ:[m] quo improvisior graviorque

turos opem. Responsum est, non merito jure eum implorare auxilium Romanorum adversus Cheruscos, qui bellantibus adversus eundem hostem Romanis, nullas suppetias tulisset. *Attamen missus Drusus, qui pacem componeret, ut memoravimus.*

Eodem anno duodecim claræ civitates Asiæ terræ motu per noctem subversæ, quo-

NOTÆ

tus Hercynius saltus a Strabone, quo pervenisse ait Cæsar Volcas et Tectosages; eo venit Maroboduus cum suis Marcomannis, et Hedusiis, et Harudibus: apud eos diu regnavit Maroboduus, qui Romæ vixerat multis ab Augusto beneficiis affectus, et domum regressus sibi peperit regnum, domuitque Lugios, Lemovios, Guthones, Burgundiones, teste Strabone, regnumque ad posteros per longam seriem transmisit. *La Boheme.*

In Marcomannos] Marcomanni populi Germaniæ regionis ad meridiem, et ad Albim fluvium. Hodie *Bohemia* regnum proprie dictum, in Allemania. *Tillemonius.*

[h] *Arma Romana invocare*] Tacit. lib. de Germ. mor. ‘ Vis et potentia Regibus ex auctoritate Romana, raro armis nostris, pecunia juvantur.’

[i] *Pacis firmator*] Missus tamen est Drusus, qui ad bellum compouendum, pacemque impetrandam servandamque auxilio esset. Hoc prætendebat Tiberius, sed longe alio consilio missus erat Cæsar, nempe ut discordiam inter barbaros sereret. Unde exilium, exiliumque Marobodui regis, et divisio Germanorum: hæ perpetuæ artes Tiberii adversus reges externos.

[j] *Eodem anno*] Terræ motus hujus mentio Plinio: ‘ Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tiberii Cæsaris principatu, XII urbibus Asiæ una nocte prostratis.’ Bonum Orosium quam fugit ratio, qui hunc tremorem terræ ad tempus refert mortui nostri Servatoris? quod nos quidem scimus totis quatuordecim annis posterius fuisse.

De eodem Strabo, l. XII. ‘ Et quæ de Sipylo, deque ejus subversione dicuntur, non oportet fabulam censere. Nam et nunc Magnesiam, quæ sub ipso est, terræ motus dejecit; quando et Sardes, et alias illustres urbes pluribus locis labefactavit. Instauravit autem princeps, pecunias largiens, sicut et pater ejus (Augustus) antea, in simili clade, Trallianis et Laodicenis subvenerat.’

[k] *Duodecim*] At tredecim eas facit Eusebius in Chronico, sed nominibus valde corruptis: ‘ Tredecim urbes terræ motu corruerunt; Ephesus, Magnesia, Sardis, Mosthene, Megæchyerc, Cæsarea, Philadelphia, Himolus, Temis, Cumæ, Myrrhina, Apollonia, Diahircania.’ Emendabis, ‘ Mosthene, Ægæ, Hierocesarea, Philadelphia, Tmolus, Temnus, Cumæ, Myriua, Apollonia, Hyrcania.’

[l] *Nocturno motu*] Quia noctu contigit ille terræ motus; ideo nullum sub-

pestis[n] fuit: neque solitum in tali casu effugium subveniebat, in aperta[o] prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur. ‘Sedisse immensos montes:[p] visa in arduo,[1] quæ plana

minus prævisa clades, eo majori exitio fuit. Neque consuetum in ejusmodi discrimine succurrebat remedium profugiendi in campos, qui divisis hiatu terris absorbebantur. Tradunt subsedisse vastos montes, conspecta in sublimi, quæ in

1 Legit Heinsius, *enisa in arduum*.—2 Beroaldus, Gronovius, et Ryckius,

NOTÆ

sidium, aut remedium suppetebat, et quia subito terræ hiatu subsedere terræ, et statim absorptæ sunt urbes, nec sic *in aperta* fugæ locus fuit.

[m] *Motu terræ*] Plin. II. 79. ‘Ventos in causa esse non dubium reor. Neque enim unquam intremiscunt terræ, nisi sopito mari, cœloque adeo tranquillo, ut volatus avium non pendeant, subtracto omni spiritu qui vehit: nec unquam nisi post ventos conditos, scilicet in venas et cavernas ejus occulto afflatu. Neque aliud est in terra tremor, quam in nube tonitruum. Nec hiatus aliud, quam cum fulmen erumpit, incluso spiritu luctante, et ad libertatem exire nitente.’

Motuum hæc genera refert Aristoteles: ‘Recessus, hiatus, successionem, impulsionem, inclinationem, vibrationem.’

Plin. II. 80. ‘Varie itaque quatitur (terra) et mira eduntur opera, alibi prostratis mœnibus, alibi hiatu profundo haustis, alibi egestis molibus, alibi emissis amnibus, nonnunquam etiam ignibus, calidisve fontibus, alibi adverso fluminum cursu,’ &c. ‘Nec simplici modo quatitur unquam, sed tremit, vibratque. Hiatus vero alias remanet, ostendens quæ sorbuit, alias occultat orc compresso; rursusque ita inducto solo, ut nulla vestigia extent, urbibus plerumque devoratis, agrorumque tractu hausto,’ &c. ‘Autumno ac vere terræ crebrius moventur, sicut fiunt fulmina. Inde, Gallia, et Ægyptus minime quatiuntur; quoniam hic æstatis causa obstat, illic hyemis.’ Et infra 81. ‘Navigantes quoque sentiunt, non dubia conjectura, sine flatu intumescente fluctu subito, aut quatiente icti. Intremunt vero, et in navibus posita, æque quam in ædificiis, crepituque prænuntiant.’

Motu terræ] Plin. II. 84. ‘Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tiberii Cæsaris principatu, 12 urbibus Asiæ una nocte prostratis,’ &c. ‘Nec vero simplex malum, aut in ipso tantum motu periculum est, sed par aut majus ostentum. Nunquam urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus alicujus id prænuntium esset.’

[n] *Graviorque pestis*] Forte accidit ut noctu ingrueret ea lues, atque ita imparatos inopinantesque, quanto improvisiore, tanto graviore calamitate involveret.

[o] *In aperta*] Qui in ædificiis vacua loca fugere tentabant, nihil ad salutem promovebant, quia terra passim aperiebatur, et in tanto terrore discursantes subitis hiatibus absorbebat.

[p] *Sedisse immensos montes*] Juvenal. Sat. VI. ‘Nutare urbes, subsidere terras.’ Et Sallustius in fragm. ‘Ventis per cava terræ citatis, rupti aliquot montes, tumulique sedere.’

fuerint: effulsisse[q] inter ruinam ignes,' memorant. Asperrima in Sardianos lues plurimum in eosdem misericordiæ traxit: nam centies sestertium[r] pollicitus Cæsar, et, quantum ærario aut fisco pendebant, in quinquennium remisit. Magnetes a Sipylo[s] proximi damno ac remedio habiti. Temnios,[t] Philadelphenos,[u] Ægeatas,[v] Apollonidenses,[2 w] quique Mosteni[3 x] ac[4] Macedones[y] Hyrcani vocantur, et

plano fuerint, emicuisse flammas inter casum illum clademque. *Gravissima in Sardianos pestis multum in ipsos eosdem miserationis movit. Quippe Cæsar promisit* illis *centies sestertium, indulsitque quantum Reipublicæ aut Cæsari solvebant, in quinque annos. Magnetibus a Sipylo eandem stragem clademque passis, eadem indulgentia subventum. Statutum est Temnios, Philadelphenos, Ægeatas, Apollonienses, et qui Mosceni, aut Macedones Hyrcani appellantur, et Hierocæsa-*

Apollonienses. Ernestus, *Apollonidenses.* Emendandum, *Apollonidienses*, ut patet ex Plinio, v. 30. qui *Apollonidienses* appellat. In monumento Tiberiano APOLLONIDEA. Eusebius in Chronic. eam vocat *Apollonidiam:* errore quidem librariorum scriptum *Apolloniam diam*, et gravius errant qui *Diam Hyrcaniam* scribunt. Utrumque corrigendum. Urbs illa Troadis a Strabone, XIII. p. 625. Ἀπολλωνὶς dicitur, triginta stadiis a Pergamo et Sardibus distans. Nunc periit. Harduinus, Select. Oper. p. 26. ad Apollonidienses refert nummos ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΩΝ a Goltzio laudatos. At Goltzius, auctor sublestæ fidei.—3 Sic optime Beroaldus et recentiores. Perperam in intermediis quibusdam editionibus, *Mosceni.* In monumento Tiberiano MOSTENE, urbs Lydiæ, nunc omnino diruta. In nummis MOΣTHNΩN. MOCTHNΩN ATΔΩN. Gronovius et Ryckius habent *Moscini, aut.*—4 In editis libris, *aut*

NOTÆ

[q] *Effulsisse*] Ita ut inter hanc collisionem, et veluti ruinam omnium rerum, frequens ignis emicuerit.

[r] *Centies sestertium*] Sunt ducenta et quinquaginta millia coronatorum, seu septingenta et quinquaginta millia librarum.

[s] *Magnetes a Sipylo*] Magnesia ad Sipylum, urbs Lydiæ provinciæ in Asia minore, hodie Magnesa, urbs præfecturæ Natoliæ versus medium, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

[t] *Temnios*] Temnos, urbs Æolidis provinciæ ad Hermum fluvium, in Asia minore.

[u] *Philadelphenos*] Philadelphia, urbs Lydiæ vel Mysiæ provinciæ, in Asia minore; hodie nomen antiquum retinet apud Græcos recentiores; a Turcis vero nuncupatur Allah-Scheyr, vel Alla-chars; urbs est præfecturæ Natoliæ circa medium, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

[v] *Ægeatas*] Ægæ oppidum Æolidis provinciæ intus. Plin. v. 30. in Asia minore. *Tillemon.*

[w] *Apollonidenses*] Apollonia urbs, et Apolloninses populi Teuthraniæ seu Mysiæ provinciæ, et Pergamenæ jurisdictionis, in Asia minore, ex Plinii v. 30. Hodie forsan Judai, oppidum Natoliæ præfecturæ versus Occidentem, &c. *Tillemon.*

[x] *Mosteni*] Vel Mossini, populi Pergamenæ jurisdictionis, Plinio v. 30. aliter *Mosceni*, oppidum Lydiæ provinciæ Ptolemæo, in Asia minore. Hodie *Mostena*, oppidum Natoliæ præfecturæ versus medium. *Tillem.*

Hierocæsaream,[5] Myrinam,[z] Cymen,[a] Tmolum,[b] levari idem in tempus tributis, mittique ex Senatu placuit, qui præsentia spectaret refoveretque. Delectus est M. Aletus e Prætoriis,[c] ne, Consulari obtinente Asiam,[d] æmulatio inter pares et ex eo impedimentum oriretur.

ream, Myrinam, Cymen, Tmolum levari oneribus, etiam in quinquennium; et mitti e patribus, qui præsentia viseret instauraretque. Assumtus est M. Aletus e viris *prætoriis, ne consulari regente Asiam, contentio inter æquales, et hinc impedimentum existeret.*

Macedones Hyrcani, quasi Mosteni et Macedones Hyrcani unus et idem populus essent; quod decepit Cl. Gordon, qui vertit *the Egeatæans, Apollonians, with those called the Mostenians or Macedonians of Hyrcania.* Cl. Murphy contra: *The inhabitants of Ægæa, and Apollonia, as also the Mosthenians, and the people called the Macedonians of Hyrcania.* Manifestum est ex Corneliana duodecim urbium enumeratione Mostenos et Macedones Hyrcanos esse omnino diversos. Igitur emendandum, *atque Macedones, Hyrcani.* Quam sæpe in Mss. *aut* et *atque* permutentur, abunde docet Cortius ad Sallustium in Jugurth. LXXXII. *Macedones, Hyrcani cognominati* memorantur Plinio, v. 29. In monumento Tiberiano urbs dicitur HYRCANIA. In nummis ΥΡΚΑΝΩΝ. —5 Urbem Lydiæ, nunc dirutam. Ex plurimis literis superstitibus scriptum quoque in monumento Tiberiano HIEROCAESAREA. In nummis ΙΕΡΟΚΑΙCΑΡΕΩΝ et ΙΕΡΟΚΑΙCΑΡ. ΚΟΜΑΝΕΩΝ. *Brotier.*

NOTÆ

Mosteni et Macedones sunt duo populi distincti.

[y] *Macedones*] Macedones Hyrcani cognominati, populi Smyrnæi conventus. Plinio v. 29. in Ionia, vel Æolia provinciis Asiæ minoris. *Tillemon.*

[z] *Myrinam*] Myriua, quæ est Sebastopolis Plinio, urbs Æolidis maritima. Hodie nomen antiquum retinet in Natolia.

[a] *Cymen*] Cyme, vel Cumæ, et Cuma, urbs Æolidis provinciæ ad oram, in Asia minore. Hodie Foia Nova, urbs præfecturæ Natoliæ in ora, &c. *Tillemon.*

[b] *Tmolum*] Tmolus (ex quo Pactolus fluvius) Tomalitzs, nunc Leunclavio mons Phrygiæ magnæ, in confinio Lydiæ ad fluvium cognominem in Mæandrum per Sardes, quas alluit, influentem. Forte mons ipse, et fluvius, et urbs ad radices montis posita, ejusdem nominis fuerunt.

Tmolum] Mons Lydiæ provinciæ, ad cujus radices fuit urbs ejusdem nominis, ut ait Tacitus, et Eusebius ad annum MM. CCC. Id etiam probat Gallandus vir doctus p. 234 et 241 libri inscripti: *Réponse à la Critique du voyage de Grèce par I. Spon.* &c. Lugduni 1679. in 12mo. *Tillemon.*

[c] *E Prætoriis*] Quia Asia tum a viro consulari regebatur, metuebant, si etiam consularem ob hanc causam mitterent, neutrum alteri concessurum esse, atque ita rem non recte administratum iri: itaque virum prætorium eo miserunt.

[d] *Asiam*] Asia minor, quæ proprie Asia dicitur, pars est occidentalis Asiæ minoris peninsulæ, et ad mare Ægeum, &c. Hodie pars magna præfecturæ Natoliæ, vulgo Beglerbeglic de Natolie in Natolia peninsula, et regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

48. Magnificam in publicum largitionem auxit Cæsar haud minus grata liberalitate, quod bona Æmiliæ Musæ,[e]

Splendidam in vulgus munificentiam cumulavit Cæsar, perinde læta in publicum largitione, quod opes Æmiliæ Musæ divitis intestatæ postulatas in fiscum conces-

NOTÆ

[e] *Bona Æmiliæ Musæ*] *Æmiliam* hanc *Musam* libertam fuisse, id primum pono; argumento cognominis Græci, quod scio notam servitutis. Ideo in Tacito legerim, *Musæ L. Locupletis*, id est, *Libertæ locupletis*, usitata formula scribendi. Sed cur, inquies, bona ejus petita in fiscum? cur non data patrono, patronisve, ut lex jubet? Julianus ait, de bon. libert. l. III. 'Si libertus intestato decesserit, patronum aut filium, neptemve ejus ad successionem vocari, indubitatum est.' Ulpianus ait, de suis her. l. II. 'Liberto intestato mortuo, primum suis deferri hæreditatem verum est: si hi non fuerint, tunc patrono.' Hæc si vera, quis locus potuit esse fisco?

An forte nec suus hæres huic *Musæ*, nec patronus quisquam superfuit? tale aliquid elicias ex Taciti verbis, dum ait, *Lepido concessit, cujus e domo videbatur:* quasi ambiguum de domo, patronoque fuisset. Erant autem non Romæ solum, sed et in provinciis Procuratores, sive Rationales, qui bona ejusmodi caduca legerent, tollerentque. Strabo de Ægypto: Ἄλλος δέ ἐστιν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι: 'Est et alia propria (sic appellant) ratio, quæ examinat bona caduca, seu vacantia, quæ ad Cæsarem pertinere debent;' nempe *ratio*, seu *rationalis;* Græcis λογιστὴς, Gallis *Maître des Comptes*. Lipsius.

Bona Æmiliæ Musæ] Ambigi video, cur hæc bona petita in fiscum: et placuisse viris magnis, Æmiliam libertam, et libertam sine patrono fuisse. Hoc postremum causam aliquam dederit confiscandis bonis, quasi vacantibus; illud non item. Nunquam enim jus principi in bona libertorum, sive testamento facto, sive intestato morientium, nisi suorum, eodem jure, quo privati utuntur scilicet.

Nam de Cerylo Vespasiani non est, quod ita fluctuent viri docti, quem certum est mihi, aut ipsius Vespasiani, aut alicujus e proximis ejus libertum fuisse. Torrentius vult Latinum fuisse: sed in Latini bonis quid juris fisco? immo libertum imperatoris ipsius, aut alicujus e propinquis; nam et in libertos propinquorum jus nobis semissis, si moriuntur sine liberis testati; assis, si intestati. Paragrapho *multis*, instit. de succ. libert. quod est ex veteri jure, ut docet L. Liberto 17. D. de bonis libert. et aliæ.

Indeque explicandus et ille locus e Suetonii Nerone; 'Ante omnia instituit, ut e libertorum bonis pro semisse dodrans cogeretur ei, qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent illæ familiæ quas ipse contingeret.' Qui locus haud dubie capiendus de libertis, qui sine patrono.

Si enim patronus fuit, cur deminutum jus ejus fraudati suo semisse? Et omnino de iis qui liberti fuerant eorum, quos Tiberius, Caius, Claudius, Nero ipse, nobiles et illustribus e familiis occiderant, bona eorum voluit cogi in fiscum Nero, quasi sua; quippe qui liberti eorum essent, quos

NOTÆ

ipse cognatione contingeret: id enim ex nomine apparet.

Et hoc est quod ait *sine probabili causa:* qui nimirum patronum vivum non haberent, a quo id nomen; nam si habent, nullum jus fisci aut Cæsaris. Semissem quidem habebat jure; sed voluit etiam alterius semissis semissem, hoc est, Dodrantem, si ea lectio recta.

Nam credere in bona libertorum quorumlibet jus semissis fisco fuisse divinare est: præcepta enim iis esset omnis testamenti facultas, altero jam semisse debito patronis.

Et in eo loco Suetonii, *cogeretur ei*, id est, fisco principis; propria voce *cogendi*, quam observabis fere semper in hoc jure. Infra l. v. 'Ablata ærario, ut in fiscum cogerentur,' et in D. Marci constitutione, institut. de eo cui lib. cau. bo. add.

Non ergo jus fisco aliud in bona libertorum alienorum, quam bonorum vacantium, scilicet idem quod in bona ingenuorum: quo ego jure capio delata *Æmiliæ* bona ad fiscum, ingenuæ, ac sine successione mortuæ.

Ita enim fit l. *Quidam*, §. *quoties*. de legat. 1. et passim apud veteres scriptores. Verum ea restituta familiæ Lepidæ, quasi gentili; quippe, cui nomen idem. *Domus* ergo, pro *familia, gente;* ut sæpe. *Mercerus.*

Æmiliæ Musæ] Princeps habuit jus patronatus, seu jus semissis, quod idem est, in bona libertorum suorum, in bona item libertorum, qui fuerant propinquorum ipsius, cum illi propinqui obierant sine liberis, utpote qui esset hæres talium propinquorum, et ipsorum juri patronatus succederet. Habuit idem jus in bona libertorum omnium, qui fuerant priorum Cæsarum liberti, licet priores Cæsares nullo gradu cognationis contingeret.

Succedebat enim, et excipiebat velut hæres, eo ipso quo salutatus erat Imperator, omnes opes principis, omnia instrumenta imperii et Reipubl. inter quæ, et liberti Cæsarum, et jus patronatus esse censebatur. Sic Galba, qui nullo gradu contingebat familiam Cæsarum, excepit, et habuit in sua potestate libertos omnes Neronis, et priorum Cæsarum; sic et Vespasianus, et alii principes, qui mox successere.

Æmiliæ Musæ locupletis] Quantum patet ex Tacito diversis locis. Liberti dites facti ex administratione bonorum patroni, vel ex illius largitione, et beneficiis, vel etiam ope et favore, licet manumissi, tamen aliqua officia adhuc præstare tenebantur patronis, et id *jus patronatus* appellabatur.

Attamen illi liberti pro servili ingenio sæpe ingrati fiebant, ita ut patronos nobiles, vel in exilium amandatos, vel sævitia dominantium interfectos statim obliviscerentur et abnegarent; ita ut, si quando ab exilio revertcrentur patroni, nullam opem, nullum officium illis præstarent liberti, adeo ut interfectorum, aut patronorum filios, aut nepotes fraudarent jure suo.

Et ut id impune agere facilius possent, sese insinuabant liberti illi in potentiorum domos, vel etiam in familiam principis, vel etiam quandoque mutabant nomen, ne manumissionis, aut familiæ, et nominis patroni sui vestigium ullum extaret; nomen enim patroni ferebant manumissi.

Cujus rei exemplum habes apud Suetonium Vesp. 23. 'et maxime de Cerylo liberto, qui dives admodum ob subterfugiendum quandoque jus fisci, ingenuum se et Lachetem mutato nomine cœperat ferre.' Vespasianus illum deridet his verbis, Ὦ Λάχης, Λάχης, ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς εἰρήσῃ Κήρυλος: *O Laches, Laches, cum mortuus fueris, rursus diceris*

NOTÆ

Cerylus. Id est, licet nunc mutes nomen, licet dum vivis te ingenuum simules venditesque, tamen statim post mortem libertus eris, et fiscus repetet ex te jus, quod habet in bona libertorum, post eorum obitum.

Itaque in bona Liberti, qui sine liberis decederet, et cui nullus esset patronus aut patroni hæres, fiscus habuit jus, velut in bona vacantia; ut etiam in ingenui hominis, et ad locum Suet. Ner. 32. ‘Ante omnia instituit, ut e libertorum defunctorum bonis pro semisse dodrans cogeretur ei, si qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent illæ familiæ, quas ipse contingeret.’ Puto, hic agitur de illis libertis, qui se potentioribus patronis insinuabant, et qui sine probabili causa nomen illustris familiæ usurpassent, quæ Neronem contingeret.

Itaque Nero se talium libertorum fert patronum, sed cum patronus tantum haberet semissem bonorum liberti mortui, tum egens Nero vult non solum exigi semissem, sed etiam præterea semissem alterius semissis, ita ut dodrans successionis ad illum perveniret.

Igitur jus patroni in libertos suos, et in libertos propinquorum semissis; si moriuntur sine liberis testati; assis, si intestati.

Nec video ullum fuisse jus fisci in bona libertorum, vivente patrono, aut hærede. Quid enim profuisset ipsis mutare nomen, aut se insinuare procerum vel ipsius principis familiæ? servassent fisco, quod abstulissent patrono. Non potuissent testari, et jus patroni sic videretur abolitum. Itaque nullum jus Tiberio aut fisco in bona Æmiliæ Musæ, nisi ut in bona vacantia, sive fuerit illa ingenua, sive liberta, et cum probabiliter contingeret familiam Lepidi, ‘cujus e domo videbatur;’ vel ut manumissa ab aliquo propinquo, vel propinqua istius gentis; vel ut ingenua: sic jure merito Tiberius ipsius bona Æmilio Lepido tradidit.

Haud dubie intelligendus Suetonius, ita ut Nero egens, et ad rapinas animum convertens eum *πόρον*, seu modum cogendi pecunias excogitarit, nempe e libertis locupletioribus, qui se propinquorum ipsius domibus insinuarant sine probabili causa, et talium patronorum nomina falso induerant.

Nam si tales liberti ex probabili, et justa causa contingerent domos propinquorum Neronis, qui mortui essent, certe ex natura rei, et jure patronatus potuit Nero illorum bona sibi vindicare.

Neque opus fuit ullo edicto, decreto, aut lege nova; ideoque dicit, ‘qui sine probabili causa;’ et velut jure in tales libertos animadvertit, hinc intra semissem non se continet, quod fuit jus veri patroni, sed ad dodrantem extendit, seu jus, seu pœnam.

Dico *pœnam*, quia plurimi haud dubie se subtraxerant minoribus patronis, forte exulibus, vel etiam occisis, vel forte viventibus, ut Caio, Claudio, vel illorum propinquis potentioribus, se Marte suo attribuerent, consecrarent, faventibus ejusdem farinæ hominibus libertis, nempe gratiosis, ut fit, vel etiam flagitiis, et malis artibus, ut in tali urbe et aula, proceribus arrepebant.

Nec ineptum commentum Neronis fuit, quippe liberti illi locupletissimi, de quibus dici potuit, quod de Pallante et Narcisso, statim divitem principem fore, si cum duobus libertis pecunias partiretur.

locupletis intestatæ, petita in fiscum, Æmilio Lepido,[f] cujus e domo videbatur, et Patulei divitis equitis Romani hæreditatem, quanquam ipse hæres in parte[g] legeretur, tradidit M. Servilio,[h] quem prioribus, neque suspectis, tabulis scriptum compererat; 'nobilitatem utriusque pecunia juvandam,' præfatus. Neque hæreditatem cujusquam adiit, nisi cum amicitia meruisset: ignotos[i] et aliis infensos,[j] eoque Principem nuncupantes, procul arcebat. Ceterum,

serit Æmilio Lepido, cujus familiam contingere ipsa *videbatur, et bona Patulei locupletis equitis Rom. (licet ipse hæres ex parte scriberetur) dedit M. Servilio, quem primo neque suspecto testamento relictum hæredem cognoverat; cum ante disseruisset*, claritudinem utriusque opibus fovendam esse. *Neque hæreditatem ullius attigit, nisi cum familiaritate et benevolentia adeptus esset; et longe pellebat eos, qui ignoti sibi et aliis irati, ideo principem nominarent* hæredem. *Ceterum*

NOTÆ

[f] *Lepido*] Bona Æmiliæ, quæ tanquam vacantia (quia defuncta, neque testamentum fecerat, neque sanguine junctos habebat) ex lege Julia fiscus vindicabat, propter nominis communionem ex mortuæ familia Lepidum videri dicens.

[g] *Hæres in parte*] Haud dubium est æquivalentem esse formulam his usitatioribus, *ex parte*, vel *in partem*. Cicer. ad Att. VII. 8. 'Dolabellam esse video in triente.'

[h] *Tradidit M. Servilio*] Patuleius duo testamenta fecerat, utrumque rite et recte. Priore instituerat hæredem Servilium, eumque solum, et ex asse. Secundo Servilium et Tiberium pro æquis partibus. Secundo testamento primum infirmabatur; nec dubium est.

Tiberius tamen totam hæreditatem Servilio adjudicavit. Quod postea DD. Severus et Antoninus, in eadem quæstione, judicio suo comprobarunt: *parag. sed et si quis.* instit. Quib. mod. test. infirm. et hæredem scriptum secundo testamento, hæreditatem totam restituere voluerunt.

Sed Tiberius laudabilior, quod hi nihil de suo, ille jure testamento sibi quæsita largitus est. *Aurelius.*

[i] *Ignotos*] Repellebat ignotos homines, et qui eo tantum fine principem hæredem faciebant, ne ad propinquos suos, quibus irati erant, bona sua pervenirent.

[j] *Aliis infensos*] Hoc Tiberii factum secutis principibus exemplar fuit; et adhuc est: relatumque a Julio Paulo sententiarum l. v. cujus verba sunt: 'Imperatorem litis causa hæredem institui, invidiosum est: nec calumniæ facultatem ex principali majestate capi oportet.' L. XCI. D. de hæredibus instituendis, l. XXII. D. de jure fisci. *Vertranius.*

Pertinax Tiberium imitatus, dicebat 'se non admissurum hæreditatem ejus, qui litis causa principem scripsisset hæredem: neque tabulas non legitime factas, in quibus ipse ob eam causam hæres institutus esset, probaturum. Neque ex nuda voce hæredis nomen, neque ex ulla scriptura, cui juris auctoritas desit, aliquid adepturum;' paragr. ult. quib. mod. test. infirm. En exemplar justi, et boni principis! Vis ad hæc præclarum verbum? 'a bono patre non scribi hæredem, nisi malum principem,' ait Tacitus in Agricola.

ut honestam innocentium paupertatem levavit, ita prodigos et ob flagitia egentes, Vibidium Varronem, Marium Nepotem, Appium Appianum, Cornelium Syllam, Q. Vitellium[k] movit Senatu, aut sponte cedere passus est.

49. Iisdem temporibus Deum ædes, vetustate aut igni abolitas, cœptasque ab Augusto[l] dedicavit, Libero Liberæque et Cereri[m] juxta circum[n] maximum, quam[1] A. Postu-

ut honestam innoxiorum egestatem juvit, sic nepotes luxuique deditos, et ob scelera inopes Vibidium Varronem, Marium Nepotem, Appium Appianum, Cornelium Syllam, Q. Vitellium senatu ejecit, aut ultro exire permisit.

Eodem tempore delubra numinum antiquitate aut incendio subversa, et inchoata ab Augusto consecravit: Baccho, Proserpinæque, et Cereri prope Circum maxi-

1 Vulgo *quas:* at Lipsius optime emendavit, *quam.* Una erat ædes, non plures. *Brotier.*

NOTÆ

[k] *Q. Vitellium*] Is frater Lucii Vitellii, qui pater principis, de quo Sueton. Vitell. 2. ‘Quintus caruit ordine, cum, auctore Tiberio, secerni minus idoneos Senatores, removerique placuisset.’

[l] *Cœptasque ab Augusto*] Huc spectat quod refert Sueton. Aug. 31. ‘Proximum a Diis immortalibus honorem memoriæ dueum præstitit, qui imperium populi Rom. ex minimo maximum reddidissent. Itaque et opera cujusque, manentibus titulis, restituit, et statuas omnium triumphali effigie, in utraque fori sui porticu, dedicavit.’

Cœptas] Quæ tempia illa, quæ Augustus instaurare cœperat, absoluta sunt, et a Tiberio dedicata.

[m] *Libero Liberæque et Cereri*] Pro *Libera*, Proserpinam accipiendam arbitror. Diodorus in IV. auctor est, ex Jove Cererem Liberum genuisse. In antiquis spectationibus legitur hujusmodi Epitaphium: ‘Fab. Acconiae. Paulinae. C. F. Acconii. Catulini. V. C. expræf. consul. ord. uxori. Vecti. Prætextati. V. C. præf. et. cons. des. sacratae. apud. Eleusinam. deo. Baccho. Cereri. et. Corae. sacratae. apud. Laernam. Deo. Libero. Cereri. et Corae. sacratae. apud. Æginam. deabus. Tauroboliae. et Hierophrautiae.’ *Alciatus.*

Sic quoque Livius dixit l. XLI. extremo: ‘Supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberæque fuit.’ Ædis autem illius ab A. Posthumio votæ meminit Dionys. l. IV. extremo, et M. Tullius II. de natura Deorum.

Libero] Ædes Liberi vel Bacchi, Liberæ seu Proserpinæ, et Cereris, in regione undecima Romæ antiquæ, et ad radices montis Aventini. Hodie locus est circa sanctam Anastasiam, Ecclesiam collegiatam, et tituli Cardinalis presbyteri in regione Ripa, et in Roma moderna. Ex Roma antic. Nardini l. VII. c. 3. p. 421. et imagine Romæ modernæ a I. Falda in æs incisa 1676. *Tillem.*

Libero] Ædes Liberi, Liberæque, et Cereris, quam A. Postumius dictator in prælio cum Latiuis ad Regilli lacum voverat.

[n] *Juxta circum*] Circus maximus,

mius Dictator[o] voverat: eodemque in loco ædem Floræ,[p] ab Lucio et Marco Publiciis, Ædilibus, constitutam: et Jano templum,[q] quod apud forum olitorium[r] C. Duillius[s]

mum, quod fanum A. Postumius dictator voverat; eademque in area templum Floræ exstructum ab Lucio et Marco Publiciis ædilibus, et Jano delubrum, quod in foro

NOTÆ

ædificium regionis cognominis sive undecimæ, in parte quasi media Romæ antiquæ. Hodie Cerchio Massimo, ruinæ et horti regionis Ripa in Roma hodierna versus Orientem et Meridiem. Vide Romam antic. Nardini VII. 2. *Tillemon.*

[o] *Quam A. Postumius dictator*] Bene, *quam:* his enim tribus unum templum. A solo Dionysio copiosa lux huic loco, lib. VI. de A. Postumio: Ἀπὸ δὲ τῶν λαφύρων ἐξελόμενος τὰς δεκάτας, ἀγῶνάς τε καὶ θυσίας θεοῖς ἐποίει, καὶ ναοῦ κατασκευὰς ἐξεμίσθωσε Δήμητρι, καὶ Διονύσῳ, καὶ Κόρῃ, κατ' εὐχήν: 'Cum ex spoliis hostium selegisset decimas, ludos, seu spectacula et sacrificia Diis fecit, locavitque struendum templum Cereri et Libero et Proserpinæ, ex voto.'

Vovit igitur A. Postumius, sed dedicavit C. Cassius consul. Idem Dionysius, fine ejusce libri: 'Cassius alter consul relictus Romæ, templum interim Cereris, Liberi, Liberæque dedicavit, quod est in extremo Circo Maximo super ipsos carceres situm, votum olim ab A. Postumio dictatore,' &c.

Est autem *Liber*, Bacchus: *Libera*, soror ejus Proserpina, nati ex Cerere uterque; ideo ordo decentior in Dionysio, qui matrem religiose ubique præponit, quam in nostro qui posthabuit. *Libera* autem alias *Cora.*

Lapis Romæ, DEO. BACCHO. CERERI. ET. CORÆ. SACRATÆ. APUD. ÆGINAM. Estque eadem cum Proserpina. E Solino tolli velim glossema c. 11. 'Quem propter est demersum foramen, quo Ditem patrem ad raptus Proserpinæ libere exeuntem fama est in lucem ausum:' scribe, *ad raptus Liberæ exeuntem:* et, *fama est lucem ausum.* Adde Livii locum l. III. 'Familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venum iret.'

Quam A. Postumius] Hic devictis Volscis triumphans, de spoliorum decimis ludos et sacra Diis fecit XI. talentorum impendio, et ædem locavit Cereris, Liberi, Liberæque. Nam initio belli laboratum erat victus inopia, ideoque inspectis libris Sibyllinis, voverat dictator, si imperii sui tempore uber proventus esset, se illis templa structurum, et annua sacra instituturum. Dionys. l. VI. *Circus* autem *Maximus*, est tota illa planities inter Palatinum et Aventinum.

[p] *Ædem Floræ*] Fuit in regione undecima Romæ antiquæ. Ex Rom. ant. Nardini lib. VII. cap. 4. p. 422. *Tillemon.*

[q] *Jano templum*] Fuit in regione undecima Romæ antiquæ. Ex Rom. ant. Nardini lib. VII. cap. 4. p. 431. *Tillemon.*

Jano] Victis nempe apud insulas Ægates Carthaginensibus.

[r] *Forum olitorium*] In regione undecima Romæ antiquæ. Hodie locus est in regione Ripa, inter Ecclesiam Santa Maria in portico, palatium Savelli, et pontem Fabritium, vel quatro capi; in parte fere media Romæ modernæ. Ex Roma ant. Nardini l. VII. c. 4. p. 431. et Imagine I. Faldæ, et Greg. de Rossi. *Tillemon.*

[s] *C. Duillius*] Ædes Jani ad infi-

struxerat, qui primus rem Romanam prospere mari gessit, triumphumque navalem de Pœnis[t] meruit. Spei ædes[u] a Germanico sacratur: hanc Atilius voverat eodem bello.

50. Adolescebat[v] interea lex majestatis: et Apuleiam Variliam, sororis Augusti neptem,[w] quia probrosis sermoni-

Olitorio ædificarat C. Duillius, qui primus Romanorum navali prælio vicit, et triumphum maritimum de Carthaginensibus reportavit. Spei fanum, ab Atilio votum eodem bello, Germanicus dedicavit.

Interea gliscebat ingravescebatque lex majestatis, et hujus criminis delator accusabat Apuleiam Variliam, neptem sororis Augusti, quod contumeliosis verbis D. Au-

NOTÆ

mum Argiletum, in foro Olitorio fuit: et structam volunt Livius, atque alii a Numa. An aliud ab illo templum noster igitur intelligit? an restitutum, aut amplius structum, a Duillio fuit? hoc putem. *Lipsius.*

Duillius] Hoc antiquum nomen. Sed ut ex *duello, bellum; ex duis, bis,* sic ex *Duilio* fecere *Bilium.* Cicero in Oratore. Quintil. I. 4. 'Consuetudo fecit ex *duello, bellum:* unde *Duilios* quidam dicere *Bilios* ausi.' Et inde hic consul semper in libris Polybii vocatur Λίβιος, corrupte pro Βίλιος.

S. Hieronymus l. I. adversus Jovinianum: 'Duilius, qui primus Romæ navali certamine triumphavit, Biliam virginem duxit uxorem.' Ubi Petrus Ciacconus homo admirabili doctrinæ copia præditus, e veteribus libris, non *Duilius,* sed *Bilius* legit, et *Biliam* eadem gente, qua virum suum fuisse ortam judicat. *Duilium* tamen sæpius legas. Cicero de Senectute: 'C. Duilium, M. F. qui Pœnos classe primus devicerat.'

Ammianus lib. XXVI. 'Duilium accepimus veterem, post gloriosa illa navalis rei certamina, id sibi sumisisse, ut tibicine lenius præcinente, rediret ad sua post cœnam.' At Livius eum illi perpetuo honorem habitum esse narrat. In fastis quoque Capitolinis, et in fragmento nusquam extat nomen integrum. Horatius: 'Bilius in Fausta Syllæ gener.'

[t] *Pœnis*] Pœni, qui et Carthaginenses populi. Carthago vero fuit urbs Africæ provinciæ ad mare Africum. Hodie in ruinis jacet, et nomen retinet antiquum; est in regno Tunetano, et in Barbaria. *Tillemonius.*

[u] *Spei ædes*] In foro Olitorio, et in regione undecima Romæ antiquæ. Ex Nardini Roma ant. lib. VII. 4. p. 432. *Tillemonius.*

Spei ædes] Spei quam A. Atilius Calatinus, eodem bello Punico primo, voverat.

Spei ædes] Cicero II. de legibus: 'Recte etiam a Calatino Spes consecrata est.' Liv. lib. XXIII. 'Ædem Spei, quæ in foro Olitorio est, fulmine tactam.'

[v] *Adolescebat*] Lex majestatis tum jussu Tiberii acriter exercita invalescebat.

[w] *Sororis Augusti neptem*] Utrius sororis? Octaviæ majoris, an minoris? Sane de minoris liberis aut conjugio, nihil legi: si majoris, oportet aliquam Marcellarum (duæ fuerunt) nuptam in gentem Apuleiam, et liberos habuisse.

Facit, quod Dio Cassius duobus locis (lib. LXV. et LXVI.) *Sext. Apuleium,* qui consul fuit in Augusti morte, συγγενῆ Αὐγούστου appellat, *cognatum Augusti.*

bus D. Augustum ac Tiberium et matrem ejus illusisset,[x] Cæsarique connexa[y] adulterio[z] teneretur, majestatis delator arcessebat. ‘ De adulterio satis caveri lege Julia,’ visum : ‘ majestatis crimen distingui,’ Cæsar postulavit; ‘ damnarique, si qua de Augusto irreligiose dixisset: in se jacta nolle ad cognitionem vocari.’ Interrogatus a Consule, ‘ quid de his censeret, quæ de matre ejus locuta secus argueretur,’ reticuit: dein, proximo Senatus die, illius quoque nomine oravit, ‘ ne cui verba,[a] in eam quoquo modo habita, crimini forent;’ liberavitque Apuleiam lege majestatis: adulterii graviorem pœnam[b] deprecatus, ‘ ut, exemplo ma-

gustum, ac Tiberium, et matrem ejus irrisisset; et quod propinqua Cæsaris, adulterii culpa fœdaretur. De adulterio satis caveri lege Julia, *sancitum est. Tiberius rogavit*, ut causa majestatis divideretur, damnareturque Apuleia, si qua in Augustum impie protulisset ; in se dicta nolle in quæstionem adduci, *affirmavit. At sciscitante consule*, quid de his statueret, quæ de parente ejus Augusta male dixisse rea accusaretur, *tum siluit:* sed *mox primo senatus die, illius etiam verbis rogavit*, ne cui sermones in eam quovis modo prolati crimini darentur ; *exemitque Variliam crimine majestatis: et cum acerbius adulterii supplicium condonari* fœminæ *postulasset, monuit*, ut pro more majorum a cogna-

NOTÆ

[x] *Illusisset*] Neque enim contumeliæ sine convicio, sine irrisione, contemtu aut ludibrio : forte alludere potuit ad injuriam, qua corpori suo illuderet per adulterium, nempe ‘ Cæsari connexa.’

[y] *Cæsarique connexa*] Duplex crimen in hac inscriptione Majestatis. Prius, convicia in principes : alterum, adulterium. Quomodo istud? quia, inquit, ‘ Cæsari connexa.’

Est enim interpretatio ab ipso Augusto petita, ‘ qui culpam inter viros ac fœminas vulgatam (noster III. Annal.) gravi nomine læsarum Religionum, ac violatæ Majestatis appellabat.’

[z] *Adulterio*] Quod adulterii comperta esset, eoque crimine domum Cæsaris, quem propinquitate contingebat, dehonestaret.

[a] *Ne cui verba*] Petiit, ut si Varilia de Augusto, qui in Deorum numerum relatus esset, parum religiose, reverenterque locuta esset, puniretur, et ne verba quoquo modo jacta in se vel in matrem ad cognitionem vocarentur.

[b] *Adulterii graviorem pœnam*] Relegatio, legitima pœna adulterii fuit, ut vel ex Cornelio jam licuit, et observare licebit. Sed si pro nefario scelere, nulla fere mitior infligi pœna potuit, quæ nec civitatis, nec alia ulla rei jura læderet, quæret aliquis, cur veluti graviorem Tiberius molliri pœnam a Senatu precaretur?

Duplex fuit relegatio, in perpetuum, et ad tempus : potuit ergo Tiberius pro jure affinitatis orare, ne perpetua Variliæ indiceretur relegatio. At exoravit, ne ex vi legis Juliæ, sed ex more veteri damnata adulterii puniretur : quod datum Cæsaris gratiæ, Apuleiaque Varilia cognatis

jorum, propinquis suis[c] ultra ducentesimum[d] lapidem re-

tis suis ultra ducentesimum milliare amoveretur. *Variliæ adulter Manlius ex Italia atque Africa pulsus est.*

NOTÆ

remissa fuit.

'Vetustiores enim,' ait Livius, 'mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas. Si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animadvertebatur.'

Inde est, quod Publilia et Licinia nobiles fœminæ, quæ viros suos necasse insimulabantur, causa cognita, cum prætori vades dedissent, cognatorum decreto necatæ sunt, ut ait Florus ex Livii XLVIII.

Inde quoque est, quod 'matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui, majorum more, de communi sententia coërcerent,' auctor fuit Tiberius, teste Suetonio.

Quod moris specie retentum ex lege Romuli jus olim fuerat ex illius verbis: 'Adulterii convictam vir et cognati, uti volent, puniunto.'

Verum Apuleiæ delator, et extraneus, qui publico judicio accusarent, non defuit. Igitur non debuit cognatis remitti sine precibus, et intercessione Cæsaris, qui fortasse nondum auctor juris ejus extiterat.

Sane cum necessarium exilium triplex Martiano sit, nempe certorum locorum interdictio, lata fuga, et insulæ vinculum (l. v. D. de interdictis, et releg.), cognatis Variliæ suasit Cæsar, eam ultra cc. lapides ab urbe removere, leviori multo pœna, quam si assignata insula, et ejus insulæ egressu damnatæ interdictum fuisset.

Mos autem ille vetus, ut alia pleraque Romanorum instituta, ex Romuli lege regia descendit, de qua hoc sensu Dionysius Antiquitatum lib. secundo scripsit: 'Si mulier aliquid peccasset ex læsi mariti arbitrio pœuam luebat; et de delictis, quibus erat violata pudicitia, cognati cum ipso cognoscebant.'

[c] *Propinquis suis*] Quod ait exemplo majorum: satis notum est ex lege Romuli uxorem ita fuisse in manu viri, ut de crimine ejus omni, cum propinquis cognoscerct, statueretque. Dionysius auctor lib. II. et Cato: 'Vir cum divortium facit (ita lege) mulieri judex, procensorque est. Imperium quod videtur habet. Si quid perverse tetreque factum est a muliere, multatur; si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur.'

Livius lib. XXXIX. 'Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animadverterent. Si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animadvertebatur.'

Suetonius in Tiberio: 'Matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator publicus deesset, ut propiuqui, more majorum de communi sententia coërcerent, auctor fuit.' Tacitus lib. XIII: 'Plautius prisco instituto, propinquis coram, de capite famaque conjugis cognovit, et insontem nuntiavit.' Adi et Valerium lib. VI. 3.

[d] *Ultra ducentesimum*] Ultra 200. lapidem in eum locum relegaretur, quem statuissent propinqui et cognati illius.

[e] *Suasit*] Tiberius in clementiam pronus, graviorem adulterii pœnam deprecatus, persuadet propinquis ipsius Variliæ, ut exemplo majorum

moveretur,' suasit.[e] Adultero, Manlio, Italia[f] atque Africa interdictum est.

51. De Prætore, in locum Vipsanii Galli,[g] quem mors abstulerat, subrogando, certamen incessit. Germanicus atque Drusus (nam etiam tum Romæ erant) Haterium Agrippam,[h] propinquum Germanici, fovebant: contra plerique nitebantur, ut numerus liberorum[i] in candidatis præ-

Orta est contentio de substituendo prætore in locum Vipsanii Galli, qui e vivis excesserat. Germanicus et Drusus (nam adhuc in urbe erant) tuebantur Haterium Agrippam, cognatum Germanici: contra multi contendebant, ut numerus filiorum in candidatis prævaleret, quod lege cautum erat. Gaudebat Tiberius, cum inter libe-

NOTÆ

ipsi, sententia sua, illam ultra ducentesimum lapidem removerent. Sunt 66. leucæ Gall. An locum certum exilii statuerent ipsi propinqui, dubium est.

[f] *Manlio, Italia*] Hinc disces pœnam legis Jul. 'de adulteriis' relegationem scriptam fuisse. Juliam enim Augusti filiam, et alias complures relegatas in insulam novimus.

Manlio ab urbe remoto, nulla insula assignata; Italia et Africa interdicitur; quæ pœna simplex relegatio est, ut ab Ulpiano didici, lib. VII. D. de interd. et relegatis.

Unum tamen ex libris civilibus huc translatum volo, quod ex legis præscripto Papinianus creditur respondisse: 'duos adulterii marem et fœminam, propter commune crimen simul, non jure, nec a viro postulari convenit.' L. XXXIX. paragraph. 6. D. ad legem Juliam, de adulter.

Quare quis Manlium una cum Varilia delatum, ut criminis consortem, non sine auctore negaverit. Cornelius tamen infra libro quarto: 'Aquiliam,' inquit, 'adulterii delatam, cum Vario Ligure,' &c. 'exilio punivit:' et infra, 'de adulterio Pulchra et Furius damnantur.'

Verum neque delatus cum Aquilia Varus, sed Aquilia ob adulterium cum illo commissum, accusata fuit: quod tamen de Pulchra et Furio non ita liquet.

Equidem apud Plinium lib. IV. Epist. refertur ex cognitione Cæsaris damnato adultero, admonitum maritum, ut perageret accusationem; de qua ibi. *Vertran.*

[g] *Vipsanii Galli*] Quem puto filium fuisse Asinii Galli et Vipsaniæ, M. Vipsanii Agrippæ filiæ. Nam Gallus post matrimonium Tiberii cum Julia, a Tiberio vacuam duxerat; unde hic Vipsanius, si bene conjicio. *Aurelius.*

[h] *Haterium Agrippam*] Est is, qui supra tribunus plebis fuit: 'Intercessit Haterius Agrippa tribunus plebei, increpitusque est Asinii Galli oratione.' De propinquitate nihil mihi compertum.

[i] *Ut numerus liberorum*] Non ergo prorsus libera comitia illa Patrum, sed devincta lege. Legem quam intelligit est Papia; quæ in magistratu et sorte provinciarum prætulit improlibus eos quibus proles.

Noster lib. XV. 'Percreverat ea tempestate pravissimus mos, cum propinquis comitiis, aut sorte provinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus asciscerent filios; præturasque et provincias inter patres sortiti, statim emitterent manu, quos adoptaverant,' ubi clare de Præturis, ut hic. Simile in tribunatu.

polleret, quod lex jubebat. Lætabatur Tiberius,[j] cum inter filios ejus et leges Senatus disceptaret: victa est[k] sine dubio lex; sed neque statim, et paucis suffragiis:[l] quomodo, etiam cum valerent, leges vincebantur.

52. Eodem anno cœptum in Africa bellum, duce hostium Tacfarinate: is natione Numida,[m] in castris Romanis auxiliaria[l n] stipendia meritus, mox desertor, vagos primum et

ros ejus legesque dijudicarent Patres. Lex dubio procul superata est; sed neque propere, et paucis faventibus; qua ratione, etiam cum vigerent, leges superabantur.

Eodem anno ortum in Africa bellum duce barbarorum Tacfarinate. Is origine Numida, qui in exercitu Romanorum inter auxiliares militaverat, dein relictis castris, paulum latrocinari solitos ad prædam et rapinas contrahere cœpit:

1 Ita Beroaldus et veteres, Gronovius et recentiores. Lipsius *auxiliaris*

NOTÆ

Plin. lib. VII. 'Calestrium Tironem familiarissime diligo. Ille me in tribunatu liberorum jure præcessit; ego illum in Prætura sum consecutus, cum mihi Cæsar annum remisisset.'

Numerus liberorum] Lege cautum erat, ut ex duobus candidatis pluribusve idoneis, præferretur ille qui plures liberos haberet.

[j] *Lætabatur Tiberius*] Neque Tiberius sententiam suam vel auctoritatem interposuit: qui ea libertatis simulacra libenter præbebat Senatui, gaudebat hoc spectaculo, ex quo potentiæ suæ magnitudinem satis colligere poterat, cum jam filiis ipsius tantum auctoritatis esset, ut legibus, quibus omnes obedire oportebat, adæquarentur, dubiusque inter utramque partem disceptaret Senatus, utri plus deferret.

Lætabatur] Ultro relinquebat hanc *speciem* libertatis et Reipub. in re levi; sed *species* fuit hactenus, donec ficta illa libertas etiam interiret.

[k] *Victa est*] Vertit interpres Gallicus: victa est lex paucis suffragiis, nec statim, quomodo et vincebantur leges, cum vigerent: bene.

Victa est] Victa lex est, sed post longam contentionem, neque multis suffragiis; eodem plane modo, quo olim etiam intemerata adhuc Reipub. libertate, cum maxima legum auctoritas esset, aliquoties evenit, ut vincerentur.

[l] *Sed neque statim et paucis suffragiis*] Non statim victa est lex favore Cæsarum seu filiorum principis, sed solummodo post contentiones plurimas cessit lex favori; et 'paucis suffragiis' etiam victa est.

Quod summum argumentum est adhuc floruisse Rempub. viguisse libertatem aliquam in Patribus qui tuerentur legem, neque cederent statim: ita ut parum abfuerit, quin lex vinceret gratiam auctoritatemque dominantium: adeo multi senatores tuebantur legem, ut fere paria utrimque suffragia fuerint.

Attamen hoc fuit discrimen veteris populi Romani, quod tunc uni, non ordini, singulis, non publice vicerint, qui legem suis suffragiis vicerunt: sed de his alibi.

[m] *Numida*] Numidia, provincia Africæ minoris ad mare Africum. Hodie Constantina provincia regni Alger, in Barbaria, sub clientela Turcarum. *Tillemonius.*

[n] *Auxiliaria*] Plerumque legitur

latrociniis suetos ad prædam et raptus congregare: dein, more militiæ, per vexilla et turmas[o] componere:[p] postremo non inconditæ turbæ, sed Musulanorum[q 2] dux haberi. Valida ea gens et solitudinibus[r] Africæ propinqua, nullo etiam[3] tum[s] urbium cultu, cepit arma, Maurosque[t] accolas in bellum traxit: dux et his Mazippa: divisusque exercitus; ut Tacfarinas lectos viros, et Romanum in modum armatos, castris attineret, disciplina[4] et imperiis suesceret; Mazippa

dein ex militari disciplina per cohortes et alas ordinare. Denique non disjecti inordinative agminis, sed Musulanorum dux appellabatur. Fortis ea natio et vicina desertis Africæ, nullis ibi *adhuc oppidis exstructis, capessit arma, et Mauros conterminos in* societatem *belli accivit: iis etiam præerat Mazippa;* sicque *partiti* sunt *copias, ut Tacfarinas robora virorum, et Romano more armatos, in vallo seu munimentis contineret, ut sic militiæ et mandatis ipse* milesque *assuefieret. Ma-*

emendavit, cui Ryckius consentit. *Auxiliaria*, de homine inter *Auxiliares* stipendia merito, recte dicitur. *Brotier.*—2 A Ptolemæo, IV. 3. appellantur Μισούλαμοι. At cum in Mss. codicibus Plinii, v. 5. ab Harduino laudatis, *Musulani* quoque dicantur, hæc vera scriptura esse videtur. *Brotier.* Videtur scribendum *Musulamorum.* Certe ita scribitur IV. 24. et ad hanc scripturam accedit proxime Ptolemæus, cui l. IV. c. 3. Μισουλάμοι. Plinius tamen *Misulanos* vel *Musulanos* dicit l. IV. c. 4. nisi et ibi mendum irrepserit. *Ryckius.*—3 Mallet Ernestus, *etiam dum.*—4 Pichena emendat, *disciplinæ.* Latine quidem; at

NOTÆ

auxiliaris; inter auxiliares Numidas, nempe.

[o] *Per vexilla et turmas*] Singulis centuriis, singula vexilla erant. Turma est equitum 32.

Per vexilla et turmas] Per *vexilla*, id est, per cohortes, quæ peditum; per *turmas*, seu per alas, quæ equitum.

[p] *Componere*] Ita auctus erat, ut in faciem disciplinæ militaris, equites suos peditesque, illos in turmas, hos in vexilla distribueret.

[q] *Musulanorum*] Misulani, vel Musulani civitas, vel natio libera Africæ proprie dictæ intus, et in finibus Numidiæ provinciæ, ex Plinio l. V. c. 4. et Ptolemæo. *Tillemonius.*

Musulanorum dux] Duas in his partibus gentes nobiles et vetustas memorat Plinius: unam *Musulanorum*, alteram *Maurusiorum.* Illam extinctam scribit idem suis temporibus, licet hodie etiam longe clarissima dicatur apud illas gentes, ut ait Leo Africanus. A. l. IV. Ann. *Musulamos*, eos appellat, quod rectius videtur ex Ptolemæo.

[r] *Solitudinibus*] Ea gens solitudinibus Africæ propinqua est, nec urbes in iis locis erant, quibus veluti frænis incondita populorum multitudo coërceretur.

[s] *Nullo etiam tum*] Nullas urbes ævo Tiberii habuere illi Nomades, neque forte etiam ævo Taciti, unde facilitas belli capessendi, et difficultas eos coërcendi: postea deductæ sunt coloniæ quibus ad obsequium cogerentur, et sensim mansuefierent.

[t] *Maurosque*] Mauri populi Mauritaniæ. Mauritania vero fuit regio Africæ citerioris, ad Oceanum Atlanticum et ad mare Mediterraneum. Hodie regnum Fez, partesque majores regnorum Maroc et Algcr, in Barbaria. *Tillemonius.*

levi cum copia incendia et cædes et terrorem circumferret; compulerantque Cinithios,[5 u] haud spernendam nationem, in eadem; cum Furius Camillus, Proconsul[6] Africæ,[v] legionem, et quod sub signis sociorum, in unum conductos,[7] ad hostem duxit: modicam manum, si multitudinem[w] Numidarum atque Maurorum spectares: sed nihil æque cavebatur, quam ne bellum[x] metu[8] eluderent: spe victoriæ inducti sunt,[y] ut vincerentur. Igitur legio medio, leves cohortes duæque alæ in cornibus locantur. Nec Tacfarinas pugnam detrectavit. Fusi Numidæ, multosque post annos

zippa cum expedito agmine ignem ferrumque et formidinem passim inferret. Traxerantque in easdem partes *Cinithios, gentem haud temnendam, cum Furius Camillus proconsul Africæ adversus hostem duxit legionem, et quotquot sub vexillis auxiliares erant, simul* ideo *contractos congregatosque; tenue agmen, si turbam ingentem Numidarum atque Maurorum inspiceres; sed nihil perinde metuebatur, quam ne prœlium formidine detrectarent, spe vincendi incitati sunt, ut vincerentur. Igitur legio in acie, expeditæ cohortes duæque alæ in cornibus ordinantur. Nec Tacfarinas certamen abnuit. Fugati Numidæ, et post multas ætates*

æque latine dicitur, *disciplina*.—5 Illustr. Pellicerius, veteris Geographiæ peritissimus emendabat, *Ciniphios*. Ptolemæo, IV. 3. ΚΙΝΗΘΙΟΙ populi memorant: sed ex optimo nostro Ptolemæi Ms. codice ΚΙΝΥΘΙΟΙ scribendum; et forte melius ΚΙΝΥΦΙΟΙ. In his Taciti et Ptolemæi locis *Cinyphios*, qui intra minorem Syrtim et fluvium *Cinyps*, vel *Cinyphum*, habitabant, intelligendum nullus dubito. Nihil tamen mutavi: potuit enim Tacitus scribere *Cinithios*. Nec quæritur quid scribere debuerit, sed quid scripserit. Sidonius Apollinaris, carm. IX. 203. 'Non hic Cinyphius cauetur Ammon, Mitratum caput elevans arenis.' *Brotier*.—6 *Proconsule* Gronovius.—7 Frustra tentat Heinsius, *condictos*, vel *coactos*. Sic adhuc infra Annal. IV. 47. 'donec exercitus in unum conduceret.' *Brotier*.—8 Male Rhenanus, *astu*, pro *metu*.—

NOTÆ

[u] *Cinithios*] Cinithii, populi Africæ minoris ad Tritonem fluvium, ex Ptolem. l. IV. c. 3. *Tillem.*

Cinithios] Sunt in Africa Cinithii, qui a Ptolemeo Cinithæ dicuntur, ubi de Numidica Africa, et non longe a Tritone fluvio, ut sunt Cinyphii, a flumine dicti Cinypho. *Aurelius.*

[v] *Proconsul Africæ*] Africa proconsulatus, et provincia Africæ minoris, ad mare Africum. Hodie pars regni Tunis in Barbaria, sub clientela Turcarum. *Tillemonius.*

[w] *Multitudinem*] Sed numerus ille ingens non modo non deterruit Camillum, imo ad victoriam magnopere contulit, quia nihil æque metuebatur, quam ne arma Rom. diductis copiis eluderent.

[x] *Ne bellum*] Ne nempe bellum belli metu effugerent, ne pugnæ cum Rom. conserendæ metu bellum eluderent vitarentque.

[y] *Inducti sunt*] Effectum est, ut spe victoriæ obtinendæ illecti Afri ad manus venirent, et a Romano milite, qui ad pugnam statariam exercitatus erat, vincerentur.

Furio[z] nomini partum decus militiæ: nam post illum[a] reciperatorem urbis, filiumque ejus Camillum, penes alias familias imperatoria laus fuerat. Atque hic, quem memoramus,[9] bellorum expers habebatur: eo pronior[b] Tiberius res gestas[c] apud Senatum celebravit: et decrevere Patres triumphalia insignia; quod Camillo, ob modestiam[d] vitæ, impune fuit.

53. Sequens annus Tiberium tertio, Germanicum iterum[e] Consules habuit: sed eum honorem Germanicus iniit apud urbem Achaiæ[f] Nicopolim,[g] quo venerat per Illyricam

Furiæ genti quæsita belli gloria: quippe post illum vindicem Urbis, et filium ejus Camillum, penes alias domos imperatorium decus fuerat. Atque ille, de quo retulimus, militiæ rudis existimabatur, eoque promtior Tiberius laudavit res gestus illius *apud Patres; qui decreto concessere ei ornamenta triumphalia, quod Camillo propter moderationem animi innocuum fuit.*

Sequente anno Tiberius tertium, Germanicus secundum consulatum obtinuere. Sed eam dignitatem Germanicus auspicatus apud civitatem Achaiæ Nicopolim, quo

9 Ita Ms. Flor. teste Jac. Gronovio. Perperam Beroaldus aliique veteres, *memoravimus*. Brotier. Ryckius habet *memoravimus*.

NOTÆ

[z] *Furio*] Post Camillum, qui Romam a Gallis captam recuperavit, atque illius filium, nemo in illa domo imperatoria laude floruit.

[a] *Nam post illum*] Tamen ex eadem gente duo adhuc triumphi notantur, alter P. Furii de Gallis, anno DXXX. alter L. Furii Purpureonis de eisdem Galleis DLIII. Hujus autem Camilli, de quo nunc, filius credo fuit, qui imperium temporibus Claudii frustra sibi vindicavit. *Lipsius.*

[b] *Eo pronior*] Eo pronior fuit et promtior Tiberius ad celebrandas Camilli res gestas, quod 'bellorum expers habebatur:' nam si belli fama, et imperatoria laude conspicuus fuisset, eo lentius eum apud patres plebemque celebrasset. Neque enim magnas virtutes sectabatur Tiberius.

Eo nunc pronior Tiberius, quod talem delegisset, qui tamen 'rebus par' esset, et famam seu opinionem sui superasset.

[c] *Res gestas*] Quod in causa fuit, cur Tiberius, qui eminentes civium virtutes suspectabat metuebatque, promtius magisque fida oratione res ejus gestas apud Patres laudaret.

[d] *Ob modestiam*] Quia honorem illum modeste ferebat, neque se ob res præclare gestas extollebat, invidiam suspicionesque Tiberii, quibus viros claros et rerum avidos insequebatur, inconcussus evasit.

[e] *Germanicum iterum*] De isto Germanici consulatu marmor Brixiæ: GERMANICO. CÆSARI. TI. F AUG. N. PONTIF. Q. COSS. II. D. D. *Aurelius.*

[f] *Achaiæ Nicopolim*] Bene late Achaiæ nomen sumit, non pro Græcia solum (quod alibi annotamus) sed pro Epiro, ubi sane hæc urbs est, ab Augusto structa ad Ambracium sinum: monumentum scilicet victoriæ Actiacæ. Credo ideo, quia illo ævo tota hæc regio uni præsidi permissa, ideoque et nomine uno dicta.

[g] *Nicopolim*] Nicopolis, urbs Al-

oram, viso fratre Druso, in Delmatia[1 h] agente, Hadriatici[i] ac mox Ionii[j] maris adversam navigationem perpessus. Igitur paucos dies insumsit reficiendæ classi: simul sinus, Actiaca[k] victoria inclytos, et sacratas ab Augusto manubias[l] castraque Antonii, cum recordatione majorum suorum

appulerat per Illyricam provinciam, viso fratre Druso, qui tum in Dalmatia versabatur, cum improsperam navigationem Adriatici pelagi, ac mox Ionii expertus esset. Igitur aliquot dies reparandis navibus impendit, eodemque tempore sinus Actiaca pugna celebres, et dicata ab Augusto spolia, munimentaque Antonii, non sine

1 *Dalmatia.* Brotier. At Ms. Flor. *Delmatia:* et sic sæpe Mss. et veteres

NOTÆ

mines regionis minoris, ad sinum Ambracium, in Epiro provincia Græciæ. Hodie Prevetza, arx regiunculæ Larta, et ad ostium sinus de l'Arta, in Epiro. Hodie provincia imperii Turcici Europæi. Ex Ptolem. l. III. c. 14. &c. *Tillemonius.*

[h] *Delmatia.*] Vel Illyricum proprie dictum; vide notas sup. ad c. 44.

[i] *Hadriatici*] Hadriaticum, seu Adriaticum, et superum mare: pars maris Mediterranei alluens oram septentrionalem Italiæ, Illyricum occidentale, et partem Græciæ regionis. Hodie Golfe de Venise, nomen antiquum etiam retinet, et inter Italiam hodiernam imperiumque Turcicum Europæum, &c. *Tillem.*

[j] *Ionii*] Ionium mare, pars est maris Mediterranei, alluens partem meridionalem et orientalem Italiæ regionis, partemque lateris occidentalis Græciæ regionis. Hodie vocamus, mer Ionienne, vel mer de Grece; est inter oram orientalem, et meridionalem regni Neapolitani, partemque oræ occidentalis Romeliæ regionis. *Tillem.*

[k] *Actiaca*] Suet. Aug. 18. 'Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in posterum esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit, ludosque illic quinquennales constituit, et ampliato veteris Apollinis templo, locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum navalibus spoliis Neptuno ac Marti consecravit.'

Et infra Aug. 96. 'Apud Actium descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit: Eutychus homini, bestiæ Nicene, erat nomen: utriusque simulacrum æneum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum vertit.'

Actiaca] Actium promontorium et oppidum Acarnaniæ regionis minoris, ad sinum Ambracium, in Achaia provincia Græciæ. Hodie promontorium vocatur Cabo Figalo; est ad sinum de l'Arta, in Livadia, seu Achaia provincia imperii Turcici Europei; Actium vero oppidum nunc est castellum vulgo Dardanello, ad os sinus Artæ. *Tillem.*

[l] *Sacratas ab Augusto manubias*] Ex quibus templum Apollini struxit Augustus, ludosque quinquennales instituit. Sueton. Aug. 18.

Dio l. LI. ait Augustum lapidibus quadratis, locum in quo tetenderat, et castra habuerat, a fundamentis struxisse, et rostris captarum navium instruxisse apud Nicopolim.

adiit: namque ei, ut memoravi, avunculus Augustus, avus Antonius erant, magnaque illic imago tristium lætorumque.[m] Hinc ventum Athenas,[n] fœderique sociæ et vetustæ urbis datum, ut uno lictore[o] uteretur. Excepere Græci[p] quæsitissimis[q] honoribus, vetera suorum facta dic-

memoria avorum suorum invisit; quippe, ut retuli, is avunculum Augustum, et avum Antonium ferebat, ingensque illic species rerum adversarum, secundarumque. Hinc Athenas venit, et id tributum societati fœderatæ et antiquæ civitatis, ut unus ei lictor præiret. Illum excepere Athenienses eximiis honoribus, prisca suorum faci-

lapides. Recte utrumque scribitur.

NOTÆ

[m] *Tristium lætorumque*] Tristium, si Antonium spectaret; lætorum, si Augustum. Et ipse ab utroque, in utrumque affectus.

Tristium] Quia Augustus Germanici magnus avunculus, Antonius avus fuerat, eodemque in loco vestigia celebratissimæ pugnæ admonebant eum, et maximæ calamitatis quam Antonius ibi incurrisset, et maximæ felicitatis, quam Augustus inde reportasset, varia lætorum tristiumque imagine.

[n] *Athenas*] Athenæ, nunc Setine, Græciæ clarissima urbs armis quondam et literis; a Cecrope condita, et sic de Minervæ nomine dicta. Nunc obscurior arcem habet munitissimam: urbs archiepiscopalis.

Athenas] Athenæ, urbs Atticæ regionis minoris, in Achaia provincia. Hodie vocatur Athina, a Turcis et Græcis recentioribus. Urbs est Achaiæ, seu Livadiæ provinciæ, in Turcico imperio Europæo. *Tillem.*

[o] *Uno lictore*] Athenis non duodecim lictoribus (ut mos consuli) sed uno stipatus incessit. Hoc dedit honori priscæ et clarissimæ urbis, ut apparatum fortunæ minueret, imitatu primorum consulum qui secures abjecere, populum venerantes; et quandoque fasces submiserunt.

Uno lictore uteretur] Vim terroremque imperii Romani ostendebant *lictores, secures, fasces.* Ideo cum, ademto illo metu, magistratus quasi ad amicos agere volebant, removebant insignia potestatis.

Sic Antonio olim in eadem urbe (ait Appianus.) Ἐξοδοι ἦσαν ἄνευ σημείων σὺν δύο φίλοις καὶ σὺν ἀκολούθοις δύο, εἰς διδασκάλων διατριβὰς ἢ ἀκροάσεις: 'Antonii egressus erant sine insignibus potestatis cum duobus amicis, et duobus asseclis tantummodo ad magistrorum dissertationes auditionesque.' Et Tiberius Rhodi, 'genus vitæ admodum civile instituit sine lictore aut viatore, gymnasia interdum obambulans.' Sueton. c. 11.

[p] *Græci*] Populi Græciæ. Græcia vero regio est Europæ veteris in latere meridionali. Hodie pars major præfecturæ Romeliæ, vulgo Beglerbeglic de Romelie cum insulis adjacentibus sub præfecto Maris, seu insularum in Turcico imperio Europæo. Hæc regio fere tota est sub dominio Turcarum: quod superest Reipublicæ Venetæ paret. Ex chartis et tabulis Geograph. Sansonis. *Tillem.*

[q] *Quæsitissimis*] Sic Pompeius olim Athenis exceptus quæsitis etiam et fere divinis honoribus. Sic Plutar. in Pomp. 'Non tamen Athenas per-

taque[r] præferentes,[z] quo plus dignationis[s] adulatio haberet.

nora dictaque exhibentes, (sic pacis bellique artes veterum ostentabant) *atque jactantes, quo plus dignitatis inesset assentationi illorum.*

2 Cl. Ernestus *præferentes* corruptum suspicatur: emendat, *præfantes.*

NOTÆ

transiit; sed cum ascendisset, remque divinam Diis fecisset, populumque pro concione salutasset, cum statim abiret, legit scriptos in se versus, et ille, qui intus urbem inscriptus erat, sic habuit:' 'Quantum tu te nosti hominem, tantum deus es tu.' Qui vero extra portam sic: 'Te expectavimus, adoravimus, vidimus, deduximus.' Græce sic habent: *ἐφ' ὅσον ὢν ἄνθρωπος οἶδας, ἐπὶ τοσοῦτον εἶ Θεός. τὸ δὲ ἐκτὸς· προσεδοκῶμεν, προσεκυνοῦμεν, εἴδομεν, προυπέμπομεν.*

[r] *Vetera suorum facta dictaque*] Alii intelligunt vetera Atheniensium facta dictaque, quibus ipsi olim ejusmodi magnorum hospitum adventum honestassent.

Alii sentiunt Atheniensium vetera suorum facta dictaque inter alia prætulisse, ex quibus nimirum constaret, quanta fuisset, vel etiam quantopere nunc æstimanda esset ea respublica, quæ tanta veterum ducum, rerum, consiliorumque gloria, atque magnitudine circumfusa, inter omnium maxima et antiquissima nunc haberet præsentem Germanicum, nobilissimi sanguinis, nobilissimæque virtutis principem intueri.

Vertit Italus interpres Davensatius, quasi ante Germanicum advenientem, seu obviam illi ferrent Athenienses vetera suorum majorum dicta factaque.

Alamus interpres Hispanus, quasi exhiberent illi, seu ob oculos ponerent prisca dicta, factaque patrum suorum.

Interpres Gallicus, quasi prætulerint celeberrima facta, dictaque majorum inscripta insculptaque in tabulis, &c. sed sensu inepto et insulso.

Quasi vero tabulis æneis, vel marmoreis insculpserint totam historiam ducum Miltiadis, Aristidis, Cimonis, Themistoclis, Alcibiadis, Phocionis, &c.

Quasi vero totam eloquentiam Periclis, Lysiæ, Gorgiæ, Isocratis, Platonis, Æschinis, totque aliorum clarissimorum Oratorum prætulerint.

Potius est Athenienses prætulisse, jactasse, ostentasseque in concionibus, quibus Germanicum salutarunt exceperuntque, veterem suorum ducum gloriam, seu virtutem bellicam, illamque in majus extulisse celebrasseque.

Hæc sunt 'facta' quæ exhibebant, ostentabantque, ut majus ex tali honorante populo decus in Germanicum esset; nam certe decus eo majus, quo a majori, nobiliorique exhibetur.

'Dicta' autem, quæ illi prætulerunt Germanico obviam euntes, fuit tota illa gloria, quæ eloquentia tot præstantissimorum oratorum Athenis olim parta erat, et qua posteri fruebantur.

Itaque Athenienses, ut majori decore ornarent exciperentque Germanicum, veterem suorum ducum gloriam, et priscorum oratorum suorum eloquentiam præferebant, ostentuique habebant.

Nec abs re cum Germanicus ipse utrasque partes egregie sustineret, cum pari gloria belli et eloquentiæ floreret, cum *ex utroque* verc *Cæsar* esset: sed ex brevitate Taciti majestas simul, et obscuritas nascitur.

[s] *Quo plus dignitatis*] Utque tam

54. Petita inde Eubœa,[t] tramisit Lesbum:[u] ubi Agrippina novissimo partu Juliam edidit: tum extrema Asiæ, Perinthumque[v] ac Byzantium,[w] Thracias[x] urbes, mox Propontidis[y] angustias[z] et os Ponticum[a] intrat, cupidine veteres locos et fama celebratos noscendi; pariterque provincias, internis certaminibus aut magistratuum injuriis fessas, refo-

Hinc advectus in Eubœam, transmeavit Lesbum, ubi Agrippina postremo enixa Juliam peperit: tum ingreditur extremas Asiæ oras, *Perinthumque ac Byzantium, civitates Thraciæ, mox fretum Propontidis, et ostium Ponticum init, desiderio visendi antiquas regiones, famaque inclytas; et simul reficiebat recreabatque provincias intestinis discordiis, aut rectorum flagitiis et iniquitatibus exhaustas: atque*

NOTÆ

prona adulatio, non etiam indecora videretur, sed aliquid dignitatis haberet, memoraverunt, quibus factis dictisque majores sui diversis temporibus ejusmodi magnorum hospitum adventum oruassent. *Freinsh.*

[t] *Eubœa*] Insula Achaiæ provinciæ in mari Ægæo. Hodie Negrepont in Archipelago sub præfecto maris vel insularum, in Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[u] *Lesbum*] Lesbos, una Sporadum insularum in mari Ægæo, et ante Troada provinciam Asiæ minoris. Hodie Metelin prope Natoliam, in Archipelago, sub præfecto maris vel insularum, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

[v] *Perinthum*] Perinthus, oppidum Europæ provinciæ, in Thracia regione, et ad Propontidem. Hodie Perintho, oppidum Romaniæ provinciæ ad mare Marmaræ, in Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[w] *Byzantium*] Et deinde Constantinopolis, urbs Europæ provinciæ, in Thracia regione, et ad Bosphorum Thracium. Hodie a Turcis vocatur Stambol, et a Francis Constantinople; urbs est Romaniæ provinciæ in Tureico imperio Europæo; et ad fretum Constantinopolitanum, ad Marmaræ. Turcarum imperatores eam sibi Regiam constituerunt. *Tillem.*

[x] *Thracias*] Thracia, pars vel regio Illyrici orientis, ad pontum Euxinum, Propontidem, et mare Ægæum. Hodie Romania provincia, et Bulgariæ pars, versus occidentem et orientem hybernos, in Turcico imperio Europæo. Fuit etiam sub Romanis Thracia, provincia Thraciæ regionis jam dictæ. Hodie pars Romaniæ provinciæ, &c. *Tillemon.*

[y] *Propontidis*] Propontis, pars maris interni sive Mediterranei, alluens oras Thraciæ et Bithyniæ regionum. Hodie vocamus mer de Marmora, vel mer Blanche; irrigat oras Romaniæ, et Natoliæ provincias imperii Turcici Europæi et Asiatici. *Tillemon.*

[z] *Angustias*] Intelligit partem septentrionaliorem Propontidis, et ubi incipit Bosphorus Thracius, de quo infra dicemus. *Tillemon.*

[a] *Ponticum*] Id est, Bosphorus Thracius, fretum, sive os quo pontus Euxinus in Propontidem se exonerat, inter Thraciam provinciam Europæ, et Bithyniam provinciam Asiæ. Hodie vocamus Detroit de Constantinople, vel Canal de la mer Noire; est inter Romaniam et Natoliam, provincias imperii Turcici Europæi et Asiatici. *Tillem.*

vebat: atque illum in regressu sacra Samothracum[b] visere nitentem, obvii aquilones depulere.[1] Igitur ab Ilio,[2] quæque[c] ibi

illum in reditu mysteria Samothracum intueri conantem, contrarii aquilones dejecere. Igitur viso Ilio, quæque ibi vicissitudine fortunæ, et Romanæ gentis exortu suspi-

1 Amicus legebat *repulere*. Ryckius.—2 Ms. Corbeiensis, nunc Mediceus, qui conservavit nobis solus quinque priores Annales, habet: *Igitur alio, quæque ibi, &c.* ut testatur Pichena, qui postremus Editorum Codice eo usus est. Inde Freinshemius unica tantum literula mutata legit: *Igitur Ilio, quæque*

NOTÆ

[b] *Sacra Samothracum*] Samothracia insula non eadem cum Imbrasia, ut censet Musarum decus, nec Imbrasus fluvius, sive Parthenius in hac, sed in Ionica Samo, quæ ideo Parthenias dicta, ut discimus ex Strabone, Plinio, et Hygino. Eustathius: Ἡ δὲ Θρακία Σάμος λέγεται καὶ Σαμοθράκη συνθέτως. Καλεῖται καὶ οὕτω πρὸς διαστολὴν, in Thesauro Geographico, quem vide.

Ideoque firmanda in Varrone prisca lectio: 'Terra et cœlum, ut Samothracum initia docent, sunt Dei magni, et hi, quos dixi, multis nominibus. Nam neque quas Samothracia (non Ambracia, aut Imbrasia,) ante portas statuit duas viriles species alienas, Dei magni: neque ut vulgus putat, hi Samothraces Dii, qui Castor et Pollux: sed hi mas et fœmina, et hi quos augurum libri scriptos habent sic Divi potes; et sunt pro illis, qui in Samothrace θεοὶ δυνατοί.'

Initia quæ Varro dicit, sunt hæc sacra, de quibus noster, sacra religiosa in primis etiam apud Romanos. Ideo Poëta satyricus: 'Juret licet et Samothracum, Et nostrorum aras.'

Suidas: 'in Samothracia quædam erant cærimoniæ, quibus initiari videbantur ad avertenda certa quædam pericula. Erant etiam ibi mysteria Corybantum et Hecates.'

Propter religionem loci, confugiebant illuc olim nocentes, ut colliges ex 2. Anthologiæ, et facto Persei Macedonum regis, apud Livium. Adde Strabonem l. x. *Lipsius.*

Sacra Samothracum] Samothrace est insula in mari Ægæo, opposita Thraciæ. In ea fiebant mysteria Corybantum, quos et Cabyros, et Telchinas, et Idæos dactylos vocabant, similia Orgiis Bacchi, aut Cybeles, tumultus et insaniæ plena, unde κορυβαντιᾷν Aristophani in Vespis, eaque de causa vocat eam Dionysius κορυβάντιον ἄστυ.

Magna in veneratione erant apud veteres, et qui eorum dæmonum nomina edidicerant, in terroribus ea pronunciabant, seque ita putabant tutos fore.

Plutarchus libello, *Quomodo quis sentiat se profecisse in virtute.* 'Qui didicere nomina Idæorum Dactylorum, his utuntur adversus pavores, velut alexicacis, seu remediis, quiete singula pronuntiantes.'

Quo respiciens Aristophanes in Pace, ita, conspecto bello, vindemitorem loquentem facit: Ὦνδρες τί πεισόμεσθα; νῦν ἀγὼν μέγας. Ἀλλ' εἴτις ὑμῶν ἐν Σαμοθράκῃ τυγχάνει Μεμυημένος, νῦν ἐστὶν εὔξασθαι καλόν: *O viri, quid faciemus? nunc magnum discrimen instat. Sed si quis vestrum initiatus est mysteriis Samothracum, nunc certe precari operæ pretium sit.* Cur *Dactyli* dicti sint, causa eleganter a Diomede grammatico refertur.

Samothracum] Samothrace, insula Thraciæ regionis in mari Ægæo. Hodie Samandrachi, prope Romaniam provinciam in Archipelago, Turcis paret. *Tillem.*

[c] *Igitur ab Ilio, quæque*] Simili fere

varietate fortunæ et nostri origine veneranda, relegit Asiam,

cienda sunt, *relegit Asiam acceditque Colophona, ut Clarii Apollinis oraculum con-*

ibi: indubitata conjectura, quoniam mox in sequentibus verbis originis Romanæ fit mentio. Hanc igitur lectionem in contextum recepi. Cui enim bono crucem relinquere ingeniis aut æternum divinationibus indulgere. *Ilio, quæque ibi*, pro *ab Ilio* et *ab iis, quæ ibi.* Vide reliqua apud ipsum. *Ryckius.* Beroaldus ediderat, *igitur aliaque quæ ibi varietate.* Monuit Pichena legi in Ms. Flor. *igitur alio:* unde optime emendavit Freinshemius, *igitur Ilio, quæque ibi varietate* Mallet Heinsius, *ab Ilio.* Idem sensus; *igitur Ilio*, vel ab *Ilio*, et iis omnibus locis, *quæ ibi varietate fortunæ, et nostri origine veneranda, relegit Asiam.* Nec tentandum cum Pichena, *igitur viso Ilio*: nec cum Salinerio, *igitur relegit Asiam, aliaque, quæ ibi varietate, &c.* Brotier. Ryckius et Homer cum Brotiero habent *Igitur Ilio*; Gronovius *alio* vice *Ilio.*

NOTÆ

modo, hist. II. 4. ‘Titus spectata opulentia, donisque Regum, quæque alia lætum antiquitatibus Græcorum genus incertæ vetustati affingit,’ &c.

Igitur aliaque] Sic vett. turbatus locus, aut mutilus. Si turbatus tantum, sic reponito: *Atque illum in regressu sacra Samothracum visere nitentem, aliaque, quæ ibi varietate fortunæ, et origine nostri veneranda, obvii Aquilones depulere. Igitur relegit Asiam.* Sed quæ varietas fortunæ, aut origo Romanorum, in Samothrace? Principem Trojanæ gentis inde; a Trojanis autem Romani. Dionysius l. I. Dardanus facit in hanc insulam venisse, quæ tunc Melane dicta, et pulsum inde sterilitate soli, devenisse in ea Phrygiæ loca, ubi post Troja. Ideo olim Dardania dicta Samothrace, ut Plinius auctor.

Bene ergo *nostri origine*, sed et Varro 2. humanarum, ‘Dardanum Deos penates ex Samothrace in Phrygiam, Æneam ex Phrygia in Italiam advexisse,’ tradidit. Et quædam huic rei suggeret Servius in illud Vatis magni, ‘antiquam exquirite matrem.’

Varietatem fortunæ, vel ad Dardanum refer, vel ad Romanos, qui ex tam parvis magni. Fieri tamen potest, ut mutilus locus sit, fueritque aliquid de Ilio, etiam insertum, fonte non dubio Romulæ gentis. *Lipsius.*

Igitur aliaque quæ ibi] Subscribo uni Freinshemio, cujus ipsa prorsus conjectura olim et mihi nata est: pro *aliaque quæ* sit: *Ilio quæque.* Intelligimus Trojæ reliquias conspectas Germanico, non cum transiret angustias Hellesponti, et ad Στόμα πόντου properaret, ut vult Salinerius (etsi præter ea extrema Asiæ a Lesbo conscendenti, brevis cursus Sestos, et ad Europæum Hellesponti, ac Propontidis latus fuerit,) sed regresso, cum et alia superiora lateris Asiatici eum prælegisse otiosius credibile est.

Ibi forte navibus ad Sigæum appulsis venit ei in mentem de Samothracum Diis venerandis; jamque eo velis et remis tendebat; sed illum e Septentrionum filiis, præcipue quem Trasciam vocant, pertinaciter adversus, ab incepto desistere compulit.

Igitur Ilio, quæque ibi, hoc est, igitur continuato itinere ab Ilio, quod redux a Bosphoro Thracio tenuit, et illis, quæ istic loci, vel quod varia sorte celebris fortunæ ludus fuerunt, nunc splendida regna, nunc rudera, et cadavera civitatum, vel quod inde origo Romanæ gentis descendit, conspecta nec sine sacro horrore, et religione quadam visenda; his, inquam, relictis, ut inceperat, Asiæ oram legere pergit. Ideo relegit. *Gron.*

Igitur alia] Sic in veteribus. Repone: *Igitur Ilio quæque ibi varietate fortunæ*, et repete voces illas supra, *visere nitentem. Igitur* viso *Ilio;* nam

appellitque Colophona,[d] ut Clarii Apollinis[e] oraculo uteretur.[f] Non fœmina illic, ut apud Delphos, sed certis e familiis, et ferme Mileto[g] accitus, sacerdos numerum modo consultantium et nomina audit: tum in specum degres-

suleret. Non mulier illic, ut apud Delphos, sed e certis familiis, et plerumque Mileto evocatus sacerdos, numerum tantummodo interrogantium, et vocabula percunctatur. Tum in speluncam descendens, cum e sacro fonte lympham potavit, rudis ferme

NOTÆ

sæpe sic eandem vocem refert Tacitus ad plura, licet diversa, ut sæpe dixi. Sic igitur intellige, quasi scripsisset: Igitur viso Ilio, et iis quæ ibi varietate fortunæ, et nostri origine veneranda sunt, relegit Asiam, &c.

Et in hoc nulla difficultas, præsertim pro genio Taciti, in quo multa sæpe per mentem suppleri debent; res enim breviter exequitur, et se lectori suffurari gaudet, nisi admodum atteutus sit. Forte scripserat; *Igitur viso Ilio, aliisque quæ ibi varietate fortunæ*, vel quid simile, ita ut vox similis aliam similem ejecerit; sed nobis sufficit, habere verum Taciti sensum, licet aliqua vocula desit.

Ilio] Ilium appulsus est, inspexitque vestigia antiquitatis, quæ ibi monstrabantur, non tantum ob originem Romanorum, quorum majores cum Ænea inde profecti creduntur, veneranda; verum etiam ob varietatem fortunæ, per quam urbs olim florentissima, tum in modici oppidi speciem redacta, ex veteri magnificentia, nihil præter informia rudera præferebat.

[d] *Colophona*] Colophon, urbs Ioniæ provinciæ ad oram maris Ægæi, in Asia minore. Hodie non est amplius. *Tillemon.*

Colophona Clarii] Claros navale Colophoniorum. Pliuius II. 103. ' In Apollinis Clarii specu lacuna est, cujus potu mira redduntur oracula, bibentium breviori vita.' Plin. v. 29. et VI. ' Epheso Manteium aliud Colophoniorum, et intus ipsa Colophon, Haleso affluente: inde Apollinis Clarii fanum.' Tertull. de Anima. ' Lymphaticos efficit Colophonis scaturigo dæmoniaca.' Euseb. de præp. Evang. II. 5. ' Castalius et Colophonius fontes.'

[e] *Clarii Apollinis*] Apollinis Clarii fanum, et specus fuit in Colophone oppido Ioniæ provinciæ, ex Plinio II. 103. et v. 29. *Tillem.*

Clarii Apollinis oraculo] Strabo tamen, qui huic ætati compar, ita loquitur de hoc oraculo, tanquam nullum tunc fuerit: Κολοφὼν πόλις Ἰωνικὴ, καὶ πρὸ αὐτῆς ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν ποτε παλαιόν: ' Colophon urbs Ioniæ, et prope ipsam lucus erat Apollinis Clarii, in quo et olim erat oraculum vetus.'

[f] *Oraculo uteretur*] Dixit Græcorum more, *uti oraculo*, pro *oraculum consulere*: illi enim dicunt χρῆσθαι. Ac mihi videtur exoticum illum sermonem Græcorum imitari voluisse, novitatis aucupio gratiam elocutioni quærens. *Turnebus.*

[g] *Mileto*] Miletus urbs maritima Ioniæ provinciæ, in Asia minore. Hodie in ruinis jacet. Vocatur *Palastchia;* est in præfectura Natoliæ ad Archipelagum; sub Turcico imperio Asiatico. Ex itinerario I. Spon. *Tillem.*

sus, hausta fontis arcani aqua, ignarus plerumque literarum[h] et carminum, edit responsa versibus compositis super rebus, quas quis mente concepit:[i] et ferebatur, Germanico per ambages,[j] ut mos oraculis, ‘maturum exitium’[k] cecinisse.

55. At Cn. Piso, quo properantius destinata inciperet, civitatem Atheniensium, turbido incessu[l] exterritam, oratione[m] sæva increpat, oblique Germanicum perstringens, ‘quod, contra decus Romani nominis, non Athenienses,[n] tot

literarum et versuum, promit responsa, stricta oratione, de rebus, quas quis animo agitavit; et dicebatur Germanico properam mortem *prædixisse, per ænigmata, ut oraculo solent.*

At Cn. Piso, quo citius aggrederetur ea quæ struebat animo; ingreditur *urbem Atheniensium, turbulentoque agmine perculsam, verbis atrocibus incusat, indirecte Germanicum incessens,* quod præter dignitatem Romani nominis, nimia urbanitate demeruisset, non *priscos illos* Athenienses et tot casibus exitiisque de-

NOTÆ

[h] *Ignarus plerumque literarum*] *Liberalium* studiorum: alii tamen accipiunt pro ipsis *elementis.*

[i] *Mente concepit*] Nutu oracula reddebant, ut sola mente consulebantur. Sic et ipse Ammon hircino capite et pelle amictus, multis cærimoniis celebratus. Hunc sacerdotes cum responsa peterent, aurato navigio vectare, et patrium carmen canere, eoque propitiato petentibus responsa dare solebant, quæ non verbis, sed nutu, signisque subobscuris ab Ammone edebant.

[j] *Per ambages*] Virgil. ‘Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla Horrendas canit ambages, antroque remugit, Obscuris vera involvens.’

[k] *Maturum exitium*] Immo immaturum fuit et acerbum exitium; certe immaturo fato abreptus est Germanicus, nempe tertio et trigesimo ætatis anno, sed *maturum* fuit exitium, si spectes tempus mortis, quod prope instabat, si festinatam ante tempus, et maturatam perniciem consideres. Sed tamen etiam immaturum, et acerbum illud funus, si naturam intueris, si ætatem qua periit spectes.

[l] *Turbido incessu*] Noster Jurisconsultus in L. Observare de offic. Procons. D. ‘Recte,’ inquit, ‘et ordine faciet, si edictum decessori suo miserit (loquitur de Proconsule) significetque quo die fines sit ingressurus. Plerumque enim incerta hæc, et inopina turbant provinciales.’

[m] *Oratione*] Quam habuit pro concione apud populum, puto, in theatro, ut mos Græciæ fuit, nec tot tantaque flagitia ipsis exprobrare potuit, nisi oratione perpetua.

[n] *Non Athenienses*] Plutar. in Sylla. ‘Sero tandem vix misit de pace duos vel tres compotorum suorum, quibus, cum nihil salutare afferrent, sed tantummodo Theseum et Eumolpum et Medorum bella jactarent, Sylla, Abite, inquit, o boni homines, et sermones istos vobis servate. Ego enim non philologus Athenas missus sum, sed vindex, et subversurus eos qui ad hostem defecerunt.’

cladibus extinctos,[o] sed colluviem[p] illam nationum, comitate nimia coluisset: hos enim esse Mithridatis adversus Syllam, Antonii adversus D. Augustum socios.' Etiam vetera[q] objectabat, quæ in Macedones improspere, violenter in suos[r] fecissent: offensus urbi propria quoque ira; quia

letos, sed fœdam illam coitionem gentium; quippe hos esse socios Mithridatis contra Syllam, et Antonii adversus Augustum. *Prisca quoque exprobrabat, quæ adversus Macedonas infeliciter, immaniter in suos egissent: infensus civitati proprio etiam odio, quod obtestationibus suis non donarent quendam Theophilum,*

NOTÆ

[o] *Extinctos*] Idem Plut. in Sylla: 'Cum decus veterum Atheniensium celebrasset Sylla, dixit se gratificari, seu condonare quidem multos paucis, vivos mortuis:' quæ certe explicant ea quæ supra Tacitus habet c. 53. 'vetera suorum facta dictaque præferentes:' quod præcipue intelligo de Atheniensibus, qui sibi uni pacis bellique artes vindicarunt.

Extinctos] Nam post tot clades nihil veteris verique Atheniensium sanguinis superesse; sed variarum nationum, quæ eo confluxerint, fœdam colluviem, quæ nunquam fida Romanis fuerit, sed modo cum Mithridate adversus Syllam, modo cum Antonio, &c.

[p] *Colluviem*] Justinus II. 6. 'Quippe non advenæ, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit: sed eodem innati solo, quod incolunt, et quæ illis sedes, eadem origo est.'

Colluviem] Sic vocat Athenienses, vel quia revera confluxerant Athenas multi Barbari opportunitate portus marisque, seque societate et nuptiis, veris veteribusque familiis se immiscuerant; vel quia tum degeneraverant illi a fama, virtute, doctrinaque et ceteris bonis artibus veterum Atheniensium.

Sicque illos opponit, cum vocat *colluviem*, priscis illis Atheniensibus, qui se *αὐτόχθονας* dicebant, id est, procreatos in ipsa, seu ex ipsa eadem terra quam incolerent; ita ut nulla commixtione aliorum populorum infecti aut contaminati, sed sinceri essent, genuinique populi; et, ut habet Tacitus de Germanis c. 3. 'Germaniæ populos nullis aliarum nationum connubiis infectos, propriam et sinceram, et tantum sui similem gentem extitisse arbitrantur.'

Constat autem nullos socios olim admisisse in urbem veteres Athenienses, et paucos civitate sua donasse, nec cum extraneis fœminis matrimonio copulatos, alioqui pueri ex iis procreati, nothi, et illegitimi habebantur.

[q] *Vetera*] Obsoletaque crimina iis objiciebat; quod nimirum per superbiam, atque contumaciam adversus Macedonum Reges, imperium, opes, denique libertatem amiserint.

[r] *Violenter in suos*] De qua re legendus Valer. Max. v. 3. 'Lucet Marathon Persicis tropæis: Salamis et Artemisium Xerxis naufragia numerantur: prævalidis manibus exhausta mœnia, pulchrioribus operibus consurgunt: harum rerum auctores ubi vixerint, ubi jacent, responde. Nempe Thesea parvulo in scopulo sepeliri, et Miltiadem in carcere mori, et Cimona paternas induere catenas, et Themistoclem victorem victi hostis genua complecti, Solonemque cum

Theophilum quendam, Areo judicio[s] falsi damnatum, precibus suis non concederent. Exin navigatione celeri per Cycladas,[t] et compendia maris, assequitur Germanicum apud insulam Rhodum, haud nescium quibus insectationibus pe-

Areopagitarum decreto, falsi condemnatum. Deinde propera navigatione per Cycladas, qua brevissimum mari iter erat, attigit Germanicum Rhodi, haud ignarum quibus probris lacessitus foret: sed is adeo leniter se gerebat, ut cum sæviente pro-

NOTÆ

Aristide et Phocione penates suos ingrata fugere coëgisti, cum interim cineribus vestris fœde ac miserabiliter dispersis, Œdipodis ossa, cæde patris, nuptiis matris contaminata, inter ipsum Areopagum, divini atque humani certaminis venerabile domicilium, et excelsis præsidiis Minervæ arcem, honore aræ decorata, quasi sacrosancta colis.'

[s] *Areo judicio*] Græce Ἄρειος πάγος, Martius vicus, vel Colliculus: id nomen, teste Pausania in Atticis, adeptus, quod Mars ibi primus, Halirrhotio interfecto, judicio se sistere fuerit coactus.

Hic senatus Areopagitarum, quem velut alteram anchoram populari imperio adhærere voluerat Solon, judicium exercebat 'de cæde, vulnere de industria facto, de incendio, veneno,' si quis, eo dato, necem attulisset, 'et parricidio;' iis tamen exceptis, qui 'adulterum' deprehensum cum uxore 'interfecissent.'

Præcipue vero 'de impietate,' sicut apparet ex eo, quod de Theodoro illo Atheo narrat Laërtius. Refert idem Socratem ab Areopagitis damnatum, quod non eosdem atque civitas Deos putaret, et nova numina inveheret.

Fuit hæc curia judicum Atheniensium sita non procul Acropoli, nempe circiter προπύλαια, quæ vocant, ut testatur Pausanias: ideoque *Areopagus* vocata est, quasi *Martius collis;* vel quod Marti consecratus esset collis iste, vel quod primus Mars (ut fabulantur) cædis causam in eo judicio dixisset.

Antequam actio intenderetur, cogebantur actor et reus gravissimo se jurejurando obstringere, et bis inde causam orare.

Judices autem sedebant in duobus 'argenteis scabellis,' quorum unum, teste Pausania, 'contumeliæ,' alterum 'impudentiæ' dicebant, atque ita noctu et sub dio, summo cum silentio, audiebant causas, ademta conciliandorum affectuum facultate, ne judicum animus a norma recti deflecteret. Nemo judex recipiebatur, nisi nobilitatis et virtutis probatæ; nemo, nisi qui magistratu fungeretur aut functus esset; in quibus ipse 'Rex sacrorum,' sed deposita corona, judicabat.

Areo judicio] Lego *Areo judicio*, hoc est, judicio Arei pagi, τῇ ἀρείῳ κρίσει. Dicasterii notum nomen est apud Athenas, ἀρειόπαγος, ubi capitales causæ cognoscebantur. *Rhenanus.*

[t] *Per Cycladas*] Cyclades, insulæ Achaiæ provinciæ Græciæ, in mari Ægæo. Hodie Franci vocant les Cyclades; sunt in Archipelago, et sub præfecto maris, sive insularum, in Turcico imperio Europæo. *Tillem.*

Cycladas] Cyclades insulæ maris Ægæi numero 50. sic dictæ quod veluti circulum inter se faciant; aliis 54. Quæ una cum Sporadibus dicun-

titus foret: sed tanta mansuetudine agebat, ut, cum orta tempestas raperet in abrupta, possetque interitus inimici ad casum referri, miserit triremes, quarum subsidio discrimini eximeretur. Neque tamen mitigatus Piso, et vix diei moram perpessus, linquit Germanicum prævenitque: et, postquam Syriam ac legiones attigit, largitione, ambitu,[u] infimos[1] manipularium juvando, cum veteres Centuriones,[v] severos Tribunos, demoveret, locaque eorum clientibus suis vel deterrimo cuique attribueret, desidiam[w] in castris, licentiam in urbibus, vagum ac lascivientem per agros militem sineret, eo usque corruptionis profectus est, ut sermone vulgi 'parens legionum' haberetur. Nec Plancina se intra decora fœminis tenebat; sed exercitio equitum,[x] decursibus cohortium interesse:[y] in Agrippinam, in Germanicum contumelias jacere: quibusdam etiam bonorum militum ad mala obsequia promtis, quod, 'haud invito Imperatore ea fieri,' occultus rumor incedebat.

cella, in scopulos abriperetur Piso, *possetque exitium infensi* hominis *in fortunam refundi, miserit naves, quarum ope periculo eriperetur. Neque propterea placatus Piso, et vix* unius *diei spatium morutus, deserit Germanicum, prævertitque; et ubi Syriam ac legiones assecutus est, liberalitate et ambitione vilissimos caligarum fovendo, cum vetustos centuriones, et disciplinæ tenaces tribunos depelleret, muniaque illorum amicis et fautoribus suis, vel pessimo cuique concederet, inertiam in castris, lasciviam in oppidis, palabundum ac procacem in agris militem permitteret, eo usque depravationis venit, ut* fama *et rumore plebis* pater legionum *æstimaretur. Nec Plancina se continebat intra ea quæ decent matronas, sed exercitationi equitum, decursionibus cohortium assistere* cœpit, *inque Agrippinam, et Germanicum convitia effundebat: nonnullis etiam proborum militum pronis ad mala officia, quia secreta fama spurgebatur* ea sic agi, non improbante principe.

1 Homerus *infirmos.*

NOTÆ

tur, l'Isule delle Arcipelago.

[u] *Largitione, ambitu*] Nullo ambitionis genere abstinuit, quo militem sibi conciliaret; sed muneribus, comitate, alloquiis, ostentatione curæ, quam pro eo gereret, quamque solicite rationem ejus haberet, adjuvando etiam infimos, &c.

[v] *Veteres Centuriones*] Veteres militiæ centuriones removebat, ut novos in illorum locum substitueret, hacque arte clientes proveheret, sibique sic plures conciliaret, devinciret.

[w] *Desidiam*] Patiendo ut miles in castris sine labore et opere, in urbibus licenter ageret, per agros autem suo arbitratu vagaretur, ita corrupit, &c.

[x] *Exercitio equitum*] Nam et decursionibus equitum peditumque, cum nempe turmæ, cohortesve itinere et cursu exercerentur, interesse solebat.

[y] *Decursibus cohortium interesse*] A-

56. Nota hæc Germanico; sed præverti ad Armenios[z] instantior cura fuit. Ambigua gens[a] ea antiquitus hominum ingeniis et situ terrarum,[b] quo, nostris provinciis late prætenta,[c] penitus ad Medos[d] porrigitur; maximisque imperiis interjecti, et sæpius discordes sunt, adversus Romanos odio et in Parthum invidia. Regem illa tempestate non habebant, amoto Vonone: sed favor nationis inclinabat in Zenonem, Polemonis Regis[e] Pontici[1 f] filium, quod is, prima ab

Comperta hæc Germanico erant, *sed festinare in Armeniam impensior solicitudo fuit. Incerta ea natio jam olim, et hominum indole, et natura locorum: eo situ posita regio, quo* nempe *provincias nostras late contingit, et penitus ad Medos extenditur, sicque inter validissimas dominationes locati, etiam plerumque dissentiunt, offensione in Romanos, et æmulatione adversus Parthos. Rex eo tempore nullus erat, deturbato Vonone; sed studia gentis prona in Zenonem filium Polemonis regis Ponti, quod is a primis annis mores et ingenia institutaque Armeniorum*

1 Frustra tentat Lipsius, *regis Ponti.* Cf. Anal. XIII. 49. Hist III. 47.

NOTÆ

lia hæc decursio ab illa funebri, de qua dixi. Nam hæc exercitatio fuit solita usurpari ter quot mensibus, ex institutione divi Augusti. Vegetio 'campicursio' dicitur: quem vide I. 27. et III. 4.

Campestris decursio Suetonio, in Galba: 'campestrem decursionem scuto moderatus:' in Nerone; 'Indictaque decursione prætorianus scutum sua manu prætulit.' Et sane indecorum, fœminam in his spectari, et velut moderari.

[z] *Præverti ad Armenios*] Ita infra: 'aut si quando ad interna præverterent.' Curtius VI. 'Tamen ad Satisbarzanem opprimendum præverti optimum ratus.' Apuleius Apol. l. XI. 'Nunc tempus est ad epistolas Pudentillæ præverti.' Plautus, et Livius quoque, sed sine præpositione.

[a] *Ambigua gens*] Armenii, ob mobilitatem ingenii situmque locorum, jam olim neutri parti firmiter addicti sunt, sed inter duo maxima imperia positi, modo cum Parthis, modo cum Romanis, simultates exercent. Romanos ut alienigenas odio habent, et gloriæ potentiæque Parthorum, quamvis vicinorum et consanguineorum, invident; et licet neutri potestati pares sint, tamen pro ingenio sæpe negotium utrique exhibere possunt, quia duobus æmulis imperiis interjecti, semper adversus vim unius, opibus alterius proteguntur.

[b] *Hominum ingeniis et situ terrarum*] Opponit terras ingeniis hominum, quæ varia variis locis. Tertul. lib. de anima: 'Thebis hebetes et brutos nasci relatum est, Athenis sapiendi discendique acutissimos, ubi penes Colytum pueri mense citius eloquuntur præcoce lingua, comici Phrygas timidos illudunt. Sallustius vanos Mauros, et feroces Dalmatas pulsat; mendaces Cretas etiam Apostolus inurit.'

[c] *Nostris provinciis late prætenta*] Sic Virg. dixit, 'Prætentaque Syrtibus arva.' Et Valer. v. Argonaut. 'Horruit immensum Ponti latus, horruit omnis Armeniæ prætentus Iber.'

[d] *Medos*] Media regio Asiæ maxima inter Armeniam majorem, Parthiam, atque Hyrcaniam, mare Caspium attingens; vulgo *Servan.*

[e] *Polemonis regis Pontici*] Melius,

infantia, instituta et cultum Armeniorum[g] æmulatus, venatu, epulis et quæ alia barbari celebrant, proceres plebemque juxta devinxerat. Igitur Germanicus in urbe Artaxata,[h] approbantibus nobilibus, circumfusa multitudine, insigne regium[i] capiti ejus imposuit: ceteri venerantes Regem, *Artaxiam*[j] consalutavere; quod illi vocabulum indiderant

imitatus, venatione, conviviis, quæque alia barbari æmulantur, primores, populumque sibi perinde conciliarat. Itaque Germanicus in oppido Artaxata, assentientibus proceribus, et circumstante plebe, diademate caput ejus redimivit, ceteri adorantes regem, Artaxiam *appellavere, quod illi nomen imposuerant ex vocabulo civitatis.*

NOTÆ

regis Ponti. Polemo autem Zenonis Rhetoris filius ad regnum pervenit concessu Antonii et Augusti: de quo vide Dionem in actis anni DCCXXIX. Uxorem habuit Pythodorim: quam mire a prudentia aliisque virtutibus laudat Strabo, et quæ nunc, mortuo marito, præerat rebus regni.

Polemoni illi filius item Zeno, qui nunc Armeniæ datus rex. Strabo l. XII. τῶν δὲ τῆς Πυθοδώριδος υἱῶν, ὁ μὲν ἰδιώτης συνδιώκει τῇ μητρὶ τὴν ἀρχὴν, ὁ δὲ νεωστὶ καθίσταται τῆς μεγάλης Ἀρμενίας βασιλεύς: 'Filiorum Pythodoridis, ille quidem privatus regebat imperium, simul cum matre, alter vero nuper rex Armeniæ majoris constitutus est.'

[f] *Pontici*] Pontus, pars septentrionalis Cappadociæ regionis late sumtæ, et ad pontum Euxinum, in Asia minore peninsula. Hodie hic sunt præfecturæ Siwas, et Trebisonde, in parte Septentrionali et orientali Natoliæ peninsulæ, sub Turcico imperio Asiatico. Ex chartis Sansonis. *Tillem.*

[g] *Armeniorum*] Illi inter vim et opes utriusque imperii, Rom. et Parthici, ambigui ingenio, ut et fide; inde et inter se dissentiunt, cum alii pro Parthis, alii pro Romanis sentiant, vel etiam toti in utramvis partem rapiuntur, etiam quandoque in neutram partem proni: sed ambigui quoquomodo trahuntur, vel vi Parthorum, vel opibus Romanis. Hoc situs terrarum facit, et ut situs locorum est, ita et ingenium mortalium. Sic et fere nunc etiam ambigui inter Turcas et Persas agunt: nec enim genius loci aut gentis, temporibus mutatur.

[h] *Artaxata*] Urbs Armeniæ majoris. Hodie Karasbag, urbs provinciæ Iran; seu Karasbag in regno Persiæ: ex chartis Gulielmi Sanson. *Tillem.*

[i] *Insigne regium*] Zenonem itaque regem Armeniæ dedit Germanicus, sed sine ullo, ut vides, bello: addo, nec metu belli. Mirum igitur a Suetonio scribi, Calig. c. 1. Germanicus 'ad componendum Orientis statum expulsus, cum Armeniæ Regem devicisset, Cappadociam in provinciæ formam redegisset, Antiochiæ obiit.' Quem, sodes, ille regem devicit? auctoritate tota res perfecta, non armis. Videbar apposite corrigere, *dejecisset.* Sed nec id plene verum; quia Vonones a Silauo dudum regno amotus, ante Germanici adventum. Itaque corrigas potius, *regem dedisset.* Lipsius.

[j] *Artaxiam*] Forte mutabant nomen, cum reges salutabantur, vel novum nomen honoris causa sibi ascribebant; igitur iste Zeno consalutatur *Artaxias* ex nomine urbis *Artaxata*, in qua diademate redimitus est. Quid refert unde, aut a quo nomen illud acceperit urbs Artaxata? sic

ex nomine[2] urbis.[k] At Cappadoces,[1] in formam provinciæ

At Cappadocibus ad provinciæ instar constitutis impositus est. Q. Veranius lega-

2 Mallet Jac. Gronovius, *ex conditore urbis,* vel *ex nomine conditoris urbis.* Perperam. Urbs enim Artaxata Artaxiæ regi ab Annibale condita est, Ἀρτάξατά τε, ἣν καὶ Ἀρταξιάσατα καλοῦσιν, Ἀννίβα κτίσαντος Ἀρταξίᾳ τῷ βασιλεῖ, Strabo, XI. p. 528. Ob eam causam, ut videtur, dixit Tacitus, *ex nomine urbis.* In ed. Societ. Bipont. post Freinshemium ad Curt. VIII. 12. monetur, populis Asiaticis hunc fuisse morem, ut regibus suis ab urbe primaria nomen adderent. B. C. II. vi. 61. *Brotier.* Vix inducor, ut a Taciti manu profecta credam ultima verba. Nam Zeno *Artaxias* appellatus non ab urbe *Artaxata*, ut hic dicitur, sed a conditore regni, seu primo Armeniæ rege *Artaxia*, qui ex Præfecto Antiochi Magni Romanorum favore Rex Armeniæ factus, Artaxata urbem per Hannibalem condidit, teste Strabone l. XI. *Ryckius.*

NOTÆ

ornatur urbs, ornatur et novus rex, qui antea Græculi nomen habuit ; id non parum conferebat ad favorem et amorem civium, qui nomine primariæ suæ civitatis eum decoratum voluerc.

Artaxiam] Regem salutaverunt Artaxiam appellantes ex nomine urbis, quæ regni caput erat. Sic enim apud illos more receptum est. *Freinsh.* Immo et urbs illa *Artaxata*, de qua hic sermo est, sic appellata fuerat a Rege, qui illam condidit. Hæc appellatio honore reciproco attributa olim urbi, de nomine regis conditoris, dein et nomen novo Regi ex vocabulo urbis datum.

[k] *Ex nomine urbis*] Mirum, cum jam ante plures reges eo nomine fuerint: et urbs ipsa potius nomen habuit ab aliquo regum, uti Tinagrocerta. *Lipsius.*

Sic etiam hodie mutant primum suum nomen Reges Persarum, si quando propter calamitatem aliquam populi, vel etiam ob morbum in quem apti incederint, rursus inaugurantur, ex consilio Chaldæorum, seu Magorum, qui continui in aula principis. Sicque veluti nova auspicia, et quasi magis fausta capientes, aliud nomen assumunt; sicque tanquam novi Reges, et veluti novo regno cum illo nomine accepto, se feliciores in futurum fieri arbitrantur.

Forte aliqua simili causa inditum tale novum nomen novo Regi Armeniorum, eo die quo inaugurabatur, vel ut sic in vulgus favor cresceret.

[1] *Cappadoces*] Cappadocia regio est Asiæ ampla, ad mare Euxinum, inter Galatiam et Armeniam, usque ad Ciliciæ fines extensa, Tauro monte separante. Urbes olim celebres Trapezus, Comana, Pontica, Comana Cappadociæ, Amasea, Cæsarea, Tyana, Sebaste : hodie florent *Amasia*, *Trapezus*, *Nicopolis* et *Neocæsarea* in regione, quam vocant *Toccato.*

At Cappadoces] Nec satis tutum fuit præficere Equitem regioni nuper in provinciam redactæ. Itaque pretium fuit initio illi imponere legatum, seu prætorem : attamen postea forte committi potuit Equiti, præsertim sub Caligula, cujus imagines et signa legionum veneratus est Artabanus, Parthorum rex, iteniqne sub Nerone Vologeses.

Sed postea cum dissiderent vicini Cappadociæ Arminii inter Parthos Romanosque, legiones et consularem virum imponere necessum fuit, quod et fecit Vespasianus.

redacti, Q. Veranium[m] Legatum aecepere:[n] et quædam ex regiis tributis deminuta, quo mitius Romanum imperium speraretur.[o] Commagenis Q. Servæus præponitur, tum primum ad jus Prætoris[p] translatis.

57. Cunctaque socialia prospere composita non ideo lætum Germanicum habebant, ob superbiam Pisonis, qui, jussus partem legionum ipse aut per filium in Armeniam ducere, utrumque neglexerat. Cyrri[q] demum, apud hyberna decimæ legionis, convenere, firmato vultu, Piso adversus metum,

tus, et nonnulla ex regiis vectigalibus demta, quo leniorem dominationem Rom. sperarent. Q. Servæus præficitur Comagenis, tum primum transductis ad potestutem prætoris.

Omnesque res sociorum feliciter ordinatæ non ideo tumen gaudio Germanicum afficiebant, propter urrogantiam Pisonis, cui eum imperatum esset, ut partem legionum in Armenium ipse duceret, vel per filium, utrumque spreverat. Denique Cyrri apud præsidia decimæ legionis invicem occurrere,

NOTÆ

[m] *Q. Veranium*] De quo vir doctus sic habet: Videtur ergo Onosander, qui sub Romanis vixit ætate, ut sentio, Neronis, qui etiam opus suum homini Rom. Q. Veranio dedicavit, quem Veranium eum esse suspicor, cum doctis viris, qui Didio Gallo, in rebus Britannicis, successit. *Salmas.*

[n] *Legatum accepere*] *Legatum*, nonne id est, *Prætorem*, sive *Proprætorem*? ita enim dicti, qui in Cæsaris provincias missi: et hos omnes legi reperio e Senatu. Si ita est, quis Dionem nobis conciliet, super eadem re scribentem? 'Secundum hæc, et Cappadocia Romani juris facta, et equiti regenda permissa.'

Si enim Equiti, quomodo Legato? Fateor in minores provincias sæpe Equites missos, immo et Libertos, sed cum *procuratorum* titulo, non *legatorum*. Tamen a Dione et Tranquillus est, in Vesp. c. 8. 'Cappadociæ, propter assiduos Barbarorum incursus, legiones addidit, consularemque rectorem imposuit pro Equite Romano.'

Ego censeam primo quidem Legatum impositum, sed post id mutasse; Dionem autem oculos habuisse in eo quod obtineret, non quod obtinuisset. *Lipsius.*

[o] *Speraretur*] Nota τὸ *speraretur* ironice dictum. Nam frustranea, atque irrita spes plebis, ut 'ad nova ferme imperia.' Nam mutato statu 'magis alii homines quam alii mores:' eadem incumbunt onera, et semper gravia populis magna imperia.

[p] *Ad jus Prætoris*] Verius esset, *Proprætoris:* sed ista miscentur, et passim in Tacito *Prætor*, *Proprætor*, *Legatus*, in munere eodem. Strabo ad hanc rem: 'Commagene, modica regio, urbem munitam habet Samosata, in qua Regia fuit: nunc in provinciam redacta est.'

Ne moveat te, quod Suetonius provinciam eam factam primum vult a Vespasiano c. 8. Quia Caligula 4. regibus eam iterum tradiderat, ut narrat Dio 59. 'Antiocho,' inquit, 'Antiochi filio Commagenem paternum regnum adjectis Ciliciæ maritimis dedit.' Uti ergo Caligula Tiberii, sic Caligulæ decretum Vespasianus rescidit.

Germanicus, ne minari crederetur: et erat, ut retuli, clementior: sed amici, accendendis[r] offensionibus callidi, intendere vera, aggerere falsa, ipsumque et Plancinam et filios[t] variis modis criminari:[s] postremo, paucis familiarium adhibitis, sermo cœptus[t] a Cæsare, qualem ira et[z] dissimulatio[u] gignit:

ore composito, Piso contra formidinem, Germanicus ne minitari videretur: et erat, ut memoravi, mitior ille ; *sed familiares incitandis odiis astuti, augere vera, accumulare mendacia, ipsumque et Plancinam et liberos diversis modis incusare: demum paucis intimorum ascitis* arbitris, *colloquium incepit Cæsar, quale odium et*

---

1 Male tentat Lipsius, *et filium.* De Pisonis filiis, quos variis modis criminari potuit, vide infra Annal. III. 16.—2 Male Murctus, *iræ dissimulatio.*—

NOTÆ

[q] *Cyrri*] Cyrrus, et forte Cybros, urbs Cyrrhisticæ regiunculæ, in Syria provincia ; hodie *Quennaserin*, aut *Bogras*, oppidulum præfecturæ Aleppi, in Souria Turcici imperii Asiatici regione ex Plinio v. 23. Ptolemæo IV. 15. et chartis Sansonis. Plin. de la Rue et Janssonii. *Tillem.*

[r] *Accendendis*] Quanquam miti esset ingenio Germanicus, tamen amici ipsius comitesque, ut solet fieri, privati commodi odiique causa gandebant simultatibus istis, et offensiones callide augere noverant: partim exaggerando quæ facta erant: partim etiam quæ non facta erant, fingendo, variisque criminibus insectando Pisonem, &c.

[s] *Et filios variis modis criminari*] Hæc de dissidio et calumniis inter Pisonem et Germanicum, quique partium utriusque ibi erant. Sed quomodo filios criminantur? sane unus ibi 'M. Piso' filius: et 'Cnæus' alter, 'omne hoc tempus in urbe egit,' quod ipse Tacit. infra l. III. scripsit, nec paternæ fortunæ aut crimini potuit adjungi. Vide an non *filium;* nisi et Cnæus Romæ aliquid in Germanicum ; aut criminati universe sunt filiorum superbiam, contumaciam, aut talc. *Lipsius.*

Et filios] *In sirpo nodum* quærunt: oratorie id dictum Tacito. Sufficiebat alterum ex filiis incusari, ut sic loqueretur auctor noster. Sic etiam vulgo loquimur cum de parte, cum de uno tantum filio agitur; præsertim cum per odium aut contemtum quidpiam dicimus. Nec cuncta historici ad pondus verborum, sed potius rerum examinanda sunt, et potius intelligenda, 'ut sunt, quam ut dicuntur.'

Filios] A. Gellius II. 13. 'Antiqui oratores, historiæque aut carminum scriptores, etiam unum filium filiamve, liberos, multitudinis numero appellarunt.'

[t] *Sermo cœptus*] Exorsus est sermonem, qualis proficisci solet ex animo qui æger ira, et tamen commotione sua dissimulanda occupatus est.

[u] *Qualem ira et dissimulatio*] Legunt *qualem iræ dissimulatio:* sed frustra. Nam *iræ dissimulatio* talis potest esse, ut frontem et verba præferat summopere amantium: at *ira* et *dissimulatio* est, ubi insignis et nota ira sic insigni comprimitur animo, ut identidem erumpat, ac sese male tegat.

Accipe igitur; qualem vicissim nunc ira, nunc ejus dissimulatio gignit. Qualis solet alternari, inter eos, qui eodem tempore, eodemque con-

responsum a Pisone precibus contumacibus,[v] discesserunt-que[3] apertis odiis:[4 w] postque rarus in tribunali Cæsaris Piso,

dissimulatio suggerit. Respondit Piso, quulia supplex, simulque et pervicax; abieruntque pressis et reconditis odiis, et postea raro conspectus apud tribunal Cæsaris

3 Homerus *discesserant.* — 4 Lipsius scribit *apertis:* atque ita legendum esse multa evincunt: primo sermo Germanici, quem ad Pisonem habuit; *qualem ira et dissimulatio gignit:* dein Pisonis *preces contumaees:* rara Pisonis in tribunali Cæsaris præsentia: austeritas, et diversa semper a Germanico sententia. Ut taceam innatam utrique indolem vulgatam lectionem refutare, simplicitatem dico Germanici et Pisonis ferociam, quæ utraque minus apta *odiis opertis* seu obscuris. *Ryckius.*

NOTÆ

gressu, frænos iracundiæ modo relaxant, modo adducunt. *Gronov.*

Qualem ira] Non alternatim, ut vult interpres, sed qualem simul ira et dissimulatio gignit; id est, qualem sermonem, ira, sed simulata; qualem ira operta per simulandi artem gignit; quippe iram suam erumpere non patitur Cæsar.

Irascebatur Germanicus, sed iram leniebat et dissimulabat, ne ferocem et vecordem hominem magis irritaret. Germanicus iram tegit, premitque vultu; alter precibus agit, ut apud Cæsarem, et supplex aliquatenus pervicaciam celat, ideoque ambo 'discesserunt opertis odiis.'

[v] *Precibus contumacibus*] Illa contraria videntur, et revera sunt, *contumacia*, ac *preces.* Sed ea opposita loquendi ratione uti amat Tacitus, et singularem non elegantiam modo, sed vim etiam habet in iis, sive moribus sive ingeniis, sive factis sive dictis describendis, in quibus diversas ob causas diversa et contraria concurrunt, et aliquid ex utrisque mixtum est.

Ita hic, sic *preces contumaces;* sic initio hujus libri, 'segnis equorum cura.' l. I. 'arrogans moderatio.' Ann. IV. 'ignoti ex fama:' faciunt etiam huc ista; 'sermo cœptus a Cæsare, qualem ira et dissimulatio gignit:' hoc ipso libro: 'pro Plancina cum pudore et flagitio disseruit.' Et 'adeo vertit, ac miscuit iræ ac clementiæ signa,' Annal. III. et alia ejusmodi infinita.

Precibus contumacibus] Ut Jupiter apud Nasonem 'precibusque minas regaliter addit:' quibus petebat Piso, ne ea, quæ Reip. causa, et ex instituto egisset, in suam contumeliam verteret, (ut Pompeius apud Cæsarem initio belli civilis) simul demonstrabat, si tamen id faceret, atque indignaretur, se id, susque deque ferre, ut Cicero ad Appium, Epist. fam. III. 7. Forsan adjiciebat scire velle, quot sibi sint domini: Tiberio putasse soli rationem actorum reddendam. *Gronov.*

[w] *Apertis odiis*] Vulgo *opertis:* eruditissimus vir (Lipsius) *apertis.* Ego ne queo videre, quo pacto odia ab eo aperiantur, cujus sermo est, 'qualem ira et dissimulatio gignit:' neque facile persuadear, illum simultatis affectus effudisse, qui precibus contumacibus objecta sibi deprecatur, 'responsum a Pisone precibus contumacibus.'

Uterque igitur, (quantum in se fuit) odia tunc dissimulavere: verum iis invitis emicuerunt quædam scintillæ animi alienati, quem postea Piso detexit, qui alioquin iræ potens non erat. 'Rarus in tribunali Cæsa-

NOTÆ

ris Piso, et si quando assideret, atrox, et dissentire manifestus.' *Salinerius.*

Quod ad vocem *opertis*, mihi quidem Lipsii conjectura valde probatur. Nam ex antecedentibus et sequentibus mutuo odia satis declarantur; nec ideo *aperta* dicuntur, quia Germanicus et Piso ea patefecerint, inimicitiamque indixerint; sed quoniam ipsis inter se, et eorum amicis manifesta erant, licet ab utrisque male dissimularentur. Alteram tamen vocem non sperno, quæ et in se commodum sensum habet. *Pich.*

Cum ita restet in autographo unico, haud id temere solicitaverim, facto ex *opertis* contrario ejus *apertis*. Si enim tunc odia palam profitebantur, cur infra sequitur? cap. 70. 'componit epistolas, quis ei amicitiam renuntiabat:' extatque diserte Ann. VI. 29. hujusmodi demum amicitiarum diremtionem, 'finem gratiæ ponere.' *Gruterus.*

Scio 'offensarum operta' in III. histor. Attamen omnino Lipsio subscribo, et plane alterum τὸ *opertis* alienum puto. Naturaliter enim evenit, ut ex hujusmodi colloquiis, inter ingenia præsertim dissociabilia, exeant professi inimici. Et tum quæ præcedunt, tum quæ sequuntur, alterum firmant.

Si odiis opertis discessissent, lenes querelas expurgatio, hanc ejus qualiscumque acceptio, et rursus aliqua mutuæ fidei species, solicitosque vultus læti excepissent. At hic sermo ira et dissimulatione mixtus, dein preces arrogantes ac nihil cedentes, quid possunt gignere aliud quam odia retecta et apparentia?

Jam si nolebat sciri Piso se cum Germanico in gratia non esse, cur rarus in tribunali Cæsaris? cur ansterus? cur diversa semper sententia? stultitiam Cicero vocat 'in obscuro odio apertas inimicitias ostendere,' Epist. fam. III. 10. Denique innata utrique indoles, hoc est, et simplicitas Germanici, et ferocia Pisonis, satis refutare vulgatum videntur.

Quæ Gruterus urget, ad ea responsio facilis. Aliud e colloquio *discedere odiis apertis*, hoc est, ita ut alienatorum animorum signa satis apparuerint; aliud denuntiare inimicitias, et omnem consuetudinem rumpere.

Velim scire Lucullus et Pompeius in Galatia digressine fuerint etiam *opertis odiis:* quippe 'certatum inter imperatores jurgiis,' inquit Velleius.

Item an non postea quoque vixerint *apertis odiis*, cum Pompeius in provincia Luculli acta rescinderet. Lucullus Pompeii acta confirmari a senatu prohiberet: Πομπηΐῳ δ' ἦν μὲν ἐκ τῆς στρατηγίας διαφορὰ πρὸς Λούκουλλον, ait Plutarchus. Neutrum tamen alteri amicitiam libello renuntiasse legimus.

Sed 'eum finem gratiæ' ponebant. Sed quibus libuisset; non utique omnes: sed qui simpliciter in gravissimis offensis agerent tamen, non ita præfestine, quos honoris collegium, aut provinciæ societas conglutinasset, etiam post manifesta odia. *Gron.*

Opertis odiis] Quod raro post ea assederit Piso in tribunali cum Cæsare, id denotat *odium*, sed adhuc *opertum;* nam adhuc tamen colloquia, et sermonem miscebat cum Cæsare Piso, etiam et conviviis iisdem, quibus Germanicus, interveniebat. Quod argumentum est, nondum plane erupisse Cæsarem et Pisonem, sed adhuc dissimulasse mutuo.

Quod et indicant illa: 'Responsum a Pisone precibus contumacibus,' quo videas *contumaciam*, sed tamen simul et *preces*. His adde lenitatem et clementiam Germanici. Ex his colliges *opertis odiis* discessisse adhuc; et si erupisset penitus Cæsar, jam tum amicitiam renuntiasset Pisoni ex

et, si quando[x] assideret, atrox ac dissentire manifestus. Vox quoque ejus audita est in convivio, cum apud Regem Nabatæorum[y] coronæ aureæ[z] magno pondere Cæsari et Agrip-

Piso; et si aliquando adesset, ferox, ac discordiæ compertus. Vox etiam Pisonis excepta est in epulis, cum coronæ aureæ maxime graves Cæsari et Agrippinæ apud

NOTÆ

ingenio suo, et antiquis moribus. Audi Sueton. Calig. III. 'Obtrectatoribus etiam, qualescumque, et quantacumque de causa nactus esset, lenis adeo et innoxius, ut Pisoni decreta sua rescindenti, elicntelas diu vexanti, non prius succensere, in animum induxerit, quam veneficiis quoque, et devotionibus impugnari se eomperisset.'

Opertis odiis] Ita tamen discessum est, ut nondum plane odia mutua detegerent. *Freinsh.*

[x] *Si quando*] Si quando veniret in consilium Cæsaris assideretque, satis ostendebat, nihil sibi placere corum quæ Cæsar ageret.

[y] *Nabatæorum*] Nabatæi, populi Arabiæ Petrææ regionis. Hodie positio est in parte quasi media regionis *Barraab*, seu Arabiæ Petrææ. *Tillem.*

[z] *Coronæ aureæ*] Coronæ conviviorum e floribus, foliisque vulgatæ: non æque ex auro, quas tamen non solum in illo Orientis luxu, sed etiam Romæ usum aliquem habuisse discas ex Capitolino; qui in Ælio Vero scribit: 'Data etiam convivis aurea atque argentea pocula, et gemmata: eoronas quinctiam datas lemniscis aureis interpositis, et alieni temporis floribus.'

Item Ulpiano; de auro et argento legato, 'cedent igitur gemmæ fialis vel lancibus, inclusæ auro argentove: sed et in coronis mensarum, gemmæ coronis cedent, et hæ mensis.'

At in Ægypto hunc morem Justinus tangit l. XVIII. 'Missi,' inquit, 'a Senatu in Ægyptum legati, cum ingentia sibi a Ptolemæo rege missa munera sprevissent, interjectis diebus, ad cœnam invitatis, aureæ coronæ missæ sunt, quas illi honoris causa receptas, postera die statuis Regis imposuerunt.'

Etiam Polybius l. XV. qui ostendit tamen regibus tantum ex auro dari solere, aliis alias. Itaque narrat de Aristomene quodam, qui Agathocli, etsi non regi, per adulationem ejus generis imposuit: 'Primus hic enim Agathoclem ad se in cœnam invitans, auream ei coronam dedit, soli omnium convivarum; quod solis regibus tribui mos est.'

Neque scio an huc faciat, quod Laërtius in Xenocrate scribit: 'aurea corona donatum in præmium multæ potationis:' certe ad convivia etiam spectat.

Coronæ aureæ magno pondere] Solebant antiqui in compotationibus coronas gestare, ut est apud Aristophanem in Equitibus, ubi Poëta, ὥσπερ (ait,) Κοννᾶς στέφανον μὲν ἔχων, αὖον δίψῃ δ' ἀπολωλώς· invehitur enim in Cratinum tanquam ebrium et insanientem. Meminit et Diogenianus; unde Plauti carmen in Pseud. 'Quid ego video? cum corona ebrium Psendolum tuum!'

Æneæ coronæ, et corneæ, ante aureas, Romæ per hyemem, ubi natura flores negaverat, Plinius XXI. 2. Sane Crassus dives primus ex auro et argento invenit, Plinius ibidem III. Licet priore ævo solis Diis aurcæ darentur, Dio XLIV.

Coronæ aureæ] Convivis distributæ apud Athen. 12. Posidonius lib.

pinæ, leves Pisoni et ceteris offerrentur: 'Principis Romani,[a] non Parthi Regis filio,[b] eas epulas dari:' abjecitque simul

Regem Nabatæorum tribuerentur, et levioris ponderis Pisoni aliisque: Illud convivium apparari Imperatoris Rom. non Parthorum Regis filio: *simulque depo-*

NOTÆ

XXVIII. hist. scribit 'Antiochum regem Grypum cognomine, ad Daphnem celeberrimos conventus agentem, adventantes splendidissime accepisse. Primum enim integra cibaria fuisse distributa, deinde vivos etiam anseres, lepores, capones: convivis coronas aureas datas, argentea vasa multa, servitia, equos, camelos, et eum qui singulis astabat puerum,' &c.

Etiam l. IV. idem auctor sic habet: 'Apud Macedonas,' inquit, 'ut jam tibi significavi, nuptiale convivium Caranus cum exhiberet, convocati ad id viginti fuere, quibus statim, ut accubuerunt, dono datæ sunt argenteæ phialæ, singulis una. Antea quoque aurea corolla, priusquam ædes introiret, æstimata quinque aureis, unusquisque coronatus erat.'

De veneno per flores et corollas epulis dato lepide Plin. XXI. 3. 'Et apud Græcos quidem de coronis privatim scripsere Mnestheus atque Callimachus medici, quæ nocerent capiti: quoniam et in hoc est aliqua valetudinis portio, in potu atque hilaritate præcipue, odorum vi surrepente fallaciter, scelerata Cleopatræ solertia. Namque apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius Reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur pavore ejus lusisse, extremis coronæ floribus, veneno illitis, ipsaque capiti imposita, mox procedente hilaritate, invitavit Antonium, ut coronas biberent. Quis ita timeret insidias? ergo concerpta in scyphum, incipienti haurire, opposita manu: En ego sum, inquit, illa, chare Antoni, quam tu nova prægustantium diligentia caves, adeo mihi, si possim sine te vivere, occasio aut ratio deest. Inde eductum custodia bibere jussit, illico expirante,' &c.

Coronæ] Coronam abjicit Piso, multisque verbis in luxum talium conviviorum invehitur, quo rerum agendarum tempus per otium et lasciviam tereretur.

[a] *Principis Romani*] Quasi dicat, luxum illum alienum Romanis moribus, dignum Parthorum fastu et superbia.

Principis Romani] Apud Cornelium, infra l. I. hist. Galba Pisonem adoptans: 'Neque,' hic inquit, 'ut in ceteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus, et ceteri servi: sed imperaturus es hominibus, qui nec totam servitutem pati possunt, nec totam libertatem.'

Sentiebat igitur Piso in dandis coronis non adeo magnum fieri oportuisse discrimen inter se et Germanicum, quamvis enim principis filius esset Germanicus, tamen esse ejus principis, qui non subjectos, ut servos, sed regendos, ut liberos et amicos, cives suos accepisset.

Itaque non dari epulas filio Parthorum regis omnium *domini:* sed filio *principis* Romani, amico, et prope æquali cum civibus jure viventi. *Ferretus.*

[b] *Non Parthi regis filio*] Quasi diceret non oportuisse inter se et Germanicum tantum discriminis interponi. Apud Parthos quidem ita comparatum esse, ut unus imperet, ceteri omnes servi sint.

Itaque si Parthorum reges filium

coronam, et multa in luxum addidit, quæ Germanico, quanquam acerba, tolerabantur tamen.

58. Inter quæ ab Rege Parthorum Artabano legati venere. Miserat 'amicitiam ac fœdus' memoraturos,[c] et 'cupere renovari dextras,[d] daturumque honori Germanici,

suit coronam, et plurima in luxuriam adjecit, quæ Germanico licet molesta, tamen ferebantur.

Interea advenere legati a rege Parthorum Artabano: miserat, qui amicitiam, ac societatem *memorarent*, simulque velle instaurari fidem, tributurumque id de-

NOTÆ

convivio exciperet, posse ipsum multum supra reliquos suos proceres honorari; sed apud Romanos non eandem esse rationem, qui nullum Regem aut dominum, sed tantum principem, seu primum civium agnoscant, qui tanquam filiis pater et dux liberis hominibus civiliter præsit, neque ceteris nobilibus seu proceribus potentia admodum præstet, aut utatur. *Freinsh.*

Apud Parthos rex vocabatur *Rex Regum*, et *dominus*, et adorabatur a subditis, velut a servis; et apud Romanos *Cæsar* vocabatur, et *princeps;* qui imperabat, non *Rex*, non *dominus;* neque *mores* fastum, aut *nomen* Regium usurpabat, sed civili ingenio utebatur; neque se supra cives efferebat, nisi virtute et admiratione. Ad fastum Parthicum respexit Virgil. cum ait, 'Præterea Regem non sic Ægyptus et iugens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes.' Supple *colit, veneratur.*

Non Parthi regis] Certe luxus Parthorum non fuit major quam Romanorum; sed superbia Parthorum, et præcipue Regum major fuit quam Cæsarum; ideo dicit Piso, seu Tacitus, tantum discrimen inter coronas oblatas Germanico et Pisoni, magis convenire superbiæ Parthi Regum Regis, quam Germanico Cæsari, filioque principis Rom.

Quippe Cæsares hactenus longe modestiores quam extranei illi Reges. Cæsares vim imperii retinebant, cetera velut inania spernebant, ut inquit Tacitus, ubi de Tiridate rege.

Sic autem habet xv. 31. Tiridates 'digressus Pacorum' fratrem 'apud Medos, Vologesen' Regem Parthorum 'Ecbatanis reperit, non incuriosum fratris: quippe et propriis nuntiis a Corbulone petierat, ne quam imaginem servitii Tiridates,' (veniebat in urbem diadema, seu regnum Armeniæ a Nerone accepturus,) 'perferret; neu ferrum traderet, aut complexu provincias obtinentium arceretur, foribusve eorum assisteret; tantusque ei Romæ, quantus consulibus honor esset. Scilicet externæ superbiæ sueto non inerat notitia nostri: apud quos vis imperii valet, inania transmittuntur.'

[c] *Memoraturos*] Qui amicitiæ suæ cum Romanis, fœderisque mentionem facerent, eamque novo fœdere sancirent rursus, innovarentque: datum id honori famæque Germanici, potius quam Tiberii.

[d] *Renovari dextras*] In fœderibus dextræ, et in dextris religio. Plin. xi. 46. Extant nummi, in quibus sunt compactæ dextræ invicem cum hac inscriptione; CONCORDIA LEGIONUM. Et apud Triumviros, tres manus invicem se tenentes, nequitiæ, et sceleris, et tyrannidis fœdus testabantur, cum hoc titulo: SALUS GE-

ut ripam Euphratis[e] accederet: petere interim, ne Vonones in Syria haberetur, neu[1] proceres gentium[f] propinquis nuntiis ad discordias traheret.' Ad ea Germanicus, de societate Romanorum Parthorumque magnifice; de adventu Regis et cultu sui, cum decore ac modestia respondit. Vonones Pompeiopolim,[g] Ciliciæ maritimam urbem, amotus est: datum id non modo precibus Artabani, sed contumeliæ Pisonis, cui gratissimus erat ob plurima officia et dona, quibus Plancinam devinxerat.

59. M. Silano, L. Norbano coss. Germanicus Ægyptum[h]

cori Germanici, ut veniret ad littus Euphratis: interea poscere, ne Vonones in Syria maneret, neve nuntiorum opportunitate primores nationum ad dissensiones impelleret. *Ad ea respondit Germanicus de fœdere Romanorum et Parthorum amplissimis verbis; de accessu regis, et honore sui honeste simul et modeste. Vonones Pompeiopolim, maritimum Ciliciæ oppidum, amandatus est: idque concessum non solum legatis Artabani, sed et injuriæ Pisonis, cui Rex jucundissimus erat, ob multa officia et munera, quibus Plancinam demeruerat.*

M. Silano, L. Norbano Coss. Germanicus in Ægyptum se confert, visendæ anti-

1 Mallent Mercerus et Pichena, *ne*. Nihil mutandum. *Brotier*.

NOTÆ

NERIS HUMANI.

'Dextra,' inquit Plinius, 'osculis aversa aperitur, in fide recta porrigitur.' Dextras pro fide et fœderibus sumi, notum est, illis præsertim gentibus. Vide Curtium VI. 4.

[e] *Euphratis*] Euphrates, fluvius Armeniæ, Asiæ minoris, Syriæ, Assyriæ, Arabiæ descrtæ, &c. regionum; in Persicum sinum cum Tigri fluvio defertur: hodie Franci vocant *Euphrate*, et a Turcis nominatur *Morat-son*. Labitur per Turcomaniam, seu Armeniam hodiernam, Natoliam, Souriam, Diarbeck, et Beriaram, seu Arabiam desertam, regiones imperii Turcici Asiatici, &c. et exonerat se in sinum Balsoræ, vel Elcatif. *Tillemon*.

[f] *Neu proceres gentium*] Ne commoditate viciniæ usus, Parthicas gentes crebris nuntiis literisque turbaret.

Neu proceres gentium] Nihil mutari placet: videtur enim et genus τοῦ ἓν διὰ δυοῖν esse, et sermo legibus, pactionibus, conditionibus proprius; 'ne sit, neu faciat.' Quare autem *proceres gentium* Germanicus et Artabanus ingeniosissimo Mercero? Saltem tempus anguste captum, quasi Vonones Artabano tantummodo gravis vicinus, dum ipse et Germanicus in proximo.

Quin *proceres gentium* acceperim præfectos, et satrapas plurimarum gentium Parthis parentium, et *discordias*, rebelliones, defectiones, dissensiones Parthorum inter sese. Neque aliter Freinshemius, puto. *Gronovius*.

[g] *Pompeiopolim*] Pompeiopolis urbs Ciliciæ marit. prius *Soli*, olim Episcop. sub Archiep. Seleuciæ: nunc excisa, et in vicum redacta. Palesoli dicta; postea victo Mithridate a Pompeio Magno sic appellata.

[h] *Ægyptum*] Ægyptus regio Africæ ad mare Ægyptiacum, partem maris

proficiscitur, cognoscendæ antiquitatis: sed cura provinciæ[i] prætendebatur: levavitque apertis horreis[j] pretia[k] frugum: multaque in vulgus grata usurpavit: sine milite[l] incedere,

quitatis gratia; *sed cura provinciæ prætexebatur: et reseratis horreis, annonæ caritatem minuit; plurimaque in plebem læta præ se tulit: sine custodibus ambulare,*

NOTÆ

Mediterranei, et ad mare Rubrum: hodie nomen antiquum retinet apud Europæos; ab indigenis Coptis seu veris Ægyptiis dicitur *Massu*, a Turcis *Missir*, et a Judæis *Eretz Misraim;* paret summo Turcarum imperatori: ex relatione Vanslebii. *Tillemon.*

[i] *Sed cura provinciæ*] Sed aliam itineris causam ipse prætendebat, nimirum ut provinciam perlustraret, et quæ in ea perperam agerentur corrigeret.

[j] *Apertis horreis*] *Publicis*, opinor; ubi frumentum asservabant in plebis Romanæ, et quod superesset, in alios usus. At ille, in caritate annonæ, indigenis indulsit. *Lips.*

Apertis [*horreis*] Fertilissima, felicissimaque totius naturæ regio Ægyptus fuit. Attamen indigebat aliquando annona, et auxilio Principis; Niloque Roma sæpe reddebat vicem: cum non exundaret Nilus, abundabat munificentia Cæsaris.

Plin. Paneg. 'Percrebuerat antiquitus, urbem nostram nisi opibus Ægypti ali sustentarique non posse: superbiebat ventosa et insolens natio, quod victorem quidem populum pasceret tamen, quodque in suo flumine, in suis manibus, vel abundantia nostra vel fames esset. Refudimus Nilo suas copias; recepit frumenta quæ miserat, deportatasque merces revexit. Discat igitur Ægyptus, credatque experimento, non alimenta se nobis, sed tributa præstare,' &c.

Et infra: 'Quam nunc juvat provincias omnes in fidem nostram ditionemque venisse, postquam contigit princeps, qui terrarum fœcunditatem nunc huc nunc illuc, ut tempus et necessitas posceret, transferret referretque! qui diremtam mari gentem, ut partem aliquam populi plebisque Rom. aleret ac tueretur! Et cœlo quidem nunquam benignitas tanta, ut omnes simul terras uberet, foveatque. Hic omnibus pariter, si non sterilitatem, at mala sterilitatis exturbat: hic si non fœcunditatem, at bona fœcunditatis importat: hic alternis commeatibus Orientem Occidentemque connectit, ut quæ ubique feruntur, quæque expetuntur, omnes gentes invicem capiant, et discant, quanto libertate discordi, servientibus sit utilius, unum esse cui serviant.'

[k] *Pretia*] Aperuit *horrea* publica, eoque facto effecit, ut nebulones, qui annonam flagellabant, si pecuniam conficere, mercesque suas distrahere vellent, ipsi quoque justo pretio frumenta sua vendere cogerentur.

[l] *Sine milite*] Qui hoc reprehendit Tiberius, idem olim Rhodi usurparat: adeo facile crimen est, quod non placet imperitantibus. Sueton. Tib. XI. 'Genus vitæ civile admodum instituit: sine lictore aut viatore gymnasia interdum obambulans, mutuaque cum Græculis officia usurpans, prope ex æquo.' Et infra XIII. 'redegitque se deposito patriæ habitu ad pallium et crepidas,' &c.

pedibus intectis,[m] et pari cum Græcis amictu,[n] P. Scipionis

soleatis pedibus, et simili cum Græcis veste uti, Scipionis exemplo, quem eadem

NOTÆ

[m] *Pedibus intectis*] Incedebat pedibus non ex Rom. more calceatis obtectisque, sed soleatis, et prope modum nudis, ut Græci utebantur, quorum alium etiam cultum habitumque usurpabat, quia is Alexandriæ præcipue frequentabatur.

Pedibus intectis incedere] Interpretor, incessisse crepidatum, palliatumque.

Pedibus intectis] Id est, non *calceatis*, sed *soleatis:* quippe calceorum *aluta* tegit pedem, *solea* nudat. *Calceus* tibias vestit, *solea* plantas tantum. ‘Solea,’ ait Verrius Flaccus, ‘quæ solo pedis subjicitur.’ Et ita ‘Thuscum calceamentum’ accipio apud Virg. Æneid. VIII. ‘Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.’ Quod ex Hesychio probat Turnebus. Suetonius ita scribit de Augusto: ‘Discalceatus ludis æstivis intererat,’ id est, *soleatus*. Et Asinius Pollio lib. x. famil. scribens Ciceroni: ‘Cum quidem pransus, et nudis pedibus.’ Apuleius ‘nudis et intectis pedibus,’ dixit Metam. II.

Aliud autem est *mero*, vel puro pede; ut Juven. Sat. 3. ‘Observant ubi festa mero pede sabbata reges.’ Nam *merus pes* totus in nudo, et purus, nec calceum nec soleam habet. Prudentius dixit ‘mero calce,’ in hymno D. Fructuosi. ‘Stabat calce mero.’ *Aurel.*

Quidam acceperunt pro tectis: qua quidem significatione reperitur etiam, sed hoc loco melior est *non tectis*. Nec tamen omnino nudis pedibus incedebat, sed calceos apertos gestabat, hoc est, soleas, Græco more. Tertull. de Pall. cap. 5. ‘Si quid calceatus inducitur, mundissimum opus est, aut pedes nudi magis certe viriles magis quam in calceis.’ Agell. XIII. 20. ‘Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cetera prope nuda, et teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt nonnunquam voce Græca crepidulas.’ Plura Lipsius ad hunc locum Taciti. Patet hinc cur Francisci sodales appellentur, *Nudipedes*.

Intectis] Quod ait Tacitus, ‘pedibus iutectis,’ non plane verum, sed in comparatione cum calceis Romanis, qui altiusculi, non solum imos pedes, sed tibias velabant crure tenus. Horat. ‘nigris medium impediit crus Pellibus.’ Titinius in Setina ‘jam cum mulleis te ostendisti, quos tibiatim calceas.’ Tertullianus de Pallio: ‘Impuro cruri purum aut mulleolum inducit calceum.’ Et extat exemplum hodie in calceis Turcarum Pannoniorumque. At crepidæ, soleæ, plantarum calces tantum imas tegebant, ceteris fere nudis. Ideo bene noster, ‘pedibus intectis.’ Hunc sensum firmat ipse, dum subdit: ‘P. Scipionis æmulatione, quem eadem factitavisse apud Siciliam accepimus.’ Scipio autem ibi crepidatus.

Livius: ‘Ipsius etiam imperatoris non Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus jactabatur: cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio.’ Quod tamen molle et effœminatum censebatur: et Manilius delicatos iusignit hac nota: ‘Fœmineæ vestes, nexæ sine tegmine plantæ.’

Dio de Caligulæ ludis: ‘volentibus etiam discalceatis spectare permissum, quod usitatum olim; ut etiam quidam judicia hoc habitu, æstatis tempore, exercuerint; et ipse Augustus ita sæpe spectarit æstivos ludos. Omissum tamen a Tiberio:’ ubi ἀν-

æmulatione;[o] quem eadem factitavisse apud Siciliam,[p] quamvis flagrante adhuc Pœnorum bello, accepimus. Tiberius, cultu habituque ejus lenibus verbis perstricto, acerrime increpuit, quod, contra instituta Augusti, non sponte Principis,[q] Alexandriam[r] introisset:[s] nam Augustus inter

usurpasse apud Siculos didicimus, licet etiam tum exardente bello Carthaginensium. Tiberius, cum miti scripto cultum habitumque ejus incusasset, vehementissime illum *objurgavit, quod præter decreta Augusti, non ex voluntate Cæsaris, Alexandriam ingressus esset. Quippe Augustus inter alia imperii secreta,* cum

NOTÆ

ὑποδήτους vere verteris, *soleatos*, aut *crepidatos;* quomodo etiam convivia frequentabant Romani, calceis (qui inter forensia censebantur) omissis. In omni ergo remissione, per convivia, per ludos, per otium, Romani soleati.

[n] *Pari cum Græcis amictu*] Id est, pallio. Apuleius enim Græcos, quod essent palliati, ' palliata mendicabula' dixit. Inde *palliatæ* comediæ, non *togatæ*, quales Afranius fecit.

Pari cum Græcis amictu] Quo aliquando utebantur etiam in urbe, nempe in conviviis et ludis. Sic infra XIV. 21, 22. sub Nerone cum, ' quinquennale ludicrum Romæ institutum est ad morem Græci certaminis.' Infra: ' Græci amictus, quos per eos dies plerique incessebant (in ludis nempe) tum exoleverant.'

[o] *P. Scipionis æmulatione*] P. Scipionem Africanum dicit, quem etiam eo nomine multi calumniati sunt: Fabius quidem Maximus eum ad corrumpendam disciplinam militarem natum esse dicebat. Livius lib. XXIX. ' Ipsius enim imperatoris non Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus jactabatur: cum pallio, crepidisque inambulare in Gymnasio, libellis etiam, palestræque operam dare.'

Magnam autem vim habet ad conciliandam imperatori benevolentiam victus cultusque similitudo. Sic Alexander, victo Dario, Persas imitatus est. Quo facto Persarum quidem gratiam iniit, sed Macedonum adversus se odium concitavit.

Sic Caracalla in Germania, Romano cultu deposito, *sagulis* argento intextis, Germanorum more utebatur, *flavam* etiam capiti *cæsariem* imponens, forsan Germanum in modum. Herodianus lib. IV.

[p] *Siciliam*] Hæc Insula maris Mediterranei, Italiæ proxima: hodie nomen antiquum retinet apud Italos, Franci vero Sicile vocant: paret Regi Catholico. *Till.*

[q] *Non sponte Principis*] Non voluntate, et permissu principis. Inde infra l. IV. ' exstructa jam sponte præfecti castra:' hoc est, jussu et pro nutu Præfecti. Et IV. 51. ' proxima sponte incolarum recepta,' id est, volentibus incolis.

[r] *Alexandriam*] Urbs hæc Alexandrinorum nomi, in Ægypto, prima provincia Ægypti inferioris, sive Deltæ, et ad mare Ægyptium, totius Ægypti fuit caput: hodie apud Francos nomen antiquum retinet, et a Turcis vocatur Scanderia: urbs est partis Bahri, sive inferioris Ægypti.

Alexandriam] Alexandria Ægypti in ora, ab ostio Canopico 12. mil. pass. in occid. cognomento Magna, opus Alexandri Magni, Scanderia Turcis, et Alessandria Italis, urbs Patriarch. et Empor. celebre. Olim ante Cairi erectionem (a quo quatri-

alia dominationis arcana,[t] vetitis,[u] nisi permissu, ingredi senatoribus, aut equitibus Romanis illustribus,[v] seposuit

alias provincias ingredi senatori liceret, *excepit Ægyptum, prohibitis Patribus, aut notis splendidisque equitibus Roman. illuc introire, nisi sponte principis: ne*

NOTÆ

dui itinere distat) clarior, ab Alexandro Magno Olymp. 112. condita.

[s] *Introisset*] Non tantum scripta epistola Germanicum objurgavit, sed et in senatu questus est: Sueton. Tib. 52. ‘ Quod vero Alexandriam, propter immensam et repentinam famem inconsulto se adisset, questus est in Senatu.’

[t] *Arcana*] Quippe Augustus, inter alia quæ ad confirmandam potentiam secreto fine facientia sub aliis aliisque prætextibus ab eo introducta erant, hoc quoque instituerat: ut ceteræ quidem provinciæ, velut olim prisca Repub. rectores acciperent ex primoribus civitatis; sed Ægyptus exciperetur: eamque nemo ex Senatoribus, aut etiam Equitibus Rom. illustribus, nisi sponte principis, ingrederetur.

Arcana] Certe Italiam, Siciliam, et Galliam Narbonensem, veluti suburbanas provincias, adire Senatori et aliis illustribus viris licuit. At alias provincias invisere et inire, nisi commeatu obtento a Senatu aut a Cæsare, non licuit: sed sive ex munere et officio provinciàs obtinerent adirentque, sive commeatu et facultate sibi concessa, alias provincias, seu etiam regna, pro usu et necessitate rerum adirent; nunquam tamen licuit ipsis ingredi Ægyptum, ævo principum, quocumque prætextu. Equitibus minus claris regenda tradebatur illa provincia. Hinc prudentiæ Augustææ pervicax admodum Tiberius, perpetuusque æmulator Augusti videri volens, acriter invehitur in Germanicum, qui ausus esset Ægyptum adire injussu principis; nec tantum privatim objurgavit filium, sed eum etiam in Senatu palam criminatus est.

[u] *Vetitis*] De quo sic Dio lib. LI. ‘ Ægypto autem postea tributariæ factæ Cornelium Gallum præfecit. Multitudo sane hominum, urbium, et agrorum, ac mores ejus gentis leves, tum copia annonæ et pecuniæ efficiebant, ut non modo committere provinciam Senatori nulli auderet, sed et proficiscendi in Ægyptum potestatem, nisi ipse nominatim alicui permisisset, omnibus adimeret: adeo enim suspectos Ægyptios studii novarum rerum habebat, ut nemini eorum, Senatorem esse Romæ permiserit: sed ceteris quidem (omnia) hodieque constant: Senatores autem Alexandriæ sunt, et esse ceperunt sub Severo imperatore: Alexandrinique in Senatum etiam Romanum ascripti sunt a filio hujus Antonino.’

[v] *Equitibus Romanis illustribus*] Ita conjunctim hæc accipienda sunt; ut quis eques Romanus esset, nec ex modicis, ut I. 73. Sed illustribus, ut IV. 58. hoc est, qui ex equestri ordine opibus et genere præcellerent, ut explicat Salmasius in epistola ad Gronovium; Elencho Antidiatribes Papinianæ præfixa.

Nam hæc interpretatio melior videtur illa Savilis ad H. I. 2. ubi hunc locum referens, ‘ illustres equites’ Rom. putat intelligi,‘ qui’ XVI. 17. ‘ appellantur *dignitate Senatoria*.’

Licet enim hos quam maxime illustribus connumerandos arbitrer, tamen præter hos, aliis quoque gradum hunc patuisse existimo. Quo refe-

Ægyptum:[w] ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam claustraque terræ ac maris,[x] quamvis levi præsidio adversum ingentes exercitus, insedisset.

60. Sed Germanicus, nondum comperto, profectionem eam incusari, Nilo[y] subvehebatur, orsus oppido a Canopo.[z] Condidere id Spartani,[a] ob sepultum illic rectorem navis,

frugum inopia premeret Italiam, quisquis eam regionem, claustraque terræ et æquoris occupasset, quantumvis modica manu contra magnos exercitus.

Sed Germanicus, nondum audito peregrinationem illam accusari, Nilo deferebatur, profectus ab urbe Canopo. Eam struxere Spartani ob tumulatum illic gubernatorem

NOTÆ

rendos arbitror, et ‘ notos equites Rom.’ apud Cæsar. de bell. civil. III. 71. *Freinsh.*

[w] *Seposuit Ægyptum*] Addita erat prohibitioni superstitio. Ferebatur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptiis literis scriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cum in eam venissent Romani, fasces, et prætexta Romanorum. Auctor Trebellius Pollio in lib. de 30. Tyrannis.

Alexandriam, Suetonius in Vespasian. vocat ‘claustra Ægypti;’ Ammianus verticem omnium civitatum, ad finem libri XXIII. ubi multa de hac urbe narrantur cognitu dignissima.

[x] *Claustraque terræ ac maris*] Intelligit Pelusium, Parætonium, et Alexandriam. In Propertio : ‘ Claustraque Pelusii Romano subruta ferro.’

[y] *Nilo*] Nilus fluvius Æthiopiæ et Ægypti regionum, in mare Ægyptium partem maris Mediterranei defertur : hodie Nil, in Abyssinia, Nubia, et Ægypto regionibus Africæ recentioris. *Tillemon.*

[z] *Canopo*] Canopolis et Canobus, urbs Menelaites nomi, in Ægypto, prima Ægypti inferioris provincia, et prope Canopicum seu Heracleoticum ostium Nili fluvii. Hodie forsan Bochir, vel Boquir, seu Bichieri, oppidum Cassilifatus, aut præfecturæ Becheire, ut videtur, in parte Bahri, seu inferiore Ægypto. *Tillemon.*

Canopo] Ammianus : ‘ Canopus in duodecimo distinguitur lapide, quem, ut priscæ memoriæ tradunt, Menelai gubernator sepultus ibi cognominavit. Ibi unum est ex septem ostiis Nili dignitate Alexandrino proximum.’

Hic Canobus a serpente, qui *αἱμόῤῥους* vocatur, morsus interiit. Nicander in Theriacis. Ælianus de historia animal. XIV. 13. hujus serpentis meminit, et Dioscorides l. VI. et Galenus libro de Theriaca ad Pisonem. *Muretus.*

Canopo] Canopus, Bochir Zieglero ; sive Bichieri, urbs Ægypti, olim Episcopalis apud ostium Nili ex ea Canopicum appellatum ; ab Alexandria 12. mil. pass. in ortum distans.

[a] *Spartani*] Sparta urbs olim armis florait et legibus, Archiepiscopalis ; hæc quandiu sine muris, fuit libera, ubi muris septa, illico serva facta est.

Spartani] Sparta, vel Lacedæmon, urbs et caput Laconiæ regionis minoris, ad Eurotam fluvium, in Peloponneso provincia Græciæ. Hodie ruinæ visuntur prope Misitram, urbem Zaconiæ regiunculæ, et ad fluvium Basilipotamo in Morea, provincia imperii Turcici Europæi. *Tillem.*

Canopum; qua tempestate Menelaus, Græciam repetens, diversum ad mare terramque Libyam dejectus.[1] Inde[2] proximum[b] amnis os,[c] dicatum[d] Herculi, quem[e] indigenæ

navis Canopum; qua procella Menelaus in Græciam remeans, dejectus est ad pelagus oppositum, regionemque Libycam. Hinc venit *in propinquum fluminis ostium sacra-*

1 In Ms. Flor. *delectus*. Beroaldus emendavit, *delatus*. Melius Jac. Gronovius et recentiores. Vide Livium, XXIII. 34. et notas J. F. Gronovii. *Dejici*, elegans et legitimum verbum esse de navigantibus, qui ab instituto eurru depelluntur, docent interpretes ad Liv. loc. cit. et ad XLIV. 19. Pro quo Tacitus *detrusus* dicit, Hist. II. 8. Vide Ruhnken. ad Vell. Paterc. l. I. c. 1. p. 4. *Brotier.*—2 Perperam Aeidalius, *inde ad proximum amnis*. Intelligendum, *visit*, reete monuit Ernestus.

NOTÆ

[b] *Libyam dejectus. Inde proximum*] Vulgo *delatus:* et dispungit doctissimus vir aliter, atque ad hoc temporis factum; ‘ Delatus inde proximum amnis os;’ quasi Tacitus sit in manifesta pugna cum Homero, qui Menelaum dicit, adita prius Ægypto, Sidonios, Erembos, inde Libyam devenisse. Odyss. IV. 83. Occurrit itaque et sua distinctione Tacitum se eum Homero conciliasse putat.

Verum Germanicus antiquitatis curiosus adit Canopum, quia ibi Serapidis templum. Strabo l. XVII. Intrat os Heraclium: deinde visit vestigia Thebarum. Hæc aperta ex vetere distinctione.

At per novam, Heraclium non aditur, et Cornelius non opportune verba facit, unde id nominis ei fluminis ostio datum sit. Insuper quid hoc monstri? Spartanos Canopum condidisse, cum ex Ægypto in Libyam delati sunt; immo cum ex Græcia illud ostium Nili tenuere: nec Menelaus Canopo discedens in Libyam solum defertur, sed plures per gentes: quibus omissis, non video cur tantum Libyam nominaverit.

Non obstat, quod objicitur ex versibus Homeri. Nam non eo ordine aditæ gentes a Menelao, quo ab Homero scriptæ sunt. Phœnicee profecto prius (si ordini credimus) quam Æthiopes petita fuit, cujus tamen Metropolis recensetur. Non ergo ad amussim hujuscemodi carminum res est metienda.

De Sidoniis equidem Phœnicees loquitur Homerus, idque de Strabone petas, qui rationem reddit, cur generaliter facta Phœniciæ mentione, de Sidoniis iterarit. Adde non insubide dici posse, non semel in Ægyptum Menelaum rejectum fuisse, antequam in patriam se reciperet.

De una appulsione, et inde ad alios peregrinatione Odyss. III. 299. Nestor, qui jam dixerat, se a Troja socium reversionis habuisse Menelaum, primaque tempestate ventum plures ejus naves Cretam, quinque reliquas in Ægyptum disparasse.

De altera, et inde in patriam prospera navigatione Odyss. IV. 585. Menelaus, cui perfectis Hecatombis contigit reditus innocuus ab Ægypto, nec per tot varias gentes erravit.

Quis neget igitur potuisse Menelaum prius in Libyam Mareotidem deferri, quæ Ægypto finitima? Plinius II. 2. ‘ ea, quæ sequitur regio Mareotis Libya appellatur, Ægypto contermina.’

ortum apud se, et antiquissimum[f] perhibent, eosque, qui postea pari virtute fuerint, in cognomentum ejus ascitos:[g] mox visit veterum Thebarum[h] magna vestigia: et mane-

tum Herculi, quem incolæ natum apud ipsos, et vetustissimum memorant, illosque qui deinceps simili fortitudine excelluerint, in cognomen ejus assumtos esse dicunt. *Dein vidit ampla vestigia priscarum Thebarum, et extabant* adhuc impressi *moli-*

NOTÆ

Sed quid conjecturis indulgemus? Accepit noster Libyam pro Africa, ut Tertullianus, 'Acon in Atlantico Libyam aut Asiam adæquans.' Et id voluit, cum Menelaus ex Europa in Africam rejectus est, nempe in Ægyptum, ejus provinciam.

Libya] Regio Africæ ad mare Libycum, partem maris Mediterranei: hodie regnum et desertum Barca, in Barbaria et Biledulgerid regionibus. Aliquando tota Africa, et pars ejus Septentrionalis dicta est Libya, sed hoc nihil ad rem. *Tillemon.*

[c] *Inde proximum amnis os*] Legit Acidalius, *inde ad proximum amnis os:* sed frustra; nam Tac. verba illa, *inde proximum amnis os* intellecta voluit ex sequenti membro τὸ *visit:* quasi esset, *inde visit proximum amnis os dicatum Herculi, mox Thebarum vestigia.*

Quod haud scio, an satis consideravit vir doctus, qui παραφράζει, *Abhinc proximum Nili ostium Heracleoticum appellatur,* quasi rationem hujus vocabuli tantum edat Tacitus; non vero ipsum os ingressum, et quæ circa occurrerent visenda, adiisse et contemplatum esse significet Germanicum. Immo, *abhinc proximum Nili ostium adiit, Heracleoticum appellatum, &c.* Gronovius.

[d] *Os dicatum*] Heracleoticum, vel Canopicum, ostium Nili fluvii in Ægypto inferiore ad Occidentem: hodie quid sit certo non liquet; Nilus enim habuit olim septem ostia, nunc vero tantum tria habet, vel quatuor, si addideris Canalem, sive fossam Cleopatræ, vulgo Calitz, qui fluit per Alexandriam, seu Scanderiam urbem. Ex chartis Ptolemæi, Ortelii, et relatione Vanslebii. *Tillemon.*

[e] *Herculi, quem*] De Hercule Ægyptio videndus Herodotus in Euterpe, Mela l. III. Meminit et Arrianus lib. II. de rebus Alexandri. Græcum Herculem suo posteriorem fuisse amplius decem millibus annorum, Ægyptii aiunt. Diodor. l. I.

[f] *Et antiquissimum*] Comparative dictum cape, *ceteris omnibus antiquiorem.* Non enim ut transferunt, *rem antiquam* aut *consuetudinem antiquam.* Freinsh.

[g] *In cognomentum ejus ascitos*] Hisp. *tomaron el mismo nombre,* quo non satis explicatur nominis ejus dignitas, quod non ex arbitrio cujusvis assumtum est; sed qui digni videbantur, consensu quodam populorum, cognomenti ejus honore Herculi suut æquati, eique sensui optime servit verbum *ascitos.*

[h] *Veterum Thebarum*] Thebæ, quæ et ἑκατόμπυλος, unde Juvenalis, 'Atque vetus Thebæ centum jacet obruta portis.' Et Diospolis, et Heliopolis, antiquitus Ægyptus dicebatur, quod est nomen etiam Nili. Erat autem in Ægypto superiore, quæ ea ex urbe vocatur Thebaïs; eam urbem condidit Busiris. Ambitus mœnium complectebatur 140. stadia; id est, 20 millia passuum.

Strabo ait e vestigiis constare eam longam fuisse circiter 80 stadia. Ex

bant structis molibus[i] literæ[j] Ægyptiæ, priorem opulentiam[k]

bus e saxo *structis caracteres Ægyptii, continentes magnitudinem vetustarum opum:*

NOTÆ

ea prodibant in bellum 20 millia curruum. Homerus Iliad. A. 182. Eam diruit Cambyses. Videndus Herodotus l. II. Strabo l. XVII. Diodorus in secunda parte libri primi.

Thebarum] Thebæ, urbs Thebarum nomi, in Thebaide prima, Ægypti superioris provincia: hodie Insine, urbs ad ripam Orientalem Nili fluvii, in Saïd, sive Ægypto superiore. Ex chartis Petri Duval, et relatione Vanslebii, &c. *Tillemon.*

[i] *Structis molibus*] Intelligit obeliscos: de quorum frequentia, et notis consule omnino Ammianum, l. XVII. atque in hac ipsa re nos etiam in Ægyptiis admirandis. *Lipsius.*

Structis molibus] Qua voce non tam ædificia vulgaria, ut alia innsitatæ magnitudinis, nec ferme ulla re, præterquam ipso structuræ luxu, commendata, designantur, veluti Pyramides, obelisci, &c.

[j] *Literæ*] Plin. l. VI. 'Scriptæ stelæ lapideæ literis incognitis,' vel quia exoleverat ea lingua, vel quia cognita tantum sacerdotibus, et doctioribus, non vulgo, neque externis gentibus.

Literæ Ægyptiæ] Plin. XXXVI. 8. 'Trabes ex eo (sycnite lapide) fecere Reges, quodam certamine, obeliscos vocautes, solis Numini sacratos. Radiorum ejus argumentum in effigie est, et ita significatur nomine Ægyptio. Primus omnium instituit Mitres, qui in solis urbe regnabat, somnio jussus, et hoc ipsum inscriptum est in eo. Etenim scalpturæ illæ, effigiesque quas videmus, Ægyptiæ sunt literæ.'

Etiam Plin. ubi de duobus obeliscis, ex Ægypto Romam advectis XXXVI. 9. 'Inscripti ambo rerum naturæ interpretationem Philosophiamque Ægyptiorum ac opera continent.'

Literæ Ægyptiæ] Diodorus Sic. IV. 1. ubi de Æthiopia: 'Plurimæ etiam leges ab Æthiopibus sunt ad Ægyptum translatæ colonis, majorum servantibus instituta. Nam Reges Deos existimare, sepulchrorumque præcipuum studium habere, aliaque ejusmodi plura ex Æthiopum disciplina profecta sunt. Statuarum insuper magnarum usum, ac literarum formas ab Æthiopibus acceperunt, cum Ægyptii literis utantur propriis. Has quidem vulgo discunt omnes: has vero quas sacras appellant, soli Sacerdotes norunt, a parentibus eorum privatim acceptas. Apud Æthiopes iisdem omnes figuris utuntur, &c.

'Sed de Æthiopum literis, quas Ægyptii sacras vocant, ne quid de rebus priscis omittatur, dicendum. Sunt Æthiopum literæ variis animantibus, extremitatibusque hominum, atque instrumentis, sed præcipue artificum, persimiles. Non enim syllabarum compositione aut literis verba eorum exprimuntur, sed imaginum forma, earum significatione, usu, memoriæ hominum tradita. Scribunt quidem accipitrem, crocodilum, serpentem, hominis oculum, manus, faciem, et cetera ejusmodi.

'Accipiter rem denotat cito factam, quoniam hæc aliarum ferme omnium avis sit velocissima. Transfertur hæc novatio ad domesticas res quæ velociter fiunt. Crocodilus malum significat.

'Oculus justitiæ servator, et totius corporis interpretatur custos. Reliquarum corporis partium dextera manus, digitis passis liberalitatem designat, sinistra vero, compressis,

NOTÆ

tenuitatem, atque avaritiam. Eodem modo et ceterarum corporis partium figuræ atque instrumenta certum aliquid notabant. Quæ memoria hominum, longo usu, ac meditatione observata, e vestigio, quid ea exprimerent, internoscebant.'

Igitur Ægyptii qui per notas et figuras sensus effingerent, si quem *memorem* significabant, *leporem* aut *vulpem* arrectis auribus, quod summi essent auditus, et insignis memoriæ, effingebant: si vero malum, *crocodilum;* si velocem, *accipitrem;* si invidum, *anguillam*, quod cum piscibus esset insociabilis: si justum, *oculum:* si liberalem, *dextram manum* digitis passis: si avarum, iisdem compressis, marmori insculpebant.

[k] *Opulentiam*] Diodorus Sic. l. II. ubi de Sesostri Rege: 'Fuere pedestres copiæ millia hominum sexcenta: equitum millia quatuor et viginti; currus bello apti octo millia et viginti. Deinde varios duces ex iis, qui una secum nutriti erant, exercitui præposuit, viros exercitatos bello, et a pueris virtuti deditos. Hi erant numero amplius mille septingenti, fraterna omnes mutuaque erga Regem benevolentia, quibus distribuit agros fertiles, ut rebus necessariis fulti, nullaque pressi inopia, liberius militiæ vacarent.

'Præparatis ad bellum rebus, primum Æthiopes, qui ad meridiem spectant aggressus, victos acie, tributum pendere compulit; hebenam, aurum, et Elephantorum dentes. Deinde ad mare rubrum classe quadringentarum navium missa, primus omnium longis navibus usus, et insulas omnes ejus oræ sibi subdidit, et partes maritimas usque ad Indos subjecit.

'Asiam quoque omnem pedestri exercitu devicit. Neque solum provincias expugnavit ab Alexandro postmodum subactas, sed et gentes quasdam, ad quas nunquam Alexander accessit. Nam et Gangen transiit, et universam Mediam usque ad mare Oceanum peragravit. Scytharum quoque gentem ad Tanaim usque fluvium, qui Europam ab Asia dividit, pertransiit,' &c. 'Asiam quoque reliquam sibi parere coëgit. Cycladas insulas majori ex parte potitus est.

'Transcendens in Europam, omnemque Thraciam pertransiens periculum exercitus subiit, tum propter inopiam frugum, tum locorum asperitate. Finem expeditionis in Thracia statuens, multis in locis a se devictis columnas erexit, quibus, his, quas sacras dicunt, literis, scriptum extat, Hanc provinciam armis subegit, Rex Regum principantium Sesostris.'

Infra Diodor. 'Ipse summa humanitate erga omnes subditos usus est, et omissa post novem annos armorum cura, statuit singulas gentes quotannis ad se dona in Ægyptum ferre. Duos propterea erexit obeliscos ex lapide duro, utrumque altum cubitis centum viginti: in quibus tum imperii magnitudinem, tum multitudinem vectigalium descripsit, addidit, et quas subegit nationes,' &c.

'Cum multis, ac præclaris faciuoribus nobilitatus esset, tum id magnificentissimum est habitum, quod cum nationes a se devictæ, tum ii, quibus regna tradiderat, duces quoque, quos diversis præfecerat provinciis, præstituto die in Ægyptum venientes ei dona offerebant: hos suscipiens benigne, aliis quidem in rebus, vario honore afficiebat: at si quando aut in templum iret, aut per urbem incederet, quatuor ex eis loco equorum, currui junctis ostendebat, cum ce-

complexæ: jussusque e senioribus sacerdotum[1] patrium sermonem[m] interpretari, referebat,[n] ‘habitasse quondam septingenta millia[3] [o] ætate militari: atque eo cum exercitu Re-

imperatumque uni ex natu grandioribus sacerdotum, ut literas hasce *Ægyptias exponeret, dicebat, interpretabaturque* septingenta millia hominum bello per ætatem idoneorum, olim *regionem* incoluisse, atque eo cum agmine Regem

3 Quidam emendant, *septuaginta millia;* sicque Tacitum et veritatem extenuant. Alii existimant septingenta millia ætate militari quondam Thebis habitasse; quod cum pro quarta civium parte accipiant, fuisse Thebis 2,800,000 incolarum contendunt, et exaggeratis numeris historiam deturpant: saniores tamen Catone et Stephano Byzantio, qui verbo Διόσπολις docent eam habuisse, antequam a Persis everteretur, ἀνθρώπων μυριάδας ἑπτακοσίας, hominum 7,000,000. Neque accuratior Pomponius Mela, I. 9. hac in re infidus Homeri Iliad. IX. 383. interpres. Mihi vero verba Taciti, et quid Herodotus, II. 164 et 166. in Euterp. de Ægyptiorum militia scripserit reputanti, certissimum videtur septingenta hæc hominum millia, non de Thebanis incolis, sed de militibus Ægyptiis esse accipienda: eosque non conditione tantum, verum etiam ætate militari fuisse. Quæ vero fuerit apud Ægyptios ætas militaris minime compertum. Apud Romanos anno decimo septimo et quadragesimo sexto definiebatur, Gellius, X. 28. Apud Athenienses, qui ab Ægyptiis plurima sunt mutuati, intra annum decimum octavum et quadragesimum continebatur, Ulpianus in Demosthen. Olynthiac. III. p. 29. *Brotier.*

NOTÆ

teros omnes Reges, ducesque præclaros bello superasset, nullos sibi, neque virtute neque rebus gestis esse comparandos.’

[1] *Sacerdotum*] Valer. VIII. 7. Pythagoras ‘Ægyptum petiit, ubi literis gentis ejus assuefactus, præteriti ævi sacerdotum commentarios scrutatus, innumerabilium sæculorum observationes cognovit.’

Sacerdotum] Lucan. X. ‘Longis Cæsar produceret noctem Inchoat alloquiis: summaque in sede jacentem, Linigerum placidis compellat Achorea dictis; O sacris devote senex, quodque arguit ætas, Non neglecte Deis, Phariæ primordia gentis Terrarumque situs, vulgique edissere mores, Et ritus, formasque Deum: quodcumque vetustum Insculptum est adytis, profer, noscique volentes Prode Deos.’

[m] *Patrium sermonem*] Alii omittunt, alii ad Romanum transferunt, quasi respectu Germanici *patrius sermo* dictus foret; quod non ita se habet; verum Ægyptius sacerdos jussus est *suum*, hoc est, Ægyptium sermonem complexas literas interpretari Germanico, quod ille, quatenus conjecturæ locus est, non Romana, sed Græca potius lingua fuerit executus.

[n] *Referebat*] Macrob. II. 11. ‘Nunquam tamen, sive eluvio, sive exustio omnes terras, aut omne hominum genus, vel omnino operit, vel penitus exurit. Ægypto certe (ut Plato in Timæo fatetur) nunquam nimietas humoris nocuit, vel caloris: unde et infinita annorum millia in solis Ægyptiorum monumentis librisque releguntur; certæ igitur terrarum partes interneccioni superstites, seminarium instaurando generi humano fiunt,’ &c.

[o] *Septingenta millia*] Strabo περὶ ἑκατὸν μυρίαδας, *sint* 1,000,000.

gem Rhamsen[p] Libya, Æthiopia,[q] Medisque et Persis[r] et

Rhamsen Libyam, Æthiopiam, Medosque, et Persas, et Bactrianos, ac Scy-

NOTÆ

[p] *Regem Rhamsen*] De hac tanta potentia Ægyptiorum nihil legi, nec facile credam. Nam quod Suidas ait, Thulin quendam Ægyptium regem, et usque ad Oceanum imperium tenuisse, a quo dicta sit Thule; quid tam infandum somniavit ullus ægrotus? nescio an hic sit Rhamses, quo regnante, Ilium captum esse vult Plinius XXXIV. 8. ubi tamen leges *Ramises* corrupte. *Lipsius.*

Regem Rhamsen] Eadem dicuntur de Sesostride a Diodoro. *Muretus.* 'Armais' apud Josephum, unde hos Reges depromsit Eusebius, frater Sesothios, ipso fratre expeditionem in Asiam faciente, invasit regnum Ægypti: unde postea a fratre expulsus est.

Iste *Sesothis* trinominis fuit, teste Manethone. Vocatus enim est Ramesses, et præterea Ægyptos. Sed Josephus hæc nomina permiscuit. Nam Sesothis Josephi est Σέσωστρις Herodoti, et Σεσόωστις Diodori. *Scaliger.*

'Ραμέστρης in obelisco apud Ammianum Marcellinum videtur esse, qui Rhameses seu Rhamesses dicitur ab Eusebio in Chronico; et a Josepho in l. II. contra Apionem 'Ραμέστης, 'Ράμψης, qui etiam alio nomine Σέσωθις dicebatur, ut docet ibidem Josephus ex Manethone.

Herodotus in l. II. Sesostrim appellat. Eundem enim esse *Sesotim* seu *Sethosim* Manethonis cum Herodoti Sesostri ex utriusque rebus gestis inter se collatis recte probavit Scaliger in notis ad Eusebium numero 530. Eundem Tacitus in Ann. l. II. *Ramsem* vocat; et de eo scribit, quæ optime in Sesostrem conveniunt.

[q] *Æthiopia*] Æthiopia, Albexin incolis, et Abissynia nostris, regio Africæ amplissima cis et ultra æquatorem circulum extensa, gemina est; una sub Ægypto inter Nilum et sinum Arabicum late patens; altera ultra æquatorem non satis veteribus cognita.

Æthiopia] Multiplex est apud veteres: nempe, Æthiopia late sumta, pars est dimidia et meridionalis totius Africæ, ad oceanum Æthiopicum sen Australem: hodie nomen antiquum apud nos etiam retinet: hæc Æthiopia late sumta divisa fuit in duas partes; illa quæ fuit versus occidentem et meridiem dicta est Æthiopia interior, ubi nunc sunt status Congo, regio et ora Cafrorum, imperia Monomotapæ et Monœmugi.

Pars vero altera, quæ fuit ad orientem, vocabatur, Æthiopia sub Ægypto: hodie in ea parte sunt imperium Abyssinorum, Nubia regio, et oræ Zanguebar, Aian, et Abex.

Fuit etiam Æthiopia proprie dicta, pars major Æthiopiæ sub Ægypto: hodie Abyssinorum imperium. Ex Chartis et Tabulis Sausonis. *Tillemon.*

Ægyptus imperitavit Æthiopiæ, et vicissim Æthiopia Ægypto. Plin. 'Ægyptiorum bellis attrita est Æthiopia, vicissim imperitando serviendoque clara, et potens etiam usque ad Trojana bella, Memnone regnante, et Syriæ imperitasse eam, nostroque littori, ætate Regis Cephei, patet Andromedæ fabulis.'

[r] *Persis*] Regio imperii Persarum, sive Parthorum, ad sinum Persicum: hodie Chusistan, Fars, Kirman, et Mekeran, provinciæ regni Persiæ. *Tillemon.*

Bactriano[s] ac Scytha[t] potitum; quasque terras Syri Armeniique et contigui Cappadoces colunt, inde Bithynum,[u] hinc Lycium[v] ad mare, imperio tenuisse.' Legebantur et indicta gentibus tributa, pondus argenti et auri, numerus armorum equorumque, et dona templis, ebur, atque odores, quasque copias frumenti et omnium utensilium quæque natio penderet, haud minus magnifica, quam nunc vi Parthorum[w] aut potentia Romana jubentur.

61. Ceterum Germanicus aliis quoque miraculis[x] intendit

thas subegisse; *simul* eas regiones, quas Syri, Armeniique, et finitimi Cappadoces habitant, hinc provincias ad Bithyniæ, et inde ad Lyciæ usque pelagus obtinuisse. *Referebantur etiam imperata populis vectigalia, quantum argenti et auri* exegissent, *quantum armorum, equorumque, et munera delubris, ebur, thura atque aromata, quasque copias annonæ, et omnium quæ ad usum victumque necessaria sunt, quisque populus persolveret, haud minus ampla et ingentia, quam nunc dominatione Parthorum, aut imperio Rom. præcipiuntur.*

Ceterum Germanicus aliis etiam miraculis visendis *animum adjunxit, quorum*

NOTÆ

[s] *Bactriano*] Bactriana, regio imperii Persarum sive Parthorum ad mare Caspium: hodie pars provinciæ Chorasan in regno Persiæ, parsque regionis Mauvaralnharæ in magna Tartaria. Ex Chartis Gulielmi Sanson. *Tillemon.*

[t] *Scytha*] Scythia, pars Septentrionalis Asiæ veteris ad oceanum Scythicum: hodie pars major Tartariæ Magnæ, parsque orientalior Moscoviæ, in Asia et Europa hodierna. Ex Chartis Sansonis. *Tillemon.*

[u] *Inde Bithynum, Lycium*] Referenda hæc sunt ad populos proxime nominatos, Syros, Armenios, Cappadocas: non universum Ægyptiorum imperium, quod his finibus velle includere ridiculum esset.

Bithynum] Bithynia, regio Asiæ minoris peninsulæ ad Septentrionem et Occidentem, et ad Pontum Euxinum et Propontidem: hodie, pars septentrionalis et occidentalis præfecturæ Natoliæ ad mare Nigrum et ad mare Marmaræ, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

[v] *Lycium*] Lycia, regio Asiæ minoris, peninsulæ ad mare Lyciacum, partem maris Mediterranei. Hodie pars præfecturæ Natoliæ ad meridiem, et ad mare orientale, seu *du Levant*, in Turcico imperio Asiatico *Tillemon.*

[w] *Vi Parthorum*] Quidam accipiunt in malam partem, et *violentiam* interpretantur, quasi opponant dominationem sævam Parthorum, imperio Romanorum, quæ lenior, et veluti magis legitima dominatio sit. Sed 'ad populum phaleras:' magna quæque imperia suas leges habent, sua tributa exigunt pari vi, pari iniquitate: nec major aut durior vis Parthorum, quam Romanorum. Pari ingenio sunt imperitantes omnes; et si diversi solo, locoque, aut etiam tempore forte agant; et, ut habet Tacit. 'magis alii homines, quam alii mores.' Asinus Phædri, semper 'feret clitellas.'

[x] *Miraculis*] Nilus ipse magnum, benignum, et æternum miraculum fuit, ob magnitudinem, ob originem

animum: quorum præcipua fuere Memnonis saxea effigies,[y]

eximia fuere simulacrum Memnonis e lapide, distinctas voces edens, cum lux solis

NOTÆ

ipsius incognitam, ob ipsius inundationes annuas, quarum hactenus causæ latent, quæ semper investigantur, nec unquam inveniuntur.

Visendus etiam lacus ille, in quo vaga perpetuo natat insula, de quo Mela I. 10. 'In quodam lacu Chemnis insula, lucos, sylvasque et Apollinis grande sustinens templum, natat, et quocumque venti agunt, pellitur.' Visendæ 'Pyramides tricenum pedum lapidibus extructæ, quarum maxima (tres namque sunt) quatuor fere soli jugera, sua sede occupat: tandem in altitudinem erigitur.'

Spectandus et 'Mœris, aliquando campus, nunc lacus viginti millia passuum in circuitu patens, altior quam ad navigandum magnis onustisque navibus satis est.'

Visendum et 'Psammetichi opus, Labyrinthus, domos mille, et regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore exstructus, ac tectus, unum in se descensum habet, intus pæne innumerabiles vias, multis ambagibus huc et illuc remeantibus, sed continuo amphractu, et sæpe revocatis porticibus ancipites, quibus subinde alium super alios orbem agentibus, et subinde tantum redeunte flexu; quantum processerat, magno et inexplicabili tamen errore perplexus est.'

Visendus etiam fuit Apis ille, qui 'populorum omnium Numen est; bos niger certis maculis insignis, et cauda, linguaque dissimilis aliorum: raro nascitur, nec coitu pecoris (ut aiunt) sed divinitus, et cœlesti igne conceptus, diesque quo gignitur, genti maxime festus est.'

Invisendi, audiendique sacerdotes, qui 'Ægyptios vetustissimos hominum prædicant,' nempe 'trecentos et triginta Reges ante Amasin, et supra tredecim millium annorum ætates certis annalibus referunt: mandatumque literis servant, dum Ægyptii sunt, quater cursus suos vertisse sidera, ac solem bis jam occidisse, unde nunc oritur. Viginti millia urbium Amasi regnante habitarent,' &c.

Spectandæ et clarissimæ urbes 'Says, Memphis, Syene, Bubastis, Elephantis, et Thebæ, utique (ut Homero dictum est) centum portas, sive (ut alii aiunt) centum anlas habens; totidem olim principum domos; solitasque singulas, ubi negotium exegerat, dena armatorum millia effundere.'

[x] *Memnonis saxea effigies*] Visitur, ut Plinius vult, in Serapis templo forma Colossi: 'quem,' ait, 'quotidiano solis ortu contactum radiis crepare dicunt.' Juvenal. 'Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ.' Dimidium cur vocet, explicat Strabo: τοῦ δὲ ἑτέρου τὰ ἄνω μέρη τὰ ἀπὸ τῆς καθέδρας πέπτωκε σεισμοῦ γενηθέντος: 'alterius vero partes superiores, quæ ab cathedra erant, facto terræ motu subversæ sunt.' Qui etiam vidisse se ait, et cum multis aliis, circiter horam primam diei, sonitum aliquem audisse.

Philostratus ab Apollonio eam statuam in Æthiopia visam ait: et mentitur non insolens, sive ipse, sive impurus ille magus. Nam certum est in Ægypto fuisse. Vide præter alios Pausaniam in Atticis. *Lipsius.*

Memnonis] Plin. XXXVI. 7. 'Non absimilis illi (lapidi quem basalten vocant, ferrei coloris, atque duritiæ) narratur in Thebis delubro Serapis,

ubi radiis solis icta est, vocalem sonum reddens: disjectasque inter[1] et vix pervias[y] arenas, instar montium eductæ Pyramides,[z] certamine et opibus Regum: lacusque[a] effossa

percussit, et Pyramides in montium magnitudinem exstructæ, æmulatione et opulentia regum inter confusas dispersasque temere, et vix penetrabiles arenas; stagnaque

1 Male tentat Ernestus, *desertasque inter...arenas.* Non inepte vertit Amelot de la Houssaie, *parmi des sables mouvants presque impénétrables.* Melius Gordon, *amongst rolling and almost impassable waves of sand.* Murphy quoque, *amidst a waste of sands almost impassable.*

NOTÆ

ut putant, Memnonis statua dicatus, quem quotidiano solis ortu, contactum radiis crepare dicunt.'

[y] *Disjectasque inter et vix pervias*] Inter incertas, et vix penetrabiles arenas. Τὸ *disjectas* alii omittunt, alii ad Pyramides hoc vocabulum referunt. Nimirum fefellit eos novitas rei, cum non imaginarentur, quid per arenas disjectas intelligendum foret; quod eos docere potuerat recordatio copiarum Cambysis, in his locis, per dispersas vento arenas obrutarum, apud Herodot. III. 26. *Freinshemius.*

Haud scio, an recte intellexerit; certe loquitur, quasi nolit intelligi. Quis enim assequitur *incertas arenas?* nam dispersas quis non putet passim jacentes, aut spargente aliquo, sive is ventus sit, portatas, et passim abjectas; ut apud Maronem, 'pedibus qui spargat arenam,' et 'sparsa ad pugnam proludit arena.'

Nec dum tamen ex his scias, quæ sint Tacito *arenæ disjectæ.* Quo vocabulo significat ille proprium hujus materiæ τὸ ἀσύναπτον, ἀσύγκλωστον, quod singula corpuscula, vel singuli pulvisculi ab aliis secedunt, eoque ad moliendum, aut accipiendo, suscipiendoque operi est inutilis. Unde ὁ λόγος· ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον: Unde proverbium: 'qui ædificavit domum suam super arenam,' &c.

Merito Tacitus ad augendum rei miraculum addit, 'arenas inter *disjectas,*' id est, solutas, dissociabiles, intractabiles ob segregem naturam, tantas moles structas. Nam etsi hæ vento quoque, ubique agitentur et jactentur, non sunt tamen, ubi sitæ Pyramides, Garamantum arenæ, quæ castra obruere possint.

[z] *Pyramides*] Pyramides Ægypti apud Memphin urbem; inter illam et Veldam, inter septem orbis miracula Pharaoni, teste Bellon. Granari di Giosefo Europæis, teste Ortel., tres numero latæ longæque in altum; ad 4 terræ jugera, teste Mela; a Nilo fluvio 4. mil., a Cairo 4. mil.; antiquorum regum sepulcra. Pyramidum una a 360, 000 hominum, viginti annorum spatio constructa traditur, tanta impensa, ut in alliis, cœpis et raphanis 1800 talenta insumta fuerint.

Pyramides] Memphitites nomi, sive præfecturæ in Heptanomo, sive Ægypto media, et ad occidentem Nili fluvii. Hodie adhuc visuntur ad occidentem et meridiem Cairi urbis, in Vostani parte media Ægypti regionis. *Tillemon.*

Pyramides] Pyramides ab Ægyptiis Regibus ex affluentia divitiarum, et postquam ab uno cœpta res est, ceterorum æmulatione, instar montium exstructæ sunt.

[a] *Lacusque*] Item immensi lacus

humo, superfluentis Nili[b] receptacula: atque alibi angustiæ[c] et profunda altitudo,[d] nullis inquirentium spatiis penetrabilis.[2] Exin ventum Elephantinen[e] ac Syenen,[f] claustra olim Romani imperii,[g] quod nunc Rubrum ad mare[h] patescit.

egesta terra inundantis Nili alvei, et aliis locis arctæ fossæ, et immensa profunditas nullis scrutantium aut explorantium mensuris pervia. Dein petiit Elephantinen ac Syenem, limites olim Romanæ dominationis, quæ nunc ad Erythræum mare extenditur.

2 Frustra tentat Heinsius, *nulli inquirentium satis penetrabilis*, vel *nullis inquirentium satis penetrabilis*. Brotier.

NOTÆ

manu facti, terraque per ingens spatium effossa, ut Nilus, si præter modum exundasset, in eos dilaberetur, neque superstagnans agros perderet.

[b] *Nili*] Nilus, Nil Africanis, Tacui Abyssinis: et Abanhi, ubi Meroën insulam efficit. Fluvius Africæ maximus et notissimus, ex lacu amplissimo ultra æquatorem oriens, longoque decursu in Boream per utramque Æthiopiam et Ægyptum fluens.

Apud Memphim et Babylonem in plures alveos divisus, quorum duo extremi Deltam efficiunt figuram triangularem, cujus vertex est, ubi dividitur ad Babylonem; basis, ora littoralis inter Alexandriam et Pelusium latera; unum inter Babylonem et Alexandriam, alterum inter Alexandriam et Pelusium mare novem ostiis subit: quorum extrema, Canopicum ad occasum et Pelusiacum ad ortum.

[c] *Alibi angustiæ*] Denique angusta quædam in flumine loca, in immensam altitudinem depressa, quæ nullis investigantium funibus, licet in maximæ longitudinis spatium inter se connexis, inquiri invenirique possit.

[d] *Profunda altitudo*] Ἄβυσσοι πηγαί. *Herodotus.*

[e] *Elephantinen*] Elephantine insula Ombites nomi, in Thebaide prima Ægypti provincia, et ad Nilum fluvium. *Tillemonius.*

Elephantinen] Hæc insula infra novissimam cataractam habitatur, et est Ægyptiæ navigationis finis. Plin. l. v. 9. Strabo lib. XVII. 'In ea perpetuum est ver arborum, ita ut ne vitium quidem palmites decidant.' Idem Plin. lib. XVI. 21. Est autem Elephantina Æthiopiæ vicina, quæ Elephautorum ferax, et non longe a Meroë.

[f] *Syenen*] Plin. XII. 4. 'Æthiopiæ forma, ut diximus, nuper allata Neroni principi, raram arborem ebenum ad Meroëm, usque a Syene fine imperii, &c. esse docuit.'

In Elephantine puteus, qui indicat incrementa Nili. In Syene puteus, qui indicat solstitium; ibi dum sol in Cancro est, recta corpora nullam faciunt umbram. Lucan. lib. II. 'Atque umbras nusquam flectente Syene.'

Syenen] Syene, Asna, teste Jo. Leone, urbs Ægypti, olim Archiep. in Æthiopiæ confinio ad Nilum, olim Rom. imperii, sicut et nunc Turcici, terminus, inter Alexandriam Ægypti, et Meroëm, teste Plinio.

[g] *Claustra olim Romani imperii*] Alio sensu *claustra*, quam paulo ante; nam nunc terminum et finem intelligit, qui claudit. Insertum hoc autem in gratiam laudemque Trajani, qui res magnas gessit ad orientem, limitibus imperii ad Rubrum mare promotis.

62. Dum ea æstas Germanico plures per provincias transigitur, haud leve decus Drusus quæsivit, illiciens Germanos ad discordias; utque fracto jam Maroboduo usque in exitium insisteretur. Erat inter Gotones[1] [i] nobilis juvenis, nomine Catualda, profugus olim vi Marobodui, et tunc, dubiis rebus ejus, ultionem ausus. Is valida manu fines Marcomannorum ingreditur, corruptisque primoribus ad societatem, irrumpit regiam[j] castellumque juxta situm. Veteres illic Suevorum prædæ, et nostris e provinciis lixæ[k] ac negotiatores reperti; quos jus commercii, dein cupido

Dum eam æstatem Germanicus multas per regiones traducit, haud tenuem gloriam assecutus est Drusus, impellens Germanos ad dissensiones, utque victo jam Maroboduo usque in perniciem illius perseveraretur. Erat inter Gotones clarus adolescens, vocabulo Catualda, patria ejectus olim potentia Marobodui, et tunc adversis rebus illius, vindictam sumere ausus. Is cum firmo agmine regionem Marcomannorum invadit, illectisque proceribus ad commilitium, invadit sedem regiam, arcemque prope struetam. Antiquæ illic Suevorum opes, *quæ raptæ bello erant, et e nostris regionibus lixæ ac mercatores inventi, quos fœdus ictum commercii causa,*

1 *Gothones* Brotier et Homer. At Beroaldus, *Gotones*, cui consentiunt Gronovius et Ryckius.

NOTÆ

Eleganter apud Suidam scriptor incertus super hac ipsa re: ‘ Imperium Romanum ipsum longe superavit Persarum atque Macedonum veterum imperia; quippe limites suos descripsit, ad orientem quidem Indos et mare Rubrum, et Nilum, et paludem Mæotin:’ et reliqua, quæ non dubie attexit de rebus Trajani. Ita Tacitus lib. IV. ‘ quanto sit angustius imperatum:’ præ quam nunc, videlicet meo ævo.

Claustra] Terminos tum imperii Rom. quod nunc Trajani victoriis usque ad Rubrum mare protenditur.

[h] *Rubrum ad mare*] Erythræum Græcis, Arabiam Felicem alluit, in duos sinus, Arabicum nempe et Persicum dividitur.

Rubrum mare] Pars est oceani orientalis, inter Arabiam regionem Asiæ, atque Ægyptum et Troglodyticam regiones Africæ: hodie Franci vocant, la mer Rouge, et mer de la Mecque, vel Golphe d'Arabie. *Tillemon.*

[i] *Gotones*] Populi Germaniæ ad Viadrum fluvium: hodie pars media *Silesiæ* ducatus, sub regno Bohemiæ. *Tillemonius.*

[j] *Irrumpit regiam*] Boviasmum ubi regia Marobodui erat, et castellum prope situm occupat.

Irrumpit regiam] Boviasmum in Hercynia sylva, de quo attuli supra Strabonis verba.

[k] *Nostris e provinciis lixæ*] Erant ibi non modo veteres Suevorum prædæ, sed etiam e nostris regionibus lixæ mercatoresque, qui cum divitiis et mercibus a Catualda rapti eo loci sunt.

augendi pecuniam, postremum oblivio patriæ suis quemque ab sedibus[l] hostilem in agrum transtulit.[r]

63. Maroboduo undique deserto non aliud subsidium, quam misericordia Cæsaris, fuit. Transgressus Danubium,[m] qua Noricam[n] provinciam præfluit, scripsit Tiberio, non ut profugus[o] aut supplex, sed ex memoria prioris fortunæ: 'Nam[2] multis nationibus,[p] clarissimum quondam Regem ad se vocantibus, Romanam amicitiam prætulisse.' Responsum a Cæsare, 'tutam ei honoratamque sedem in Italia fore, si maneret: sin rebus ejus aliud conduceret,[q] abiturum

dein cupiditas amplioris fortunæ, demum oblivio natalis soli, sua quemlibet a patria hostilem in terram transmisit.

Maroboduo undequaque destituto non aliud perfugium fuit, quam clementia principis. Cum transmisisset Danubium; qua parte *Noricam regionem prælabitur, composuit literas ad Tiberium, non ut fugiens aut fractus animo, sed ex conscientia prioris fastigii:* quippe plurimis gentibus nobilissimum olim Regem ut ad se veniret compellantibus, Romanam fidem societatemque anteposuisse. *Respondit Tiberius,* securam ei decoramque habitationem in Italia futuram, si moraretur; sin fortunæ ejus aliud conveniret, abscessurum eadem, qua acces-

1 Sic sæpe veteres. Nos diceremus, *transtulerat.* Brotier.
2 Forte, *tam multis. Nam* potest tamen accipi pro *scilicet.* Haud ita feliciter innuit Ernestus, *quam multis ... prætulissent.* Brotier.

NOTÆ

[l] *Suis quemque ab sedibus*] Blandiente lucro, paulatim patriæ suæ obliti, alii aliis ex terris eo commigraverant.

[m] *Danubius*] Danubius fluvius Germaniæ, Illyrici, et Sarmatiæ regionum Europæ, in Pontum Euxinum labitur: hodie Danauv Allemannis, et Danube Francis; fluit per Allemanniam, et Turcicum imperium Europæum, deinde cadit in mare Nigrum. *Tillemon.*

[n] *Noricam*] Noricum, pars, vel regio Illyrici occidentis: hodie pars ducatus Bavariæ, cum Archiepiscopatu Saltzburg in circulo Bavariæ; necnon pars archiducatus Austriæ, et ducatuum Stiriæ, Carinthiæ, et Carniolæ, parsque comitatus Cilley, et Episcopatus Brixen, in circulo Austriæ. Ex Chartis Sansonis. *Tillemonius.*

[o] *Non ut profugus*] Scripsit ad Cæsarem non demisse, abjecteque, ut supplex; sed eo spiritu, ut appareret, nondum eum prioris conditionis oblitum esse.

[p] *Nam multis nationibus*] Argumentum epistolæ fuit, non desperatione, aut aliorum suffugiorum inopia, se Cæsarem respicere; sed quia Romanorum honori hoc daret, ut ipsis potius beneficium hoc deberet, quam multis aliis nationibus, a quibus ut clarissimus modo Rex ultro vocaretur.

[q] *Sin rebus ejus aliud conduceret*] Quod si deinde, alibi locorum, conditionem suam meliorem reddere posse confideret, discessum ipsius eadem fide, neque minus tutum, expeditumque futurum, quam adventus fuisset.

fide, qua venisset.' Ceterum apud Senatum disseruit, ' non Philippum Atheniensibus, non Pyrrhum aut Antiochum Populo Romano perinde metuendos[r] fuisse.' Extat oratio, qua ' magnitudinem viri, violentiam subjectarum ei gentium, et quam propinquus Italiæ hostis, suaque in destruendo eo consilia' extulit. Et Maroboduus quidem Ravennæ habitus, si quando insolescerent Suevi,[s] quasi rediturus[1] in regnum,[t] ostentabatur: sed non excessit Italia per duodeviginti annos; consenuitque, multum imminuta claritate,[u] ob nimiam vivendi cupidinem. Idem Catualdæ casus, neque aliud perfugium. Pulsus haud multo post Hermundurorum opibus, et Vibilio[2] duce; receptusque Forum Julium,[v] Narbonensis Galliæ[w] coloniam, mittitur. Barbari utrumque co-

sisset, fide. *Ceterum retulit apud patres*, non Philippum Atheniensibus, non Pyrrhum aut Antiochum Romanis perinde formidandos fuisse. *Manet oratio qua* amplitudinem Regis, ferociam subditarum ei nationum, et quam prope imminens Italiæ hostis, suasque in eo subvertendo artes *celebravit. Et Maroboduus quidem Ravennæ retentus, si quid aliquando auderent Suevi, tanquam reversurus in regnum exhibebatur: sed non exiit Italia per octodecim annos; et ibi senuit, haud parum deminuta gloria, ob immodicum vitæ studium. Eadem Catualdæ fortuna, neque aliud subsidium* fuit. *Ejectus non multo post viribus Hermundurorum et ductu Vibilii, exceptusque Forum Julium Narbonensis provinciæ coloniam amandatur. Germani utriusque comites, ne turbarent pacatas provincias*, iis

1 Ita optime emendavit Rhenanus. In Ms. Flor. et veteribus editionibus, *reditus*. Male tentat Jac. Gronovius, *reditui*. Brotier.

2 Ryckius mallet, *Vibillio*, quod Cæsari *Vibullius* memoretur. *Vibidius*, in inscriptionibus sæpe laudatus, Ernesto placet. Scriptura veterum librorum retinenda. *Idem.*

NOTÆ

[r] *Perinde metuendos*] Hos Reges non ita metuendos fuisse, ut Maraboduus iste, propter vim ingenii, opumque magnitudinem, timendus fuerit.

[s] *Suevi*] Suevi magna gens tenuere Mechelburgiam, Pomeraniam et Marchiam, dein circa Danubium consedere.

[t] *Quasi rediturus in regnum*] Eum Ravennæ habitare jussit, eo consilio, ut Suevos eo terrore, in officio coutineret, formidaturos, si Romanos læderent, eos Maroboduum in regnum suum remissuros, eoque facto bellorum civilium in iis gentibus causam excitaturos esse.

[u] *Imminuta claritate*] Multumque de pristina ejus opinione decessit, quasi per ignaviam, et nimium vitæ amorem tamdiu ibi hæsisset, nullumque recuperandæ prioris fortunæ conatum ostendisset.

[v] *Forum Julium*] Oppidum Oxybiorum populorum, in Viennensi Tertia Narbonensis regionis provincia, et in Gallia hodie *Frejuls*, urbs provinciæ et præfecturæ *Provence* prope oram, in regno Franciæ. *Tillemon.*

[w] *Narbonensis Galliæ*] Narbonensis,

mitati, ne quietas[x] provincias immixti turbarent, Danubium ultra, inter flumina Marum[y] et Cusum,[z] locantur, dato Rege Vannio gentis Quadorum.[a]

64. Simul nuntiato, 'Regem Artaxiam Armeniis a Germanico datum,' decrevere Patres, 'ut Germanicus atque Drusus ovantes urbem introirent:' structi et arcus,[b] circum

permixti mittuntur ultra Danubium, inter amnes Marum et Cusum, imposito Rege Vannio nationis Quadorum: ibique sedes illis assignantur.

Eadem tempestate cum auditum Romæ esset Regem Artaxiam a Germanico impositum fuisse Armeniis, *censuit Senatus,* ut Germanicus et Drusus civitatem inirent ovantes. *Erecti etiam arcus circa muros ædis Martis Ultoris, cum ima-*

NOTÆ

seu Viennensis; regio Galliæ ad mare Mediterraneum: hodie pars orientalior Vasconiæ provinciæ late sumtæ, aut *Gascogne*, omnes comitatus Foxensis, *Foix*, et Ruscinonensis, *Roussillon*, major pars Occitaniæ provinciæ, vulgo *le Languedoc*, omnes provinciæ Vivariensis, *le Vivarais*, et Delphinatus, *le Dauphiné*, aliquid Bressiæ, *la Bresse*, cum balliviatu Gesiæ, *Gex*, omnes ducatus Sabaudiæ, *la Savoye*, comitatus Valesiæ, *le Wallais*, Balliviatus, *Bellinzone*, et *Locarno*, maxima pars status Pedemontii, *le Piemont*, aliquid status Mediolanensis, *le Milanois*, pars Montis Ferrati, *le Montferrat*, omnis præfectura provinciæ, *la Provence*, &c. in regno Franciæ, et Italia hodierna, &c. ex chartis Sansonis. *Tillemon.*

[x] *Ne quietas*] Ne hominibus mitibus pacificisque immixti per ingeniorum ferociam in tranquillis quietisque provinciis turbas excitarent.

[y] *Marum*] Marus fluvius, Marisus; Marus Tacit. posterioribus Marysius, *Maros* Hungarice, *Merisch*, vel *Marish*. Germ. fluvius, Daciæ per Transylvaniam in Tibiscum influens, ac Albam Juliam alluens.

Marus] Fluvius Quadorum, et Taracatriarum populorum, et Adrabæ campi, in parte meridionali Germaniæ; in Danubium fluvium se exonerat: hodie *Moraura*, in Moravia marchionatu regni Bohemiæ, in Austriæ archiducatu circuli Austriæ, et in regno Hungariæ, ex Cluverio lib. III. c. 31. p. 120. German. ant. et Chartis Sansonis. *Tillemon.*

[z] *Cusum*] Cusus fluvius Chrysius Jornandi teste Rhenano *Kevez*, teste Laz. et al. *Keureuz.* fluv. Daciæ per Transylvaniam in Tibiscum fluens.

Cusus] Fluvius Taracatriarum populorum, in parte meridionali Germaniæ, in Danubium fluvium labitur: hodie *Wag*, in Hungaria superiore: ex Cluverii lib. III. c. 31. p. 121. German. ant. et Chartis Sansonis. *Tillemon.*

[a] *Quadorum*] Quadi Germaniæ populi, quos Jo. Debravius Slesios *Slesier* esse putat: Aventinus vero illos in Moravia fuisse scribit, eorumque tractum nunc *Marckfeld* et *Marckfelberg* appellari in Austria, trans Danubium, in Moraviæ confinio.

Quadi] Populi Germaniæ ad meridiem: hodie *Moravia*, marchionatus regni Bohemiæ. *Tillemon.*

[b] *Arcus*] Arcus Drusi et Martis ædes fuerunt in prima regione Romæ antiquæ: ex Roma Nardini lib. III. c. 1. p. 71. et c. 2. p. 79. *Tillemon.*

latera templi Martis Ultoris, cum effigie Cæsarum:[c] lætiore Tiberio, quia pacem sapientia firmaverat, quam si bellum per acies confecisset. Igitur Rhescuporin quoque, Thraciæ Regem, astu aggreditur. Omnem eam nationem Rhœmetalces tenuerat: quo defuncto, Augustus partem Thracum[d] Rhescuporidi, fratri ejus, partem filio Cotyi permisit. In ea divisione[e] arva et urbes et vicina Græcis Cotyi; quod incultum,[f] ferox, annexum hostibus, Rhescuporidi cessit: ipsorumque Regum[g] ingenia, illi mite et amœnum, huic atrox, avidum, et societatis impatiens erat. Sed primo subdola concordia[h] egere: mox Rhescuporis egredi fines, vertere in se Cotyi data, et resistenti vim facere; cunctanter sub Augusto, quem auctorem utriusque regni, si sperneretur, vindicem metuebat: enimvero, audita mutatione Principis, immittere latronum globos, exscindere castella, causas bello.

65. Nihil æque Tiberium anxium habebat, quam ne com-

gine Cæsarum; gaudente magis Tiberio, quod pacem consiliis et prudentia stabilisset, quam si bellum acie et prœliis patravisset, profligavissetque. Itaque dolo etiam adoritur Rhescuporim Regem Thraciæ. Universum illam gentem Rhœmetalces obtinuerat: quo extincto, Augustus partem Thraciæ Rhescuporidi fratri illius, partem alteram *filio Cotyi tradidit. In ea partitione agri, et oppida, et quæ proximu Græciæ, Cotyi* evenit; *quod desertum, agreste, et contiguum hostibus, Rhescuporidi obtigit; ipsorumque Regum mentes perinde erant: illi suavis* animus, *comis et venustus; huic* ingenium *ferox, ambitiosum, et societatis intolerans erat. Sed initio fictam concordiam præ se tulere. Dein Rhescuporis transire ditionis suæ limites, vindicare sibi quæ Cotyi concessa, et reluctanti vim inferre; dubitanter sub Augusto, quem conditorem utriusque regni, formidabat ultorem, si contemneretur. Sed nuntiato imperare novum principem,* cœpit *immittere latronum catervas, et expugnare arces, causas belli* quærens.

Nihil perinde Tiberium solicitum tenebat, quam ne constitutæ pacatæque res

NOTÆ

[c] *Cum effigie Cæsarum*] Germanici et Drusi.

[d] *Partem Thracum*] Sic Augustus, ut diduceret divideretque Reges, ut vires scilicet, opesque Regulorm inservientium minuceret: nam ipsos *Reges inter instrumenta servitutis* habuit.

[e] *In ea divisione*] Talis prope divisio Numidiæ inter Jugurtham, et Adherbalem apud Sallust.

[f] *Quod incultum*] Inculta ei regni pars, et tam ingeniis incolarum, quam hostium vicinitate ferox, Rhescuporidi permissa, acciditque, ut ipsorum etiam Regum mores sorti suæ responderent.

[g] *Ipsorumque Regum*] Adeo hoc verum est, ut Cotys ille etiam literis et poësi excultus fuerit. Ad eum enim Elegia 19. Ovidii lib. III. de Ponto: et in hujus regno Vates ille exulavit, quod scire volo juventutem.

[h] *Subdola concordia*] Primo simulaverunt concordiam, cum metum suum Cotys, cupiditatem Rhescuporis astute tegerent.

posita turbarentur.[i] Deligit centurionem, qui nuntiaret Regibus, ‘ ne armis disceptarent:’ statimque a Cotye dimissa sunt, quæ paraverat, auxilia. Rhescuporis ficta modestia postulat, ‘ eundem in locum coiretur: posse de controversiis colloquio transigi:’ nec diu dubitatum[j] de tempore, loco, dein conditionibus: cum alter facilitate, alter fraude, cuncta inter se concederent acciperentque. Rhescuporis sanciendo, ut dictitabat, fœderi convivium adjicit:[k] tractaque in mul-

moverentur. Destinat centurionem, qui moneret reges, ne bello contenderent. *Confestim Cotys dimisit copias, quas contraxerat. Rhescuporis subdola moderatione poscit*, ut eundem in locum conveniretur: posse controversias dirimi congressu et sermone. *Nec diu deliberatum de die, loco, mox conditionibus: cum alter simplicitate, alter dolo, omnia mutuo sibi donarent approbarentque. Rhescuporis firmandæ, ut jactabat, paci adjungit epulas; productoque in multam noctem* epularum *gaudio, inter*

NOTÆ

[i] *Ne composita turbarentur*] In universum accipe. Ridicule enim ad Thraciam tantum trahas cum nonnullis: scilicet ea cura quietum solicitabat.

[j] *Nec diu dubitatum*] De tempore, loco, modoque congrediendi facile convenit: quia uterque omnia, quæ ab altero postulabantur, haud cunctanter indulgebat promittebatve, quanquam animo longe diverso. Cotys enim id agebat ex insita simplicitate, lenitateque; Rhescuporis autem dolose atque perfide, quo deceptum his artibus inimicum facilius in fraudem illiceret.

[k] *Convivium adjicit*] Putat Josephus Scaliger ad Varronem et Tacit. hoc verbo, *adjicit*, hos alludere voluisse ad *cœnas adjiciales:* quæ erant, quotiens, aut inaugurandi alicujus gratia aut propter aliud quid, puta publicam lætitiam, indicebatur epulum: idque dicebant, epulum, aut cœnam adjicere. Idem sentit Fulvius Ursinus, in appendice ad Petrum Ciaeconium de triclinio. Acuta quidem interpretatio; sed an vera, judicium aliorum erit.

Nam cum *adjiciales cœnæ* proprie essent augurales, seu pontificiæ, ut ex Plinio, ac Varrone colligitur, nulla est in hoc Taciti loco de sacerdotibus mentio: nisi dicas, hic de sanciendo fœdere agi, ac fœdera sacrosancta haberi: ergo tanquam religiosum convivium hoc appellari posse, quod admodum frivolum videtur. *Pichena.*

Vellem hoc Scaligero non venisset in mentem. Satis enim multos traxit etiam doctos viros. At sciant tirones *adjiciales cœnas* esse nugas meras.

Aditiales dicendum, ut P. Faber, Gruterus, Lipsius monuere, ab aditu sacerdotii, vel adeundo sacerdotio. Veteres enim *aditus, aditi, ut Senatus Senati* dicebant. Et interpres optimus Suetonius in Claud. c. 9. qui *aditialem* interpretatur, quæ daretur *pro introitu sacerdotii.* Gronovius.

Fœdera sine sacrificio non fiebant, nec sacrificia sine convivio. Plautus in Rud. ‘ Quod prandium obsecro te? nempe rem divinam facitis heic.’ Apul. 9. Met. ‘ Dominus ædium sacrificales epulas cum sacerdotibus Dei cœnitabat.’

Sed certe hic fictum, et mere commentitium convivium *aditiale*, de quo nusquam cogitavit Tacitus: adjiciebatur fœderi sacrificium, et sacrificio convivium; sed non ideo pontificia

tam noctem lætitia, per epulas ac vinolentiam incautum Cotyn, et, postquam dolum intellexerat, ‘ sacra regni, ejusdem familiæ Deos, et hospitales mensas[l] obtestantem, catenis onerat; Thraciaque omni potitus scripsit ad Tiberium, ‘ structas sibi insidias, præventum insidiatorem:’ simul bellum adversus Basternas[1 m] Scythasque[n] prætendens, novis peditum et equitum copiis sese firmabat.

scyphos et compotationem, in vincla conjicit improvidum Cotyn, et postquum scelus agnovcrat, obtestantem sacra Regum, ejusdem gentis numina, mensæque et hospitii præsides Deos; *occupataque universa Thracia, composuit epistolas ad Tiberium,* sibi paratas insidias, et doli artificem prævertisse: *eodemque tempore, prætextu belli contra Basternas et Scythas, novis peditum et equitum viribus sese instruebat.*

1 Homerus cum Brotiero habet *Bastarnas.*

NOTÆ

fuit cœna illa, vel aditialis: de sacerdotio ineundo nullatenus agebatur.

Convivium adjicit] Sic in fœderibus adhibita sacrificia, conviviaque Tacit. XII. 47. ubi de Rhadamisto: ‘ Adjicit jusjurandum non ferro, non veneno vim allaturum: simul in lucum propinquum trahit, provisum illic sacrificium imperatum dictitans, ut Diis testibus pax firmaretur.’ Sacrificium autem non temere sine convivio.

Sic et l. XV. 30. ubi de fœdere inito cum Tiridate et Parthis: ‘ Addidit gloriæ Corbulo comitatem, epulasque, &c. convivium buccina dimitti.’ Quod hoc loco nostro l. II. 65. cogitant de convivio *aditiali*, quod Pontificum fuit, somniant. Non magis *aditiale* id convivium fuit, quam jusjurandum Rhadamisti, quam convivium Corbulonis, qui *addidit* gloriæ, seu fœderi comitatem, epulasque.

Sacra regni] Quid vocat *sacra regni?* puto, ea quæ adhibito sacrificio de regnorum statu fiebant forsan etiam dixit *sacra regni*, quod reges sacri, de sacris regni et arcanis, Deos consulerent. Forsan etiam quod arcano quodam, et sacro fœdere omnes reges inter se sint colligati. *Aurelius.*

Regnum hic absolute capiendum est, non ad Thraciam restringendum. *Sacra regni*, sunt fas et jura, et honores consensu gentium regibus tribui solita. *Omnibus* enim *gentibus*, ut gravissimus auctor Cicero pro L. Manilia c. 9. affirmat, ‘ regale nomen magnum, et sanctum videtur.’ Sallust. Fragm. VI. 9. ‘ Illis ingenita est sanctitas regii nominis.’

Hoc igitur voluit Cotys, sanctos, et inviolabiles esse reges: nec sine sacrilegio lædi: eoque provocari regiorum Deorum iram, si quis adversus eos quid audeat. Οἱ βασίλειοι θεοὶ sunt Plutarcho de fortuna Alexan. II. 14. et aliis, quos citat Brissonius l. II. de regno Persarum.

Sacra regni] Quamvis ille re intellecta, violari regiæ majestatis præsides Deos, communisque familiæ gentilia sacra, ipsaque hospitii jura testarctur.

[l] *Hospitales mensas*] Notum de jure hospitii, Diisque hospitalibus, qui sacra mensæ tueri putabantur, sicuti *regii Dii* sacra regni.

[m] *Basternas*] Basternæ Plin. popu-

66. Molliter rescriptum, ‘ si fraus abesset, posse eum innocentiæ fidere: ceterum neque se, neque Senatum, nisi cognita causa, jus et injuriam discreturos: proinde, tradito Cotye, veniret[o] transferretque invidiam criminis.’ Eas literas Latinius Pandus, Proprætor[1] Mœsiæ, cum militibus, quis Cotys traderetur, in Thraciam[p] misit. Rhescuporis, inter metum[q] et iram cunctatus, maluit patrati, quam incepti[2] facinoris reus esse: ‘ occidi Cotyn’ jubet,

Leniter responsum est, si scelus abesset, posse illum conscientiæ suæ confidere: ceterum neque se, neque Patres fas nefasve dijudicaturos, nisi re prius examinata; itaque, dedito Cotye, in urbem se conferret, et odium sceleris amoliretur. *Latinius Pandus Proprætor Mœsiæ misit eas epistolas in Thraciam, cum militibus, quibus Cotys dederetur. Rhescuporis, inter formidinem et iram consilii ambiguus anxiusque, confecti potius quam inchoati sceleris culpam habere maluit:* interfici Cotyn *præcipit, fingitque* mortem eum ultro sibi con-

1 *Proprætore* Gronov.—2 *Incæpti* Homer.

NOTÆ

li Sarmatiæ Europææ in regno Polonico contenti, apud oram maris Euxini, Peucinis, qui in Lituania censentur, finitimi.

Basternas] Basternæ late sumti, populi Germano-sarmatiæ ad meridiem: hodie *Volhynia* et *Podolia* regiones status Poloniæ. Bastarnæ vero proprie dicti, sunt populi Bastarnorum jam dictorum: hodie pars meridionalis *Volhyniæ inferioris* ex Chartis Sansonis. *Tillemon.*

[n] *Scythasque*] Cimmeria, quæ postea Scythia Europæa, sive parva Scythia, regio est meridionalis Sarmatiæ Europææ ad pontum Euxinum et Mæotim paludem: hodie pars major *Tartariæ parvæ*, sub clientela Turcarum: fuit etiam in Europa *Scythia* altera, aliquando pars Mœsiæ regionis, postea vero provincia Illyrici orientis ad Pontum Euxinum: hodie pars orientalis et septentrionalis *Bulgariæ* provinciæ, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

Scythasque] Scythia provincia Asiæ gemina, citerior, quæ intra Imaum montem Ptolem. dicitur, inter Sarmatiam Asiæ, Scythiam alteram, ac inter mare Caspium, et Oceanum Scythicum in plures regiones divisa, quæ omnes sub uno Tartariæ nomine comprehenduntur, altera ulterior, seu extra Imaum montem (Imaus enim ingens inter has interjacet) et ipsa in plures divisa regiones quarum quæ ad ortum extenditur Sericæ contermina. *Cathay* nominatur, quæ ad occ. *Regnadi Combalu*, dicitur et *Mongul.*

[o] *Veniret*] Veniret in urbem, ostenderetque illum potius reum esse criminis, cujus famam, invidiamque hominibus, ex eventu rem æstimantibus, ipse interim sustineret.

[p] *In Thraciam*] Thracia regio maxima Europæ, mari Ægeo Propontideque ab Asia separatur; mare Euxino definita a Mysia super. et infer. Hæmo monte divisa, a Macedonia pariter Nesso fluvio disterminata, vulgo *Romania.*

[q] *Inter metum*] Ille diu incertus consilii, cum ex una parte perpetrandum facinus ira suaderet, ex altera metus Romanæ vindictæ obstaret, &c.

'mortemque sponte sumtam' ementitur. Nec tamen Cæsar placitas[r] semel artes mutavit; sed, defuncto Pando,[s] quem sibi infensum[t] Rhescuporis arguebat, Pomponium Flaccum,[u] veterem stipendiis[1] et arcta cum Rege amicitia, eoque accommodatiorem ad fallendum, ob id maxime Mœsiæ præfecit.

scivisse. *Nec tamen Tiberius inita semel consilia reliquit; sed mortuo Pando, quem sibi inimicum Rhescuporis incusabat, Pomponium Flaccum, antiquum militiæ, et intima cum Rege amicitia, ideoque magis idoneum ad illiciendum dolo, ideo præsertim Mœsiæ præesse jussit.*

1 Frustra tentant Pichena, Freinshemius, et Ryckius, *veterem stipendii.*

NOTÆ

[r] *Nec tamen Cæsar placitas*] Id quanquam vi aperta, et armis vindicandum videri potuisset, tamen Tiberius consilio semel approbato institit, ut astu potius rem conficeret, ut solebat.

[s] *Defuncto Pando*] Quidam interpretantur: cum decessisset provincia. Sed alii rectius *defunctum* accipiunt pro *mortuo*. Fefellit priores vetus Reipub. forma, cum annui Prætores essent, et administratione finita, provincia decederent. Hujus igitur generis hunc quoque Paudum fuisse putarunt.

Sed errant: nam Augustus (qui hæc mutavit) quos suis provinciis præficiebat: τῇ τε ἐπικλήσει τῇ τῶν ἀντιστρατηγῶν χρῆσθαι, καὶ ἐπὶ πλείω καὶ ἐνιαυτοῦ χρόνον, ἐφ' ὅσον ἂν ἑαυτῷ δόξοι, ἄρχειν ἐποίησεν, ait Dio l. LIII. 'iis *vocabulum* Proprætorum dabat, et pro arbitrio suo tempus imperii eorum continuabat.' Jam vero 'id quoque morum Tiberii fuisse' scimus, 'continuare imperia; ac plerosque ad finem vitæ in iisdem exercitibus, aut jurisdictionibus habere.' Tacit. I. 80.

[t] *Infensum*] Quasi ille ob privatas simultates, causam suam falsis relationibus gravaret, &c.

[u] *Pomponium Flaccum*] Velleius: 'Qua ille prudentia Rhascupolim interemtorem fratris sui filii Cotyis, consortisque ejusdem imperii, evocavit? singulari in eo negotio usus opera Flacci Pomponii consularis viri, nati ad omnia quæ recte facienda sunt, simplicique virtute merentis semperque captantis gloriam.'

Is est Tiberii compotor, et (ut ait Cicero de Antonio) compransor et collusor, quod noctem, continuumque biduum, epulando, potandoque cum Tiberio consumsisset. Fuit, ni fallor, consul cum C. Cœlio Rufo, Dio l. LVII.

Et ad eum, ut puto, scribit Ovidius in libris de Ponto. Ad Pomponium patrem refero, quod scribit Horat. sat. I. 4. 52. 'Numquid Pomponius istis Audiret leviora, pater si viveret?' Nam loquitur de ebrio filio, qui noster est Flaccus.

Pomponium Flaccum] Est ipse, de quo Ovidius l. IV. de Ponto eleg. 9. 'Præfuit his, Græcine, locis modo Flaccus, et illo Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit. Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli: Hic arcu fisos terruit ense Getas.' Atque idem præfuit postea Syriæ, ut scribit noster, l. XIV.

67. Flaccus in Thraciam[v] transgressus,[w] per ingentia promissa, quamvis ambiguum et scelera sua reputantem, perpulit, ut præsidia Romana intraret: circumdata hinc Regi, specie honoris, valida manus: Tribunique et Centuriones, monendo, suadendo,[x] et, quanto longius abscedebatur, apertiore custodia, postremo gnarum necessitatis in urbem traxere. Accusatus in Senatu ab uxore Cotyis damnatur, ut procul regno teneretur. Thracia in Rhœmetalcen filium, quem paternis consiliis adversatum constabat, inque liberos Cotyis dividitur: iisque nondum adultis,[y] Trebellienus[1] Rufus, Prætura functus, datur, qui reg-

Pomponius in Thraciam trajiciens, magnis promissis compulit Regem, licet animi incertum, et crimina sua revolventem, ut propugnacula Rom. introiret. Ubi ingressus est, mox *prætextu officii circumdutus Rex firmo agmine; Tribunique et Centuriones hortando, monendo, et quo longius amovebatur, manifestiore satellitio, denique agnoscentem angustias,* quibus constrictus esset, *Romam adduxere. Insimulatus est apud Patres a conjuge Cotyis, decretumque ut longe a Thracia haberetur. Regnum distribuitur inter Rhœmetalem filium, quem paternis facinoribus restitisse compertum erat, et in filios Cotyis; iisque adhuc impuberibus imponitur Trebellienus Rufus prætura functus, qui Thraciam interim administraret, quo*

1 Mallet Freinshemius, *Trebellianus.* At in nominibus nihil audendum sine auctoritate, vel necessitate. *Brotier.*

NOTÆ

[v] *In Thraciam*] Verisimile est in fines seu terras Thraciæ conterminas, et etiam in ipsos limites finesque Thraciæ progressum Flaccum, quasi hoc amicitiæ et honori Regis tribueret, ut illum ipsum facilius in eadem loca illiceret, et exin promissis multaque spe erectum excitatumque, in præsidia Rom. seusim traxisse, quasi eum honoraret, cum revera eum captivum paulatim et in custodia haberet.

[w] *Transgressus*] In Thraciam ad Regem amicitiæ specie venit, eumque permovit, ut loca, quæ Romanis præsidiis tenebantur, ingrederetur; cum enim ille satis sibi conscius facinorum, quidque iis commeruissct, diu agitaret, Flaccus et securitatem et omnia læta pollicitus pervicit, ut intraret Mœsiam. *Freinsh.*

Non forte proprie in Mœsiam, sed in finibus aliqua castella Rom. propius venit, ubi statim valida manu quasi per honorem vallatus, partim sponte, partim vi, ad interiora compulsus est, dein Romam tractus.

[x] *Monendo, suadendo*] Centuriones quasi per benevolentiam, et velut ipsius commodi causa, monebant eum, persuadebantque ut in urbem veniret, idque primo leniter et tute; sed quo longius eum a regno suo abduxerant, tanto manifestius patebat, non honoris, sed custodiæ causa, illos ipsi adesse, donec se plane deceptum animadvertit.

[y] *Nondum adultis*] Huc spectat quod habet Sueton. August. XLVIII. ‘Reges socios etiam inter semetipsos

num interim tractaret,[z] exemplo, quo majores Marcum Lepidum[a] Ptolemæi[b] liberis tutorem, in Ægyptum miserant. Rhescuporis Alexandriam devectus, atque illic, fugam tentans,[c] an ficto crimine, interficitur.

68. Per idem tempus Vonones, quem amotum in Ciliciam memoravi,[d] corruptis custodibus, effugere ad Armenios, inde in Albanos[e] Heniochosque[f] et consanguineum sibi Regem

more veteres olim *miserant in Ægyptum M. Lepidum, tutorem soboli Ptolemæi. Rhescuporis Alexandriam delatus, atque illic, sive fugam ausus, sive ementito scelere, trucidatur.*

Eadem tempestate Vonones quem amandatum in Ciliciam retuli, illectis ad fraudem satellitibus, evadere ad Armenios tentavit; hinc in Albanos, Heniochosque, et

NOTÆ

necessitudinibus mutuis junxit, promtissimus affinitatis cujusque atque amicitiæ conciliator et fautor: nec aliter universos quam membra, partesque imperii, curæ habuit.'

[z] *Qui regnum interim tractaret*] Sueton. Aug. XLVIII. 'Rectorem quoque solitus est apponere ætate parvis, ac mente lapsis, donec adolescerent, aut resipiscerent; ac plurimorum liberos et educavit simul cum suis et instituit.'

[a] *Marcum Lepidum*] Valerius Max. l. XII. 'Cum Ptolemæus rex tutorem populum Rom. filio reliquisset, Senatus M. Æmilium Lepidum Pontif. Max. bis consulem ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit: amplissimique et integerrimi viri sanctitatem, Reipub. usibus et sacris comparatam, externæ procurationi vacare voluit, ne fides civitatis nostræ frustra petita existimaretur.' Justin. l. XXX. 'Mittitur et M. Lepidus in Ægyptum, qui tutoris nomine regnum pupilli administraret.' Extant et Denarii argentei cum inscriptione, M. Lepidus. Pont. Max. Tutor. Reg. in parte versa caput turritum, subscriptum ALEXANDREA. *Lipsius.*

[b] *Ptolemæi*] Ptolemæus Philopator ex Arsinoë Ptolemæum Epiphanem suscepit: quem moriens quinqueunem reliquit. Ejus ætas cum contemtui esset, cumque Antiochus Magnus avunculus regno ipsius insidiaretur, missus a S. P. Q. R. Lepidus, qui et pupillum tueretur et regnum. Polybius, Josephus, Justinus. Sic etiam Antiochi Regis impuberi filio tres tutores missi sunt a Senatu. Zonaras. *Muretus.*

[c] *Fugam tentans*] Paulo post interfectus est ob tentatam fugam; sive verum id crimen fuit, sive coufictum, ut sub specioso quodam prætextu occideretur.

[d] *Amotum in Ciliciam memoravi*] Pompeiopolim, supra. Suetonius paulo aliter hæc narrat, et cum Tiberii probro: 'Sed et Vononem Parthorum Regem, qui pulsus a suis quasi in fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliavit perfidia, et occidit.' Ut Taciti narratio est, Imperator extra culpam. *Lipsius.*

[e] *Albanos*] Albania, regio Asiæ ad mare Caspium. Hodie pars major provinciæ *Scyrwan* in regno Persiæ, et ad mare *Tabristan*. Tillemon.

[f] *Heniochosque*] Heniochi populi Sarmatiæ Asiaticæ versus Pontum Euxinum. Hodie pars regionis populorum, *Abassa*, in Georgia. *Tillemon.*

Scytharum,[g] conatus est. Specie venandi,[1] omissis maritimis locis, avia saltuum petiit: mox pernicitate equi ad amnem Pyramum[h] contendit, cujus pontes accolæ ruperant, audita Regis fuga;[i] neque vado penetrari poterat. Igitur in ripa fluminis a Vibio Frontone, præfecto equitum,[2] vincitur: mox Remmius[j] evocatus,[k] priori custodiæ[l] Regis ap-

propinquitate conjunctum sibi Regem Scytharum. Prætextu venationis, relictis maritimis oris, in deserta sylvarum contendit; dein velocitate equi, ad fluvium Pyramum se contulit, cujus pontes indigenæ absciderant, nuntiatu Regis fuga, neque vado transmitti poterat. Itaque in littore amnis eum Vibius Fronto Præfectus equitum assecutus, *vinclis onerat. Dein Remmius evocatus primæ custodiæ Regis ad-*

1 *Specie venandi*, quidam cum superioribus, *conatus est*, conjungunt. Melius distinxerunt Beroaldus et recentiores. Gronovius mallet, *conatus, specie ve-*

NOTÆ

[g] *Scytharum*] Scythæ populi Asiæ, alii citra Imaum montem positi, alii ultra: de citerioribus intelligi hic locus debet, qui sunt inter Sarmatiam Asiæ et ulteriorem Scythiam, inter mare Caspium et Oceanum Scythicum. Nunc *Tartari* vocantur. Plures fuisse Reges Scytharum verisimile est: ad unum ex illis confugiebat Vonones, qui sibi *consanguineus* erat, scilicet materna origine, nam paterna Arsacides fuit.

[h] *Pyramum*] Pyramus fluvius Cappadociæ et Ciliciæ regionum, in mare Mediterraneum labitur. *Tillemon.*

[i] *Audita Regis fuga*] Prævenerat eum fama, et ut primum animadversa ejus fuga est, nuntii in omnes partes dimissi permoverant ejus fluvii accolas, ut pontem interrumperent.

[j] *Remmius evocatus*] Ita cognominatus forsan, quod ejus avus, aut pater, ex illa legione fuisset, quæ dicta est *Evocatorum:* quippe a Julio Cæsare militia soluta, et in Campania Capuæ degens, ab Octaviano Cæsare iterum coacta est, et sub signis locata: quæ operam ei navavit egregiam, fida sane et fortis legio. Dio l. XLV. *Aurelius.* Hoc *Evocatum* vulgo majuscula E, scribunt, et pro nomine proprio habent: eademque opinio tenet omnes interpretes. Mihi non hominis, sed muneris aut conditionis vocabulum est visum.

Dio l. XLV. 'Et evocatorum, seu vocatorum cohors, quos ἀνακλήτους aliquis Græce appellet, quia militia defuncti rursus ad ipsam revocantur.'

Talis apud Cæsar. de bell. civil. III. 91. 'Erat Crastinus evocatus.' Talis ille, cujus nomen non proditur. H. I. 46. a quo Laco Præfectus est confossus; quo et ipso loco pro nomine viri proprio perperam habetur a versionibus.

[k] *Evocatus*] Nomen militiæ fuit, non hominis. Tac. l. I. hist. 46. ubi de cæde Galbæ: 'De percussore non satis constat: quidam Terentium evocatum, alii Lecanium,' &c. Ibid. 46. 'Laco præfectus, tanquam in insulam seponeretur, ab evocato, quem ad cædem ejus Otho præmiserat, confossus.' Sueton. Galba 9. 'Delegit et equestris ordinis juvenes, qui manente anulorum aureorum usu evocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum vice militum agerent.'

[l] *Priori custodiæ*] Forte cum Antio-

positus, quasi per iram,[m] gladio eum transigit:[n] unde major fides,[o] conscientia sceleris et metu indicii mortem Vononi illatam.

ditus, veluti per iracundiam, illum ense transfodit; unde violentior suspicio, conscientia facinoris et timore judicii interfectum esse Vononem.

---

nandi, omissis maritimis locis, avia saltuum petiit. Non male, si libri suffragarentur. At minime necessario. *Brotier.*—2 Frustra tentat Cl. Bimardus apud Muratori, Nov. Thesaur. Inscript. Vol. I. Col. 114. *Julio Frontone*, pro *Vibio Frontone*. At egregie evincit adversus eruditum Steph. Souciet, *præfectum equitum* appellari, qui alæ ex equitum turmis conflatæ præerat. *Præfectum equitum* eundem esse ac magistrum equitum perperam opinabatur P. Souciet, *Mémoires de Trévoux*, Decembr. 1719. p. 92. Decretorius hac de re locus Frontini, in Strateg. IV. I. n. 28. *Domitius Corbulo in Armenia, Æmilio Rufo præfecto equitum, quia hostibus cesserat, et parum instructam armis alam habebat, vestimenta per lictorem scindi, eidemque, ut erat fœdato habitu, perstare in principiis, donec mitterentur, imperavit.* Pluribus tamen alis præfectum equitum aliquando præfuisse minime negaverim. *Brotier.*

NOTÆ

chiæ esset Vonones, appositus fuerat illius custodiæ Remmius ille, tamen quasi per honorem initio. Nam ipsi Equites Rom. appositi per honorem Regibus sociis, teste Sallustio.

Evocati autem dignitati equestri pares, et veluti candidati hujus fastigii; et cum gazam regiam secum rex e Parthia attulisset, facile corrumpere auro potuit Remmium evocatum, ut ipsi effugiendi facultatem ultro conderet.

Eo magis, quod jam ipse tali custodiæ non præsideret, et alios penes esset cura et fides, nec forte tam stricte custodiretur Rex apud Pompeiopolim, utpote in locis amotis ab omni frequentia, et oris maritimis, quibus effugiendi equo, et venando, nulla data porta videbatur.

Evocatus autem non certæ militiæ astrictus, potuit adhuc comitari ultro Regem in his locis, quasi per honorem; ea mente tamen, ut fugæ illius faveret, seu potius nummos emungeret.

[m] *Quasi per iram*] Superveniens Remmius evocatus, cujus custodiæ Vonones antea commissus fuerat, eum quasi per iram, quod fuga sua ipse quoque Remmio periculum creasset, gladio transegit. *Freinsh.*

[n] *Eum transigit*] Longe aliter Sueton. Tib. 49. qui id perfidiæ, et avaritiæ Tiberii tribuit. 'Sed et Vononem Regem Parthorum, qui pulsus a suis, quasi in fidem populi Romani, cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia et occisum.' Sic mentem, consilia, et actiones principum varie interpretautur auctores; et, ut sæpe dixi, conveniunt in substantia rei gestæ, v. g. occisum esse Vononem Regem; sed quo loco, quo consilio, qua arte aut machinatione, certe in his circumstantiis dissentiunt, et frustra auctoribus conciliandis insudant interpretes. Homines illi, si vivcrent, adhuc dissentirent, et dissentire vellent.

[o] *Unde major fides*] Sed ea res potius pro argumento habita est, eum fugæ Regiæ conscium fuisse, neque alia de causa illum occidisse, quam

69. At Germanicus, Ægypto remeans,[p] cuncta, quæ apud legiones aut urbes jusserat, abolita, vel in contrarium versa cognoscit: hinc graves in Pisonem contumeliæ;[q] nec minus

At Germanicus Ægypto revertens, omnia quæ in castris aut oppidis imperaverat abrogata, vel in contrarium mutata comperit; hinc atrocia in Pisonem convitia, nec

NOTÆ

quia metuerit, ne illius indicio suum crimen detegeretur.

[p] *Remeans*] Antequam remeet Germanicus ex Ægypto et Græcia, nam pari vanitate fuerunt utriusque gentis ingenia, non abs re fuerit noscere quousque provecta fuerit adulatio horum temporum seu populorum in reges et principes; quo honore, qua pompa, qua specie excepti deductive sint; et exinde melius nosces, qui et quales fuerint illi *quæsitissimi honores* Græcorum, de quibus supra Tacit. c. 53. hoc libro. Hujusmodi honores sic describit Athenæus: 'Fuit quidem certe præter omnium expectationem, quod Athenienses fecerunt assentatorum assentatores in honorem Demetrii Pæanas cantantes et Prosodia. Democharis igitur l. XXI. hist. scribit Athenas reversum Demetrium e Leucade ac Corcyra, exceptum ab Atheniensibus fuisse, non solum cum suffitibus, coronis, vini libationibus, sed etiam prosodiis, choris scenicorum, Ithyphallis saltantibus cum obviam procederent, ac canentibus: qui vulgi turbis instantes, ac intervenientes cum tripudiis cantarent, et accinerent illum solum verum Deum esse, reliquos aut esse nullos, aut dormire, aut abiisse peregre, Demetrium Veneris prolem, ac Neptuni corporis forma excellere, comitateque et humanitate erga omnes communi cum precibus supplices, cujus auxilium, præsidiumque omnes implorarent,' &c.

'Duris autem Samius l. XXII. hist. scribit etiam ipsum Ithyphallum cecinisse maximos tum adesse Deos, et in civitatem maxime benevolos, Demetrium opportune præsto esse, et advenisse, ut veneranda mysteria Virginis celebret. Hilaris sicut decet Deum venuste ridens, adest, inquam, veneratione dignus, amicis omnibus conspicuis eum circumdantibus, in quorum medio illis ipse similis extat, verum amici instar siderum sunt; ille autem velut sol. Salve o Neptuni Dei potentissimi atque Veneris fili. Alii profecto Dii vel absunt procul, vel auribus carent, vel nulli sunt, aut rebus nostris curandis mentem non advertunt; te vero præsentem cernimus, non ligneum aut lapideum, sed verum numen, &c. Hæc scilicet canebant in Marathonio conflictu olim victores, non publice tantum, sed etiam privatim domi, qui cæsis innumeris Barbarorum myriadibus, civem suum capite pleeti jusserunt, quia Regem adorasset.'

[q] *Contumeliæ*] Non solum verbis inferuntur, ut senserunt interpretes, sed etiam factis. Ita leg. 38. § 1. de adult. incestum stuprum appellatur *contumelia sanguinis*. Et apud nostrum XIV. 31. cum regias mulieres verberibus affectas, stupris pollutas, propinquos regis inter mancipia habitos memorasset, ea cuncta *contumeliæ* vocabulo complectitur. Sic *injuriæ* mox III. 13.

Contumeliæ] Intellige jactas contumelias istas in Pisonem absentem, quemadmodum et Piso acerbitatibus

acerba, quæ ab illo in Cæsarem tentabantur. Dein[1] Piso abire Syria[2 r] statuit: mox adversa Germanici valetudine detentus, ubi recreatum accepit, votaque pro incolumitate solvebantur, admotas hostias, sacrificalem apparatum, festam Antiochensium[3 s] plebem, per lictores proturbat. Tum Seleuciam[t] digreditur, opperiens ægritudinem, quæ rursum Germanico acciderat. Sævam vim morbi augebat persuasio veneni, a Pisone accepti: et reperiebantur solo[u]

minus aspera, quæ ab illo in Germanicum audebantur. Mox Piso abscedere Syria decrevit; dein nuntiata *improspera Germanici valetudine cunctatus, postquam convalescentem audivit, et supplicationes pro salute illius fiebant, statutas* aris *victimas, sacrificii pompam, lætumque Antiochiæ populum per lictores exterret,* subvertitque. *Tum Seleuciam abscedit, expectans exitum morbi, quo rursum conflictatus erat Germanicus. Diram per se mali violentiam intendebat* adhuc *suspicio veneni a Pisone dati: et inveniebantur humo ac muris effossa humanorum*

1 Nihil deest, licet aliter suspicetur Lipsius. Forte pro *Dein* scriptum olim *inde*. Acidalius et Ernestus conjiciunt, *denique*. Ex fictitio Ms. Codice Mirandulano laudatur *proin*. Brotier.—2 Gronovius et Ryckius habent *Suria*: sic et alibi.—3 Homerus et Brotier habent *Antiochiensium*.

NOTÆ

utebatur in Cæsarem etiam absentem. Sed amici et clientes contumeliis vicissim affecti, vicissim et iram utriusque accendebant.

[r] *Syria*] Vel Suria, regio et provincia. Vide notas supra ad c. 4. et 42.

[s] *Antiochensium*] Antiochia cognomento magna, urbs Syriæ primaria quondam, cum floreret et Theopolis diceretur, ad Orontem fluvium, media fere inter Byzantium, et Alexandriam Ægypti. Nomen habet a conditoris patre, hoc est ab Antiocho patre Seleuci, qui eam condidit.

Antiochia, urbs Syriæ provinciæ. Hodie nomen antiquum retinet: urbs est præfecturæ Aleppi in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

[t] *Seleuciam*] Selencia urbs Syriæ apud ostia Orontis fluvii condita a Selenco Antiochi filio, una cum Antiochia et Apamia.

Selencia, cognominata Pieria, urbs Cassiotidis regionis minoris, in Syria provincia, et ad oram maris Syriaci. *Tillemonius.*

Seleuciam] Plures Seleuciæ, atque adeo in ipsa Syria. Sed hanc puto, quæ *Pcieria* cognominatur. Nam in littore maris est, parabatque navigationem Piso: tum etiam haud procul Antiochia, a qua veniebat.

[u] *Solo ac parietibus*] Muretus mallet, *solo et parietinis*; aliquanto rectius. *Pichena.* Nam intra parietes recondita erant defunctorum hominum corpora. Divus Hieronymus c. 40. in Ezechielem. ‘Cum,’ inquit, ‘essem Romæ puer, et liberalibus studiis erudirer, solebam cum ceteris ejusdem ætatis et propositi, diebus dominicis, sepulcra Apostolorum et Martyrum circuire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossæ, ex utraque parte ingredien-

ac parietibus[4] erutæ humanorum corporum reliquiæ,[v] carmina, et devotiones, et nomen Germanici plumbeis tabulis[w] insculptum, semusti[5] cineres,[x] ac tabe[6] obliti,[y] aliaque maleficia,[z] quis creditur animas[a] numinibus infernis sacrari;

cadaverum ossa, incantamenta, et execrationes, et vocabulum Germanici plumbeis laminis inscriptum incisumque, ambustæ reliquiæ corporum, *et sanie fœdatæ, aliaque id genus maleficia, quibus putatur animas,* seu vitam hominum *Diis inferis*

4 Muretus frustra conjicit, *parietinis.*—5 Homerus et Brotier *semiusti.*—6 Mallet Lipsius, *tabo.* At, *cadaverum tabem* dixit quoque Suetonius in Vitell. x. cum detestabilem Principis vocem efferret, 'optime olere occisum hostem, et melius civem.' *Brotier.*

NOTÆ

tium, per parietes haberent corpora sepultorum.'

Et sane hypogæa illa ita fuere exstructa, ut in parietibus haberent fornices excavatos, et concameratos; in quibus urnæ, et in urnis cineres defunctorum, quos cremaverant, aut corpora in loculis posita.

[v] *Erutæ humanorum corporum reliquiæ*] Dio sic expressit, Ὅστᾶ γὰρ ἀνθρώπων ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἐν ᾗ ᾤκει κατορωρυγμένα, καὶ ἐλασμοὶ μολίβδινοι ἀράς τινας μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχοντες εὑρέθη: 'Inventa sunt in domo, quam habitabat, ossa hominum defossa, et laminæ plumbeæ, quæ continebant quasdam diras, seu imprecationes nomini illius additas.'

Sunt hæ persuasiones a vulgo; ideo vanæ. Apuleius callide descripsit Milesiar. III. 'Instruxit feralem officinam, omne genus aromatis, et ignorabiliter laminis literatis, et infelicium maniuni durantibus calvis, defletorum, sepultorum etiam cadaverum, expositis multis admodum membris. Hic nares et digiti, illic carnosi (vel etiam cariosi) clavi pendentium, alibi trucidatorum servatus cruor, et extorta dentibus ferarum trunca calvaria.' Ita nos eum locum totum emaculamus. *Lipsius.*

[w] *Plumbeis tabulis*] Aliquando *adamantinis.* Papinius Theb. II. 'Infaustas percussum adamanta figuras.' Aliquando etiam *cereis.* Ovidius, 'Phœnicea defixit nomina cera.' Sed *plumbeis* utuntur, non *cereis* hodie, quo tam facile illa nomina non deleantur. Vocat autem Apuleius laminas literatas.

[x] *Semusti cineres*] Intellige ossa et reliquias cadaverum, seu potius ipsa cadavera semi ambusta, ex bustis, sepulchris rapta, et adhuc sanie, tabeque infecta, madentiaque, sic ad præstigias magicas idonea et assumta.

[y] *Tabe obliti*] Semicremati cineres, ac tabe sanieque illiti. *Sanguinem* pro *tabe,* falso posuerunt; item *cineres,* quales hic intelligantur, an omnes ceperint, dubito: intelliguntur autem corporum humanorum, pro instituto illius ævi, crematorum reliquiæ. *Freinsh.*

[z] *Maleficia*] Veneficarum apparatum describit Apul. Asin. l. III. 'Omne genus aromata, ignorabiliter laminæ literatæ, infelicium navium durantes clavi, defletorum et sepultorum cadaverum exposita multa ad modicum membra, hic nares et digiti, illic carnosi clavi pendentium, sive suspendio necatorum, alibi trucidatorum servatus cruor, et extorta den-

simul missi a Pisone[b] incusabantur, ut valetudinis adversa rimantes.[c]

70. Ea Germanico haud minus ira,[1] quam[d] per metum[e] accepta: ‘Si limen obsideretur,[f] si effundendus spiritus sub oculis inimicorum foret; quid deinde miserrimæ conjugi? quid infantibus liberis eventurum? lenta videri veneficia: festinare et urgere, ut provinciam, ut legiones solus habeat.

devoveri: simul et missi a Pisone arguebantur, tanquam ægritudinis illius *improspera scrutantes.*

Quæ Germanici non minus iram, quam formidinem incitavere: Si fores circumsiderentur, si efflanda anima in aspectu hostium foret; quid postea infelicissimæ uxori? quid impuberi proli adventurum? tarda credi maleficia; Pisonem properare et instare, ut Syriam, ut militem solus obtineat: sed non

1 Male Heinsius, *iræ*. Brotier.

NOTÆ

tibus ferarum trunca calvaria. His videlicet comparatis, ac decantatis fibris (pecudum) spirantibus, vario latice litabant, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano, mulso etiam libantes.’ Sic legunt alii.

[a] *Animas*] Intellige spiritum vitamque, quasi his genus maleficiis devoveatur vita mortalium Diis inferis et numinibus Tartareis, id est Orco, morti, sepulcro. Hæc sunt nomina, et vanæ cærimoniæ, quarum specie vera veneficia occultantur, quibus vere necantur homines. Martinaque illa venefica verum venenum coxit Plancinæ in Cæsarem, habuitque crinibus involutum, quo et ipsa periret: et certo illo crimine punita mox fuit ipsa doli artifex Plancina.

[b] *Missi a Pisone*] His accedebat, quod eos, qui quacumque ex causa a Pisone veniebant, amici Cæsaris, non alio fine mitti interpretabantur, quam ut ingravescentis morbi momenta explorarent.

[c] *Valetudinis adversa rimantes*] Sic Agricola XLIII. de Domitiano, ‘Ceterum per omnem valetudinem ejus, crebrius quam ex more principatus per nuntios viscutis, et libertorum primi, et medicorum intimi venere; sive cura illud, sive inquisitio erat. Supremo quidem die momenta deficientis per dispositos cursores nuntiata constabat, nullo credente sic accelerari, quæ tristis audiret.’

[d] *Haud minus ira, quam per metum*] Utroque modo æqualiter. Recte fecerunt, qui hæc invertunt, et sic exponunt, *haud minus metu quam per iram*. Et certe sequentia volunt, hunc potius inesse sensum: quem et figura hæc loquendi facile patitur. Sicut in his Senec. epist. 19. ‘tam hominum quam urbium fata volvuntur.’ Sensus est, non hominum modo verum etiam urbium. *Freinsh.*

[e] *Per metum*] Nempe ne vexaretur uxor Agrippina, subverterenturque liberi post mortem suam.

[f] *Si limen obsideretur*] Reputabat enim, si jam tum se vivo adhuc, tanta inimicorum insolentia esset, ut per emissarios suos domum velut obsiderent, et ipsius exitio oculos pascerent; utique metuendum esse, post fata viri, nihil non ausuros in miserrimam viduam, et parvulos ejus liberos.

Sed non usque eo defectum[g] Germanicum, neque præmia cædis apud interfectorem mansura:' componit epistolas,[h] ' quis amicitiam ei renuntiabat.'[i] Addunt plerique,[j] jussum

eo usque destitutum ab omni ope Germanicum, neque pretium necis et sanguinis, penes homicidam seu percussorem remansurum. *Scribit literas*, quibus amicitiam ei renuntiabat. *Adjiciunt multi imperatum ei, ut exiret Syria. Nec*

NOTÆ

[g] *Non usque eo defectum*] Non eo usque destitutum ope, aut favore civium, et amicorum, ut merces necis, quam expectat Piso, nempe provincia et legiones apud interfectorem maneant.

[h] *Componit epistolas*] Mos ex veteri illa et simplici vita; qua receptum erat, amicitiam et inimicitiam promtam habere in ore et in fronte.

Componit epistolas, quis amicitiam ei renuntiabat] Quare? ut sic etiam harum, scilicet, epistolarum auctoritate, probari posset venenum Germanico insidiis Pisonis datum. Apud Lysiam or. VII. sic accusator ad familiares obtrectatores: ' Oportebat enim vos, aut non convitiari, aut me non uti familiariter, idque aperte renuntiando familiaritati.' Et sub finem idem ille: ' Lubens itaque amicitiæ jus vobis remitto.'

Et addit rationem, non videre se, quid obfuturum sibi sit, si illorum obtrectatorum careat familiaritate; neque quid profuturum, si ea diutius fruatur. *Boxhornius.*

Miram causam reddit epistolæ hujus. Quasi renuntiandæ amicitiæ non sit alia ratio, quam suspicio accepti veneni. Tacitus ipse satis significat, quid spectarit Germanicus, nempe ne limen obsideretur, ne pasceret oculos inimici, si quid sibi accideret: ne conjux et liberi essent in ejus ditione.

Hoc scilicet agebat, ut e vicinia hominem abigeret. Et intellexit Piso, sive adjectum fuerit, decederet provincia, sive non adjectum. Nam qui renuntiat amicitiam, interdicit domo; qui domo, et locis suæ potestatis, ut Augustus Cornelio Gallo ' domo et suis provinciis interdixit,' Suetonius c. 66. *Gronovius.*

Hoc agebat Germanicus, non ut exinde probari mox posset, ipsi datum esse venenum, immo ne daretur sibi a Pisone, vel ab illius clientibus, suam domum obsidentibus, et ne ferocis hominis in vicinia agentis acerbitatibus jam æger ipse cruciaretur, enecareturque.

[i] *Renuntiabat*] Mos qui publice obtinebat, privatimque: publice, Livius l. XXXVI. ' Consulti Feciales,' M. Acilio consule, ' num prius Ætolis renuntianda amicitia esset, quam bellum inferendum:' l. XLIII. ' Missi Legati Perseo amicitiam renuntiarunt.'

Privatim infra l. VI. ' Morem fuisse majoribus, quoties dirimerent amicitias, interdicere domo, eumque finem gratiæ ponere:' l. III. ' quanquam non ultra foret sævitum, quam ut amicitia Cæsaris prohiberetur.' Suetonius Aug. c. 66. ' Cornelio Gallo ob ingratum et malevolum animum domo, et provinciis suis interdixit.' Idem in claris Grammat. de Curtio Nicia; ' Pompeium offendit, domoque ei interdictum est.'

Sic Badius Campanus apud Livium XXV. ' Palam omnibus renuntiat hospitium Crispino.' Atque hoc est, quod Cicero ' inimicitias denuntiare' ait, pro L. Flacco: ' Etenim cum a clarissimis viris justissimas inimicitias sæpe cum bene meritis civibus depositas esse vidissem; non sum arbitra-

provincia decedere. 'Nec Piso moratus ultra, naves[2] solvit: moderabaturque cursui, quo propius[3] regrederetur, si mors Germanici Syriam aperuisset.

71. Cæsar, paulisper ad spem erectus, dein, fesso corpore, ubi finis aderat, assistentes amicos in hunc modum alloquitur: ' Si fato[k] concederem, justus mihi dolor, etiam adversus Deos, esset, quod me parentibus, liberis,[l] patriæ, intra juventam[m] præmaturo exitu raperent: nunc, scelere[n] Pisonis et Plancinæ interceptus, ultimas preces pectoribus vestris relinquo: referatis patri ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumventus, miserrimam

Piso cunctatus ultra, mare conscendit, temperabatque navigationem, quo promtius remearet, si morte Germanici aditus ei in provinciam pateret.

Germanicus aliquantula spe recreatus, mox ægro corpore, postquam exitus instabat, circumstantes amicos sic alloquitur. Si fato meo interirem, sic etiam legitimus mihi questus adversus Deos videretur, quod me intra adolescentiam, præpropero fine, parentibus, proli, patriæ abriperent. Nunc fraude Pisonis et Plancinæ circumventus, postrema desideria in animis vestris depono, commendoque, nuntietis parenti et fratri, quibus asperitatibus excruciatus, qui-

2 In editis libris *navis* legitur, vetere scribendi modo pro *naves*. Amelot de la Houssaie perperam vertit, *son vaisseau*.—3 Male tentat Lipsius, *quo properius*.

NOTÆ

tus quenquam amicum patriæ, novas huic inimicitias, nulla accepta injuria, denuntiaturum.'

Seneca LXXVII. ' Inimicitias mihi denuntians, si quidquam ex iis quæ quotidie facio ignoraveris.' Idem, quod indicere inimicitias. Seneca de ira, l. III. ' Quid juvat, tanquam in æternum genitos, iras indicere, et brevissimam ætatem dissipare?' Unde inimicitiæ indictæ, ut indictum bellum Sidonius l. VII. ' Inimicitias indictas honeste exercet, tarde credit, deponit.'

Sic olim Amasis renuntiavit amicitiam Polycrati, sed alia causa. Diodor. II. 5. ' Amasis Polycratem Samiorum principem, qui secum societatem coierat, cum et cives, et externos eo navigantes violentius tractaret, per Legatos ad modestiam hortatus est, quo sua consilia aspernante societatem diremit, scribens, cum sciret illum brevi impiæ tyrannidis pœnas daturum, nolle ex amici casu dolere. Admirati sunt Græci plurimam viri prudentiam, cum Polycrati brevi quod prædictum fuerat, evenisset.'

j *Addunt plerique*] Scriptores nempe.

k *Si fato*] Si naturali morte, seu miti obitu defungerer.

l *Parentibus, liberis*] Atqui unica parens supererat, Antonia mater, Druso pridem defuncto. *Lips.* Sufficiebat habere parentem unam, ut sic oratorie loquerctur: et inter parentes illius, Tiberius et ipsa Augusta.

m *Intra juventam*] Romano more: quibus juventa finiebatur anno XLV.

n *Nunc, scelere*] Quanto igitur justiores dolendi causas nunc habeo, qui Pisonis et Plancinæ scelere occidor?

vitam pessima morte finierim. Si quos spes meæ,[o] si quos propinquus sanguis, etiam quos invidia erga viventem movebat; illacrymabunt, quondam florentem, et tot bellorum superstitem, muliebri fraude[p] cecidisse. Erit vobis locus querendi apud Senatum, invocandi leges. Non hoc præcipuum amicorum munus est, prosequi defunctum ignavo questu; sed, quæ voluerit, meminisse, quæ mandaverit, exequi. Flebunt Germanicum etiam ignoti:[q] vindicabitis vos, si me potius, quam fortunam meam fovebatis. Ostendite Populo Romano D. Augusti neptem, eandemque conjugem meam: numerate sex liberos.[r] Misericordia[s] cum

bus fraudibus interceptus, infelicissimam vitam deterrimo exitu commutarim. Si quos expectatio mei, si quos consanguinitas afficit, etiam ii quos æmulatio adversus spirantem stimulabat, flebunt me, præpollentem, vigentemque olim, et tot præliis servatum incolumem, fœminæ dolo interiisse; erit vobis justa causa illacrymandi apud patres, implorandi leges. Quippe non hoc potissimum officium amicorum est, honorare fato functum inerti luctu, sed inducere in animum penitus decet, quæ cupierit, et præstare quæ jusserit. Deplorabunt Germanicum etiam incogniti, vos ulciscemini, si me colebatis potius, quam opes meas. Exhibete populo Romano neptem D. Augusti, eandemque uxorem Germanici. Recensete sex liberos; miseratio

NOTÆ

[o] *Spes meæ*] Non solum illi, qui patriæ commodis me consulere posse sperabant, sed et alii flebunt Germanicum. *Freinsh.* *Spes* illa possit etiam intelligi de imperio, de principatu, quem sperare jure potuit Germanicus, qui adoptatus a Tiberio, jussu Augusti, in eam spem.

Spes etiam reciproca fuit civium, qui sperabant Germanicum, si adeptus principatum foret, rebus summa clementia consulturum, forte et Rempub. libertatemque populo Rom. redditurum. Potuerunt esse et privatæ spes amicorum.

[p] *Muliebri fraude*] Plancinam intellige: nec Liviam omitte, quam certum mihi est huic sceleri fuisse architectam. *Lips.*

[q] *Ignoti*] Flebunt Germanicum etiam ignoti, etiam externi. Sed vos amici, non modo flere vos decet inerti luctu, sed debetis præterea ulcisci mortem meam, et facere, ne præmium necis apud interfectorem maneat.

[r] *Sex liberos*] De quibus Suetonius Calig. VII. 'Habuit in matrimonio Agrippinam M. Agrippæ et Juliæ filiam, et ex ea novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens, insigni festivitate, cujus effigiem habitu Cupidinis in æde Capitolinæ Veneris Livia dedicavit. Augustus in cubiculo suo positam, quoticscumque introiret, exosculabatur. Ceteri superstites patri fuerunt. Tres sexus fœminini, Agrippina, Drusilla, Livilla, continuo triennio natæ; totidem mares, Nero et Drusus, et C. Cæsar.'

[s] *Misericordia*] Apud vos potius, licet actores, quam apud reos, ex misericordia favor erit.

accusantibus erit: fingentibusque[t] scelesta mandata aut non credent homines, aut non ignoscent.' Juravere amici, dextram morientis contingentes,[u] 'spiritum ante, quam ultionem, amissuros.'

72. Tum, ad uxorem versus, 'per memoriam[v] sui, per communes liberos' oravit, 'exueret ferociam, sævienti fortunæ submitteret animum; neu regressa in urbem æmulatione potentiæ validiores irritaret.' Hæc palam, et alia secreto; per quæ ostendere credebatur[w] metum ex Tiberio. Neque multo post extinguitur, ingenti luctu[x] provinciæ et

stabit pro accusantibus, et infanda jussa ementientibus, aut non fidem habebunt homines, aut non condonabunt. *Amici dextram morientis prehendentes, iurejurando se obstrinxere*, vitam prius relicturos, quam vindictam.

Tum conversus ad conjugem, eam *rogavit* per recordationem sui, per communem sobolem, ut premeret altos spiritus, subjiceret animum ingruenti fortunæ, et ne reversa Romam æmulatione auctoritatis, potentiores exasperaret. *Hæc aperte et alia in arcanis* dixit, *per quæ innuere putabatur formidinem ex Tiberio. Et paulo post moritur, magno mœrore provinciæ, et finitimarum gentium.*

NOTÆ

[t] *Fingentibusque*] Si forte illi auctores sibi esse dicant, quorum mandatis parendum fuerit, tamen haud elabentur, aut enim non credent homines, unde minime oportuit, proficisci potuisse tam scelesta mandata; aut etiam si inde profecta credant, utique non ignoscent iis, qui jussis iniquissimis obediverint.

[u] *Dextram morientis contingentes*] Quæ sedes fidei. Sed et apud Xenophontem Cyrus moriens hortatur amicos, ut dextram suam contingant: 'Si quis igitur vestrum, vel dextram meam contingere, vel vultum meum, dum adhuc vivo, intueri velit.'

Dextram morientis contingentes] Valer. v. 2. ait Masinissam a Manilio Proconsule Africæ petiisse, ut ad se morientem, Scipionem Æmilianum sub eo militantem mitteret: 'feliciorem suam mortem futuram ratus, si, in complexu dextræ ejus, supremum spiritum, ac mandata posuisset.' Et eodem l. c. 1. ubi de Alexandro Macedone: 'Quanquam violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus, dextram omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit.' *Aurel.*

[v] *Per memoriam*] Rogavit, ut si aut memoriam viri cordi, aut salutem communium liberorum curæ haberet, &c.

[w] *Credebatur*] Ostendens ut conjicitur, Tiberium sibi semper iniquum fuisse, neque Agrippinæ, liberisque ejus parsurum esse, si adversus eos qualemcumque prætextum nancisci posset: sibi ipse etiam metuere tum potuit.

[x] *Ingenti luctu*] Sueton. Calig. 5. 'Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subversæ Deum aræ, Lares a quibusdam familiares in publicum abjecti, partus conjugum expositi. Quin Barbaros ferunt, quibus intestinum, quibusve adversus nos bellum esset, velut in domestico, communique mœrore consensisse ad inducias. Regulos quosdam barbam posuisse, et uxorum capita rasisse ad indicium maximi

circumjacentium populorum. Indoluere exteræ nationes Regesque:[y] tanta illi comitas[z] in socios, mansuetudo in hostes: visuque et auditu[a] juxta venerabilis,[b] cum magnitudinem et gravitatem summæ fortunæ retineret, invidiam et arrogantiam effugerat.

73. Funus sine imaginibus[c] et pompa, per laudes, et[1] memoriam virtutum ejus celebre fuit. Et erant, qui formam,[2]

Illacrymavere externi populi, regesque: tanta illi humanitas in socios, clementia in hostes erat: *et si audiretur, si videretur, perinde augustus, et honore dignus, cum amplitudinem et dignitatem supremi fastigii servaret, offensionem et superbiam vitarat.*

Exequiæ sine simulacris et apparatu, insignes fuere per gloriam et memoriam virtutum illius. Et erant qui dignitatem oris, juventam, et fati genus ipsius, *cum*

1 *Ac* vice *et* Gronovius.—2 Mallet Ursinus, *ob formam, ætatem.* Nihil mutandum, ut recte monuit Ernestus. Germanici formam, ætatem, genus

NOTÆ

luctus: Regum etiam Regem, et exercitatione venandi, et convictu Megistanum abstinuisse: quod apud Parthos justitii instar est.' *Muretus.*

[y] *Regesque*] Immo etiam ad nationes Regesque nihil ad Romanum imperium pertinentes penetravit dolor. Intelligit præcipue Regem Regum, Parthicum nempe, forte et Medorum. Nam de rege Armeniorum, de regulis Cilicum, et aliis imperio Romano inservientibus, nihil mirum quod Cæsarem lugerent.

[z] *Tanta illi comitas*] Sueton. Calig. 4. 'Sie vulgo favorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquo adveniret, vel sicunde discederet, præ turba occurrentium, prosequentiumve, nonnunquam eum discrimen vitæ adiisse. Germania vero, post compressam seditionem revertenti, prætorianas cohortes universas prodiisse obviam, quamvis pronuntiatum esset, ut duæ tantummodo exirent: populi autem Romani sexum, ætatem, ordinem omnem usque ad vicesimum lapidem effudisse se.'

[a] *Visuque et auditu*] Absens, præsensque eandem apud omnes venerationem obtinuit. *Visa* comitas in socios, *audita* illius mansuetudo in hostes, simul et experta, venerabilem eum toto orbe effecerant.

[b] *Juxta venerabilis*] Sueton. Calig. 3. 'Omnes Germanico corporis animique virtutes, et quantas nemini cuiquam contigisse satis constat: formam, et fortitudinem egregiam: ingenium in utroque eloquentiæ, doctrinæque genere præcellens: benevolentiam singularem, conciliandæque hominum gratiæ, ac promerendi amoris mirum, et efficax studium,' &c. 'Hostem cominus sæpe percussit: oravit causas etiam triumphales, atque inter cetera studiorum monumenta reliquit et comœdias Græcas, domi, forisque civilis,' &c.

[c] *Sine imaginibus*] Germ. scutum, et galeam interpretatur. Apparet eum ignorasse morem Romanum, quo majorum effigies in cera expressas servabant in atriis ædium. Quo respicit notus Juvenalis Sat. VIII. 19. versus: 'Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria.' Ex his autem

ætatem, genus mortis, ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interiit, Magni Alexandri fatis adæquarent. ‘ Nam utrumque corpore decoro, genere insigni, haud multum triginta annos egressum, suorum insidiis, externas inter gentes occidisse: sed hunc mitem erga amicos, modicum voluptatum, uno matrimonio, certis liberis egisse: neque minus præliatorem; etiam si temeritas afuerit, præpeditusque sit, perculsas tot victoriis Germanias servitio premere: quod si solus arbiter rerum,[d] si jure et nomine regio fuisset, tanto promtius assecuturum gloriam militiæ, quantum clementia, temperantia, ceteris bonis artibus præstitisset.’ Corpus antequam cremaretur, nudatum in foro Antio-

fortuna Magni Alexandri compararent, etiam ob vicinitatem terrarum, in quibus extinctus est. Quippe ambos eximia forma, stirpe illustri, haud ultra triginta annorum ætatem provectos, suorum fraude, exteras inter nationes periisse; sed hunc lenem in familiares, parcum libidinum, cum una uxore, et certa prole agitasse; neque minus bellatorem, licet haud animi præceps fuerit, prohibitusque sit fractas, exterritasque tot cladibus Germanias imperio subjicere: quod si penes eum solum summa rerum fuisset, si potestate et appellatione regia flornisset, tanto celerius adepturum belli laudem, quantum lenitate, temperantia, et ceteris eximiis dotibus anteisset. *Priusquam corpus*

---

mortis, Alexandri Magni fatis adæquabant. Eo proniores in hanc comparationem, quod propinqua essent loca, in quibus Alexander interiisset.

NOTÆ

atriis petebantur, præferebanturque exornandis posterorum exequiis, hic, et v. 76. Unde apud Valer. Max. VIII. 15. ‘ Africanus imaginem in cella Jovis Opt. Max. positam habet; quæ quotiescumque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum est, inde petitur: unique illi instar atrii, Capitolium est. Tam Hercle quam superiori Catoni curia; unde effigies illius ad ejusdem generis officia expromitur.’

Plin. XXXV. 2. ‘ Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, semperque, defuncto aliquo, totus adcrat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus.’ Præmittitque has imagines in atriis fuisse custoditas.

[d] *Solus arbiter rerum*] Livius l. IX. ‘ Et quo sint mirabiliores, quam Alexander, aut quisquam alius rex, denos, vicenosque dies quidam dictaturam, nemo plusquam annum consulatum gessit: ab tribunis plebis delectus impediti sunt: post tempus ad bella ierunt, ante tempus, comitiorum causa, revocati sunt: in ipso conatu rerum circumegit se annus: collegæ nunc temeritas, nunc pravitas, impedimento aut damno fuit: male gestis rebus alterius successum est: tironem, aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt. At, Hercule, reges non liberi solum im-

chensium, qui locus sepulturæ destinabatur, prætuleritne[e] veneficii signa,[f] parum constitit: nam, ut quis misericordia in Germanicum, et præsumta suspicione aut favore in Pisonem pronior, diversi interpretabantur.[3]

74. Consultatum inde inter Legatos,[g] quique alii Senatorum aderant, 'quisnam Syriæ[h] præficeretur:' et, ceteris modice nisis, inter Vibium Marsum et Cn. Sentium diu quæsitum: dein Marsus seniori et acrius tendenti Sentio concessit. Isque infamem veneficiis ea in provincia et Plancinæ percaram, nomine Martinam,[i] in urbem misit, postulantibus Vitellio[j] ac Veranio ceterisque, qui crimina et

ureretur, spoliatum est in foro Antiochensium, quæ sedes tumulo parabatur, et parum compertum est, an veneni vestigia exhibuerit. Nam alii aliter conjectabant, prout quisque miseratione pronior in Germanicum, et præjudicio suspicionis, aut studii in Pisonem.

Postea deliberatum inter legatos, quique alii ex Patribus intererant, quisnam provinciæ imponeretur; *et cum ceteri modeste contendissent, inter Vibium Marsum, et Cn. Sentium diu disceptatum est: exin Marsus cessit vetustiori, qui etiam vehementius annitebatur. Isque Romam misit* fœminam *vocabulo Martinam, famosam maleficiis ea in regione, et Plancinæ dilectam, poscentibus Vitellio ac Ve-*

—3 Optime emendavit Beroaldus. Perperam in Ms. Flor. *interpretantur.* Brotier.

NOTÆ

pedimentis omnibus, sed domini rerum, temporumque, trahunt consiliis cuncta, non sequuntur.'

[e] *Prætuleritne veneficii signa*] Multi affirmant. Plinius l. XI. 'Cor negatur cremari posse in iis, qui cardiaco morbo obierunt, aut veneno interemtis. Certe extat oratio Vitellii, qua reum Pisonem ejus sceleris coarguit, hoc usus argumento: palamque testatus non potuisse ob venenum cor Germanici Cæsaris comburi.'

[f] *Veneficii signa*] Sueton. Calig. 1. 'Diutino morbo Antiochiæ obiit, non sine veneni suspicione. Nam præter livores, qui toto corpore erant, et spumas quæ per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cujus ea natura existimatur, ut tinctum veneno, igne confici nequeat.'

[g] *Legatos*] Dubitari potest legatine legionis soli intelligantur, an præter hos alii qui Proconsulibus ex veteri more adjungi solebant; ut IV. 56. quos a legatis legionum diversos fuisse certum est.

[h] *Quisnam Syriæ*] Cuinam provinciæ cura demandaretur, donec aliter Cæsar constituisset.

[i] *Nomine Martinam*] Sic et infra id nomen scribi video. Sed cum provincialis, id est, Syra, fuerit hæc venefica, nomen non Romanum, sed Syriacum requiro: id vero est *Martha:* quomodo, et illa divinacula Syra dicta est, quæ Marium sectabatur; vide Plutarch. *Grotius.*

[j] *Vitellio*] Erant quatuor Vitellii fratres Aulus, Quintus, Publius, et Lucius qui pater principis. De hoc nostro qui *Publius Vitellius* dicebatur,

accusationem, tanquam adversus receptos jam reos, instruebant.[k]

75. At Agrippina, quanquam defessa luctu et corpore ægro, omnium tamen, quæ ultionem morarentur, intolerans, ascendit classem cum cineribus Germanici et liberis; miserantibus cunctis, ‘quod fœmina nobilitate princeps, pulcherrimo modo matrimonio, inter venerantes gratantesque aspici solita, tunc ferales reliquias sinu ferret, incerta ultionis, anxia sui, et[1] infelici[2] fœcunditate fortunæ[1] totiens obnoxia.’ Pisonem interim apud Coum insulam[m] nuntius

ranio, et aliis qui facinora et accusationem instruebant, tanquam adversus manifestos jam reos.

At Agrippina, quamvis ægritudine animi et corporis exhausta, defectaque, cunctorum tamen impatiens, quæ vindictam retardarent, mare conscendit, cum reliquiis Germanici et filiis, mœrentibus cunctis, flentibusque, quod mulier claritudine princeps, florentissimo nuper connubio, inter adorantes gratulantesque videri sueta, tunc mœstos cineres gremio gestaret, dubia vindictæ, de se solicita, et infausta fœcunditate, fortunæ casibus toties objecta. *Interea nuntius*

---

1 Gronovius omisit *et*.—2 Ernestus dubio procul aberravit a mente Taciti, cum dividendam putaret vocem *in felici fœc.* Et sane fuit felix Agrippina, quoties olim pepererat. Fuit, inquam; sed jam in infelicitatem versa ejus fœcunditas; quæ viduata præsidio, et Tiberio invisa, toties fortunam tristem subire poterat, quoties olim felix fuisset. Metuendum certe ei erat ex Tiberio, odii suspecto; neque ea, quæ metuebantur, eventu dein caruere. Facit huc quodam modo exclamatio Cicer. Philipp. II. 24. qua Juliæ matris Antonii miseriam deplorat, quæ nunquam id subitura fuisset indignitatis, nisi filium peperisset: ‘O miseræ mulieris fœcunditatem calamitosam!’ *Fœcunditatem* vero *felicem* dicere, supervacuum foret. Sed jam existiment alii, num infelicius conjiciam: *infelix fœcunditate, fortunæ toties obnoxia.* Brotier.

NOTÆ

sic Sueton. Vitell. 2. ‘Publius Germanici comes Cn. Pisonem inimicum et interfectorem ejus accusavit, condemnavitque: ac post Prætura honorem inter conscios Sejani arreptus, et in custodiam fratri datus, scalpro librario venas sibi incidit: nec tam mortis pœnitentia, quam suorum obtestatione, obligari, curarique se passus, in eadem custodia, morbo periit.’

[k] *Instruebant*] Qui non minori studio, quam si inter reos receptus Piso, judiciumque de eo constitutum esset, laborabant de conquirendis probationibus quibus criminum, quorum eum accusaturi erant, convincere possent.

[1] *Infelici fœcunditate fortunæ*] Toties enim poterat in fortunæ injurias incurrere, quoties pepererat.

[m] *Coum insulam*] Cos. Lango Soph. teste, insula maris Carpathii, Cariæ adjacens, Stancon a Turcis dicta, cum urbe Episcop. sub Archiep. Rhodiensi.

Coum] Cos, insularum Sporadum una, ad oram Doridis provinciæ Asiæ minoris in mari Ægco. Hodie apud incolas nomen antiquum retinet, et a nautis corrupte vocatur Stanchio et Stingio, &c. Est sub dominio Turca-

assequitur : ‘ excessisse Germanicum.’ Quo intemperanter[n] accepto, cædit victimas, adit templa ; neque ipse gaudium moderans, et magis insolescente Plancina, quæ luctum amissæ sororis tum primum læto cultu[o] mutavit.

76. Affluebant[p] Centuriones, monebantque ‘ promta illa legionum studia : repeteret provinciam, non jure ablatam et vacuam.’ Igitur, ‘ quid agendum,’ consultanti, M. Piso filius ‘ properandum in urbem,’ censebat : nihil adhuc inex-

attingit Pisonem apud Coum insulam, interiisse Germanicum : *quo immodeste audito, mactat hostias, circumit delubra : neque ipse lætitiam temperans, et magis impotente animi Plancina, quæ lugubrem cultum, quem ob extinctam sororem induerat, tum primum læto amictu commutavit.*

Circumfusi centuriones suadebant Pisoni, pronos in illum militum animos, reverteretur in Syriam, immerito sibi ademtam, et rectore destitutam. *Igitur deliberanti* quid faciendum esset, *M. Piso filius suadebat*, festinandum esse in Urbem. Nihil adhuc perpetratum, quod extra veniam esset, neque

NOTÆ

rum, in Archipelago, ad oram Natoliæ peninsulæ. *Tillemon.*

[n] *Intemperanter*] Quem nuntium adeo insolenti gaudio accepit, ut etiam hostiis cæsis, sacrificia faceret, aditisque templis, Diis gratias ageret.

[o] *Læto cultu*] Quid vocat lætum cultum? vestemne albam, posita nigra ? an aurum et ornamenta, quæ in luctu ponebant fœminæ, eoque finito recipiebant ? non tam proclive id statuere, propter veteres scriptores, qui hac in re sententiis diversi.

Dionysius l. VIII. nigram vestem fœminis attribuit : ‘ Mulieres Romanæ, sicuti mos est in luctu parentum, et necessariorum, deponentes aurum, et alium ejusmodi ornatum, nigris vestibus indutæ per annum luxerunt.’ Idem et Suidas habet ad verbum de Marcii funere.

Et Varro clare l. III. de vita populi Romani ; ‘ ut dum supra terram esset, ricinis lugerent ; funere ipso, ut pullis pallis amictæ.’ Ibidem : ‘ Propinquæ anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demisso sequerentur lectum.’

Valerius I. 1. de Cannensi clade : ‘ Itaque matres ac filiæ conjugesque nuper interfectorum, abstersis lacrymis, depositisque doloris insignibus, candidam induere vestem, et aris dare thura coactæ sunt.’

At alii consensu, albam. Herodianus in funere Severi : Αἱ γυναῖκες ἐσθῆτας λευκὰς ἀμφιεννύμεναι σχῆμα παρέχουσι λυπουμένων : ‘ Matronæ Rom. vestes albas indutæ speciem mœrentium præferunt.’ Statius, in lacrymis Etrusci : ‘ Huc vittata comam, niveoque insignis amictu, Mitibus exequiis ades.’ Assignat ut vides niveam vestem, quia mulier. Sed clarissime Plutarchus : ‘ Qua de causa mulieres ferunt in luctu vestes albas, et operimenta capitis alba ?’

Hunc dissensum componimus ex temporum ratione. Nam priscis temporibus, dum Resp. vixit et libertas, nigræ vestes etiam fœminis in luctu. Id docent ii scriptores, qui omnes consentiunt in narratione moris, qui illo ævo. At sub Imperatoribus, Repub. extincta, in usum lugubrium venerunt albæ. Docent ii alterius classis testes, qui non id referunt, nisi de temporibus secutis.

[p] *Affluebant*] Hoc verbo copia alio-

piabile admissum, neque suspiciones imbecillas, aut inania famæ pertimescenda: discordiam[q] erga Germanicum odio fortasse dignam, non pœna: et ademtione provinciæ satisfactum inimicis. Quod si regrederetur, obsistente Sentio, civile bellum incipi: nec duraturos in partibus Centuriones militesque, apud quos recens Imperatoris sui memoria, et penitus infixus in Cæsares[r] amor prævaleret.'

77. Contra Domitius Celer, ex intima ejus amicitia, disseruit: 'Utendum eventu. Pisonem,[s] non Sentium, Syriæ præpositum: huic fasces et jus Prætoris, huic legiones[t] datas. Si quid hostile[u] ingruat, quam[1] justius arma oppo-

suspiciones inanes et invalidas, aut vana rumorum metuenda; dissensionem in Germanicum forte odio dignam, non supplicio; et ademto proconsulatu, jam satiatam inimicorum invidiam: sin reverteretur, repugnante Sentio, moveri arma civilia, nec mansuros in fide centuriones militesque, in quorum animis recens ducis sui memoria, et altum reposta mente erga Cæsares caritas præpolleret.

Contra Domitius Celer ex arcta familiaritate Pisonis censebat; utendum fortuna: Pisonem Syriæ præfectum, non Sentium: huic insignia imperii, jusque Prætoris; huic legiones permissas. Si qua vis hostium incumbat, quanto

1 In Ms. Flor. et editione Principe, *quem justius arma oppositurum, qui.* Recte emendavit Pichena, *quam justius;* et recentioribus omnibus probatum. Non ita feliciter alii, *quam justius arma oppositurum, quam qui.* Brotier.

NOTÆ

rum super alios venientium exprimitur.

[q] *Discordiam*] Discordiam cum Germanico, quæ summa sit ipsius criminum, odio forte senatus populique Rom. dignam esse; sed pœnam, quæ nulla in tali casu legibus constituta esset, non mereri. Et si quibus supplicio digna videretur, ipsis jam satisfactum esse ademtione provinciæ.

[r] *In Cæsares*] Hic intellige præcipue Germanicum et filios ipsius, quorum amore statim redirct miles ad obsequium Sentii, descreretque Pisonem.

[s] *Pisonem*] Pisonem, non Sentium, Syriæ præfectum esse. Pisoni fasces, et auctoritatem prætoriam in provincia, et exercitum qui ibi haberetur, eidem demandasse Cæsarem.

[t] *Legiones*] Nempe quatuor legiones in Syria habebantur, præter auxilia sociorum Regum populorumque, quæ ejusdem roboris erant.

[u] *Si quid hostile*] Si igitur res ad bellum inclinatura esset, neminem justius arma objecturum, quam eum qui jus legati Cæsarei, et regendæ provinciæ speccialia expressaque mandata ab ipso principe acceperit. *Freinsh.*

De quovis hoste id sumi possit, sed intelligere videtur de armis civilibus, ad quæ si venire necesse sit, justius ea oppositurum, qui fasces, jus prætoris, et legiones a Cæsare ipso acceperit. Justius vim cujuscumque hostis repulsurum ipsum, cui provincia demandata sit.

siturum,[v] qui Legati auctoritatem, et propria mandata acceperit? Relinquendum etiam rumoribus tempus,[w] quo senescant: plerumque innocentes[x] recenti invidiæ impares. At, si teneat exercitum, augeat vires, multa, quæ provideri non possint, fortuito[y] in melius casura. An festinamus, cum Germanici cineribus appellere, ut te inauditum et indefensum planctus Agrippinæ, ac vulgus imperitum, primo rumore rapiant?[z] Est tibi Augustæ conscientia,[a] est Cæsaris favor, sed in occulto:[b] et periisse Germanicum nulli jactantius mœrent, quam qui maxime lætantur.'

justius arma objecturum, qui jus Prætoris, et propria jussa *a principe* acceperit? Dandum etiam famæ spatium, quo rumores vanescant: sæpius insontes repentino odio objectos periisse. At si occupet legiones, si copias firmet, plurima quæ prospici nequeant, forte fortuna in melius cessura. An properamus advenire cum reliquiis Germanici, ut causa non cognita, ejulatus Agrippinæ, et inscia, rudisque plebecula, primo tumultu te dilacerent? Tibi innexa est Liviæ conscientia, tibi est favor Tiberii, sed in arcano: et exstinctum Germanicum nulli magis in speciem et ostentationem lugent quam qui potissimum gaudent.

NOTÆ

[v] *Quam justius arma oppositurum*] *Quem* esse scriptionem manuscripti sui indicavit Pichena. Ipse bene emendasse videtur *quam justius arma*, &c.: *quam* pro quanto, ut in his Quintiliani, l. I. 'Quam in his quoque libris erunt omnia compositiora!'

[w] *Relinquendum etiam rumoribus tempus*] Παύει γὰρ ὀργὴν ὁ χρόνος Arist. 2. Rhetor. et Cleon. apud Thucyd. l. III. ait, τὸ χρόνου διατριβὴν ἐμποιεῖν, πρὸς τῶν ἠδικηκότων μᾶλλον εἶναι: 'Temporis spatium, seu moram interponere, magis facere pro reis.' Plutar. in Pelopida. 'Prior quidem introductus est in curiam Pelopidas; quare et majus discrimen adiit, sed ambo absoluti sunt.' Lysias, 'quippe, ut plurimum, qui postremi judicantur, absolvuntur: nam cum ira sedata est, illos auditis.'

[x] *Plerumque innocentes*] Cum experientia constet sæpius insontes in primo fervore crudæ adhuc invidiæ calumniæque periclitatos fuisse.

[y] *Fortuito*] Multis enim negotiis, quæ nullius hominis judicio prospici explicariquc possint, fortunam expectatione meliorem viam reperire: 'fata viam invenient.'

[z] *Rapiant*] Sueton. Calig. 2. de Pisone: 'Etiam ægrum Germanicum gravissimis verborum ac rerum acerbitatibus, nullo adhibito modo, affecit: propter quæ, ut Romam rediit, penc discerptus a populo, a senatu capitis damnatus est.'

[a] *Augustæ conscientia*] Ut nimirum Pisonis facto conscia sit illa.

[b] *Sed in occulto*] Neque est, ut in hoc negotio tibi fore præsidio putes, quod conscia Livia, et favente Tiberio, rem perpetrasti: quamvis enim hoc verum sit, ipsi tamen consilia sua divulgari nolunt, animumque suum ita tegunt, ut nemo Germanici mortem ambitiosius, majorique doloris ostentatione lugeat, quam ipsi illi, quibus eadem gratissima accidit; ut sic ad ipsorum conscientiam, et favo-

78. Haud magna mole Piso, promtus ferocibus, in sententiam trahitur: missisque ad Tiberium epistolis, incusat Germanicum 'luxus et superbiæ; seque pulsum, ut locus rebus novis patefieret, curam exercitus eadem fide, qua tenuerit, repetivisse.' Simul Domitium, impositum triremi, 'vitare littorum oram, præterque insulas[c] lato[1] mari pergere in Syriam' jubet. Concurrentes desertores[d] per manipulos componit; armat lixas: trajectisque in continentem navibus vexillum tironum in Syriam euntium intercipit.[e] Regulis Cilicum,[f] 'ut se auxiliis juvarent,' scribit; haud ignavo ad ministeria belli juvene Pisone, quanquam suscipiendum bellum abnuisset.

79. Igitur oram Lyciæ[g] ac Pamphyliæ[h] prælegentes, obviis navibus, quæ Agrippinam vehebant, utrimque infensi,

Haud ægre Piso, ad asperiora promtus, in eam *sententiam impellitur; compositisque ad principem literis, accusat Germanicum* luxuriæ et arrogantiæ, seque ejectum provincia, ut novis consiliis aperiretur locus, imperium legionum eodem animo recuperatum iisse, quo acceperit. *Simul imperat Domitio*, conscenderet navem, oras maritimas declinaret, prætervectusque insulas, alto mari in Syriam contenderet: *confluentes perfugas in cohortes ordinat, calones ornat armis, transmissisque in continentem navigiis, vexillum novorum militum in Syriam tendentium occupat; Regibus Ciliciæ*, ut sibi suppetias ferrent, *nuntiat; acerrimo ad curas militiæ adolescente Pisone, quamvis tentandi belli consiliis obstitisset.*

Igitur oram Lyciæ et Pamphyliæ prætervigantes, occurrentibus ratibus, quæ Agrippinam deferebant, hincque et illinc infesti statim accingebunt se ad prælium;

1 Lipsius mallet, *alto mari*. Eleganter, sed non necessario. *Brotier.*

NOTÆ

rem provocare, potius exitio futurum sit, quam auxilio.

[c] *Præterque insulas*] Ita tamen, ne appropinquaret littoribus, insulisque: sed alto apertoque mari vela faceret, ut a paucioribus conspectus, adventus sui famam præverteret.

[d] *Desertores*] Qui relinquebant signa sua, castraque Sentii, et aliorum Patrum, qui tum aderant in Syria Germanici comites.

[e] *Intercipit*] Hæc vox interdum de captis, interdum de occisis usurpata reperitur; hic non pro occisis, ut quidam vertunt, sed pro captis, sive detentis et ad partes adjunctis, accipienda est.

[f] *Cilicum*] Cilices, Cilicia a Cilice Rheæ filio nomen habens, regio Asiæ notissima, inter Pamphyliam, Syriam, et Taurum montem a Capadocia separantem, et pelagus Cilicium; Caraman et Caramania vulgo. Urbes quondam claræ Selinus, Pompeiopolis, Mallos, et intus Tarsus, Auazarbus, et Adana.

[g] *Lyciæ*] Lycia, Aldinelli, Aidinelli, et Bricquia, regio Asiæ inter Cariam et Pamphyliam.

[h] *Pamphyliæ*] Pamphylia regio A-

arma primo expediere: dein, mutua formidine, non ultra jurgium processum est: Marsusque Vibius nuntiavit[i] Pisoni, ‘ Romam ad dicendam causam veniret.’ Ille eludens respondit, ‘ affuturum, ubi Prætor, qui de veneficiis quæreret, reo atque accusatoribus diem prædixisset.’[1j] Interim Domitius Laodiceam,[k] urbem Syriæ, appulsus, cum hyberna sextæ legionis peteret, quod eam maxime novis consiliis idoneam rebatur, a Pacuvio Legato prævenitur. Id Sentius Pisoni per literas aperit, monetque, ‘ ne castra corruptoribus, ne provinciam bello tentet:’ quosque Germanici memores,[l]

mox mutuo metu haud ultra rixam verborum provecti sunt; et Marsus Vibius denuntiavit Pisoni, ut in urbem se conferret ad causam orandam. *Ille deridens* Vibium, *respondit*, se venturum, postquam Prætor, qui de maleficiis inquireret, sonti atque delatoribus diem constituisset. *Interea Domitius advectus Laodiceam Syriæ oppidum, cum in castra sextæ legionis contenderet, quod eam præcipue moliendis novis rebus opportunam crederet, a Pacuvio legato prævertitur. Id Sentius per epistolas Pisoni nuntiat, hortaturque* ne legiones immissis corruptoribus solicitet, neque provinciam armis lacessat: *et eos convocat, quos Germanico fidos,*

1 Frustra tentat Acidalius, *prodixisset*. Utrumque latine dicitur. *Brotier.*

NOTÆ

siæ, mari quod Pamphylium appellatur ad Austrum objecta, inter Lyciam ad occid. et Ciliciam ad ort. Settalia, teste Girava, Zina, Thevet. Caroman, Nig. Scandalore: eidem Nig. est pars occidua, et ad mare terminata: pars vero ad ort. cum parte Ciliciæ Caramam.

Pamphylia, provincia Asiæ minoris peninsulæ in latere meridionali, et ad mare Pamphylium, partem maris mediterranei: hodie pars præfecturæ Natoliæ ad orientem et meridiem, circa urbes Termes, Sataliyah, &c. sub imperio Turcico Asiatico. *Tillemonius.*

[i] *Nuntiavit*] Inter alia quæ invicem jaciebant, Vibius Marsus denuntiavit Pisoni, &c.

[j] *Diem prædixisset*] ‘ Referri diem prodictam, id est, anteferri, religiosum est,’ ut ait Veranius, Festus. Gellius XII. 13. ‘ Kalendasque mihi prodictas, ut intra eum diem pronuntiarem.’ Male vulgo, *productas*. Recte ergo, *prolata* pro *prælata* D. de edendo. *Muretus.*

[k] *Laodiceam*] *Laodicea* urbs Cassiotidis regionis minoris, in Syria provincia, et ad oram maris Syriaci: hodie Laudichia, oppidulum præfecturæ Aleppi in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemonius.*

[l] *Germanici memores*] Quicquid in universo exercitu per Germanici memoriam, aut odia in ejus inimicos, suis rebus fidum cognoverat, in unum contrahit, *subinde ipsis magnitudinem; gloriamque imperatoris sui*, quem ulciscerentur, salutemque Reipub. quam armis inimicorum petitam defensum irent, in mentem revocans.

Memores, quidam dicunt amicos. Sed plus continet illud. Quid enim si potius fortunam Germanici quam ipsum fovissent II. 71. *memores* ejus

aut inimicis ejus adversos cognoverat, contrahit; ‘ magnitudinem Imperatoris’ identidem ingerens, et ‘ Rempublicam armis peti :’ ducitque validam manum, et prælio paratam.

80. Nec Piso, quanquam cœpta secus cadebant, omisit tutissima e præsentibus, sed castellum Ciliciæ munitum admodum, cui nomen Celenderis,[1 m] occupat. Nam admixtis desertoribus, et tirone nuper intercepto,[n] suisque et Plancinæ servitiis, auxilia Cilicum, quæ Reguli miserant, in numerum[o] legionis composuerat. ‘ Cæsarisque se Lega-

aut hostibus ejus infensos compererat ; amplitudinem principis *sæpius ostentans, monensque* imperium bello oppugnari ; *ducitque firmum agmen et certamini instructum.*

Nec Piso, quamvis consilia pro votis non cederent, neglexit quæ pro tempore tutiora videbantur, sed ipse *invadit propugnaculum Ciliciæ validissimum, quod vocant Celendrim. Quippe adjunctis transfugis, et novo milite, quem nuper in suas partes dolo traxerat, suisque et Plancinæ mancipiis, copias Cilicum, quas Reguli miserant, ad instar legionis instruxerat, et* se legatum Cæsaris esse denuntiabat,

1 *Celendris* Brotier; ita et Ms. Flor. Pichena et recentiores. Beroaldus, *Celenderis.* Græce Κέλενδρις et Κελένδερις æque dicitur.

NOTÆ

non recte dicerentur.

Imperatorem hic omnes de principe Tiberio capere videntur. Mihi visus est ad Germanicum pertinere, ob præcedens *memores*, et quia statim de Repub. armis petita sequitur, quod ipsum involvit Principis quoque salutem, ejusque magnitudinem tangit, ut eam exerte hic memorare, nihil sit opus. Sic mox III. 14. *Imperatoris* nomine, Germanicus intelligitur, non Tiberius. *Freinshemius.*

Ego vero *Imperatorem* omnino accipio Tiberium, nec *magnitudinem Imperatoris a Republica* sejungo. Hoc enim vult Tacitus, ingerens, armis peti Rempublicam, et magnitudinem Imperatoris.

Magnitudo, majestas. Ut lib. III. de Augusto, ‘ simul modestiæ Neronis, et suæ magnitudini fidebat.’ Lib. XVI. ‘ An ut magnitudinem imperatoriam, cæde insignium virorum, quasi regio facinore ostentaret?’ *Gronov.*

[m] *Celenderis*] Nominat id Josephus lib. XVII. collocatque in via qua Romam ibatur; sed in eo scriptum reperies, *Celendris:* meminit et Ptolomæus. Antiquissimum id fuit, si Apollodoro fides lib. III. Biblioth., qui conditionem ejus refert ad Sandarum Tithoni nepotem: ὃς, inquit, ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν πόλιν ἔκτισε Κελένδεριν.

Celendris] Celendris, Ciliciæ castellum : Celenderis, Ptol. in Latinis codicibus; Palopoli, Nigro; Crionero, Mercat. Candelaro, Mol. urbs Ciliciæ littor. in Pamphyliæ. Conf. Episcop. sub Archiepiscopo Seleuciensi apud Sarpedonem prom. Celendræ Luc. lib. VIII. ‘ Ad profugum collecta ducem, parvisque Celendris.’

[n] *Tirone nuper intercepto*] Vexillo, quod in Syriam ibat, forte 500 hominum.

[o] *In numerum*] In numerum, et speciem legionis disposuerat, non tamen ad instar veræ legionis; quia servi

tum,' testabatur, 'provincia, quam is dedisset, arceri, non a legionibus (earum quippe accitu venire), sed a Sentio, privatum odium falsis criminibus tegente: consisterent in acie,[p] non pugnaturis militibus, ubi Pisonem, ab ipsis *parentem* quondam appellatum, si jure ageretur, potiorem, si armis, non invalidum vidissent.' Tum pro munimentis[q] castelli manipulos explicat, colle arduo et derupto; nam cetera mari cinguntur. Contra veterani, ordinibus ac subsidiis instructi: hinc militum, inde locorum asperitas: sed non animus, non spes, ne tela quidem, nisi agrestia, ad subitum usum properata. Ut venere in[2] manus, non ultra dubitatum, quam dum Romanæ cohortes in æquum eniterentur:[r] vertunt terga Cilices, seque castello claudunt.

testabaturque prohiberi se provincia, quam *princeps* ipse *sibi* tradidisset; non a legionibus, (nam sc iis vocantibus accedere,) sed a Sentio, propriam offensionem fictis criminationibus occultante: starent in prælio solummodo, nequaquam dimicaturis legionibus, statim atque conspexissent Pisonem, ab ipsis olim vocatum patrem; si legibus disceptaretur, validiorem, si acie, haud imbellem. *Tum copias instruit pro aggere, seu muris propugnaculi, in colle alto et abrupto; nam reliqua* castelli *pelagus ambit. Contra vetustus miles disciplina, ordine, etiam subsidiis firmatus; hinc virorum militarium fortitudo, inde locorum ardua abruptaque; sed non virtus, non alacritas, ne arma quidem nisi rustica,* et *ad tumultuariam necessitatem accelerata. Ut pugnam, ut manum conseruere, non ultra cunctatum, quam dum Romanus miles in æquum pervaderet: tum se in fugam conjiciunt Cilices, seque propugnaculo includunt.*

2 Alii dicunt *ad manus:* sed Tacitus Sallustium æmulatur, apud quem Bello Jugurth. cap. 89. 'Ac primo mediocria gerebat, existimans Jugurtham ob suos tutandos in manus venturum:' atque ita iterum scripsit noster H. IV. 71: 'ut ventum in manus, deturbati ruinæ modo præcipitantur:' quomodo ibi rescripsimus Longobardici codicis, quo Pichena etiam usus, auctoritatem secuti: nam vulgatis ante Editionibus legitur, *ad manus.* Vide plura exempla apud J. F. Gronovium ad Livium II. 46. *Ryckius.*

NOTÆ

illi, et auxiliares erant, quos sic composuerat: legionariorum militia, conditioque longe nobilior, ut qui cives Romani essent, et ii ordinibus, belloque longe validiores.

[p] *Consisterent in acie*] Nihil præter præsentiam eorum requirit: non enim pugnæ causa ibi futuros ait, quæ nulla esset oritura.

[q] *Pro munimentis*] Ante munimenta castelli ordines instruit arduo præruptoque colle, quo uno loco, castellum terra adiri poterat: cetera mari cingebantur.

[r] *In æquum eniterentur*] Id est, usque dum æquis locis adortæ essent Pisonianos milites. Nam in colle arduo et abrupto Piso suas copias explicaverat: quem dum cohortes Romanæ scanderent, paulum dubitatum fuit: ubi ex æquo ventum ad manus, tunc nulla dubitatio. *Aurelius.*

81. Interim Piso classem, haud procul opperientem, appugnare[1] frustra tentavit: regressusque et pro muris, modo semet afflictando, modo singulos nomine ciens, præmiis vocans, seditionem cœptabat; adeoque commoverat, ut signifer[s] legionis sextæ signum ad eum transtulerit. Tum Sentius 'occanere cornua tubasque,[t] et peti aggerem,[u] erigi scalas' jussit, 'ac promtissimum quemque succedere; alios tormentis hastas, saxa, et faces ingerere.' Tandem victa pertinacia Piso oravit, 'uti traditis armis maneret in castello, dum Cæsar, cui Syriam permitteret, consulitur.' Non receptæ conditiones: nec aliud, quam naves et tutum in urbem iter concessum est.

Interea Piso inutiliter conatus est lacessere classem non longe expectantem: reversusque, et pro munimentis, alias se ipse miserando, alius quemque vocabulo compellans, et mercede alliciens, discordiam incipiebat; adeoque jam *concitarat, ut signifer legionis sextæ, vexillum ad eum transmiserit. Tum jussit Sentius,* cornuum tubarumque clangore cani bellicum, et quæri cespitem, admoveri scalas, ac strenuissimum quemque ascendere, alios machinis tela, lapides, et tædas confertim immittere. *Demum fracta pervicacia Piso postulavit,* ut redditis armis, manere liceret in arce, dum rogatur Cæsar, cui provinciam traderet. *Non admissæ pactiones: nec aliud ei indulsere legati, quam navigia et facultatem tuto in urbem proficiscendi.*

1 Ita Ms. Flor. Editiones veteres et recentiores. In intermediis, *oppugnare.* Infra Annal. IV. 48. 'Castra Romana appugnarent. *Brotier.*

NOTÆ

Quia in alpestribus locis commissa est pugna, non tam de plano aliquo loco capiendum hoc *æquum* existimo, quam de æque alto, ac ille erat, quem hostes tenebant. *Freinsh.*

In summo colle forte fuit locus, æquus seu planus, qui caperet modicam aciem: in hunc enisi Romani statim vicere.

[s] *Ut signifer*] Jam eo usque permoverat eorum animos, ut etiam sextæ legionis, cui præcipue carus fuerat, signifer signum ad eum transtulerit; quod non puto de Aquila intelligendum. Sic enim tota legio transisset, quod non credibile est.

[t] *Tubasque*] Cornuum tubarumque concentum obstrepere loquenti Pisoni jussit Sentius.

[u] *Peti aggerem*] Quidam accipiunt, quasi *petere* hoc loco significaret aggredi, et *agger* muros, qua notione miror, si usquam reperias. Muris enim castellum hoc fuisse cinctum, neque alia munitione, satis ex auctore colligitur.

Longe igitur aliud est *petere aggerem,* quam phrasim, cum supra I. 65. occurreret, plerique non inepte verterant. *Aggerem petere,* est terram ad struendum aggerem comportare. Struebatur autem agger oppugnationis ergo. Vide Lipsii Poliorcet. II. 3.

82. At Romæ, postquam Germanici valetudo percrebuit, cunctaque, ut ex longinquo, aucta in deterius afferebantur, dolor, ira:[1] et erumpebant[v] questus: 'Ideo nimirum in extremas[2] terras[w] relegatum: ideo Pisoni permissam provinciam: hoc egisse secretos Augustæ cum Plancina sermones: vera prorsus de Druso seniores locutos: displicere regnantibus civilia[x] filiorum ingenia: neque ob aliud interceptos, quam quia Populum Romanum æquo jure[y] complecti, reddita libertate, agitaverint.' Hos vulgi sermones

Sed in urbe postquam vulgata est ægritudo Germanici, omniaque ut ex remoto nuntiabantur in pejus, mœror, iracundia, et exin querimoniæ prorumpebant; Propterea scilicet in ultimas oras amandatum, propterea impositum Syriæ Pisonem, hoc struxisse arcanos Liviæ congressus cum Plancina. Vera certe dixisse vetustiores de Druso, haud placere imperitantibus mores juvenum quibus æqualitas civium cordi esset: neque ob aliam causam circumventos illos, quam quia cogitaverint cives Rom. æquali jure amplecti, restituta libertate. *Hos rumores plebis nuntiata mors* Germanici *adeo concitavit, ut ante*

---

1 Beroaldus, *afferebantur, dolor, ira, et erumpebant questus.* Lipsius *afferebantur: dolor,* &c. Melius distinxit Ernestus *(afferebantur, d. ira. Et er. &c.),* quem sumus secuti.—2 Boxhornius frustra tentat, *in externas.* Brotier.

NOTÆ

[v] *Dolor, ira, et erumpebant*] Ingens in urbe dolor, atque etiam ira extitit: ita ut ne quidem abstinere possent, quin apertas in querelas erumperent. Nec enim tacitus modo dolor, et recondita ira mentibus inerat, verum etiam in querelas prorumpebat. *Freinsh.*

Sic potius distingue, *cunctaque ut ex longinquo, aucta in deterius afferebantur, dolor, ira. Et erumpebant questus. Ideo nimirum in extremas terras relegatum,* &c. Ita fere loquitur Tacitus, qui in re indigna et atroci admodum, cum animi humani diversis ac majoribus motibus, ipsas quoque dicendi periodos distinguit, sicut hoc loco. Priores enim doloris, dein iræ interiores hic motus. Tandem, indignitate rei, et acerbitate, erumpunt etiam questus. *Boxhorn.*

Dolor, ira] *Postquam Germanici valetudo percrebuit,* hinc dolor et ira et ex his erumpunt questus. Querentur; 'Ideo nimirum in longinquas terras amandatum,' ut hic Liviæ dolo et insidiis periret, ut et olim Cæsares Caius et Lucius forte eadem arte procul intercepti. Et ipse Drusus pater Germanici, et Marcellus ipse: 'displicere' nempe 'regnantibus civilia filiorum ingenia,' &c.

[w] *Extremas terras*] Intellige imperii Romani. Florus 4. 'Quod in extremis finibus mundi arma Romana peregrinabantur.'

[x] *Civilia*] 'Displicere regnantibus' juvenum ingenia, qui se non arroganter supra ceteros mortales efferrent, sed æqualitatem civium inter se, et secum etiam statuere vellent.

[y] *Æquo jure*] Quia libertatem reddere populo Rom. eodemque cum ceteris civibus jure agere destinaverint.

audita mors adeo incendit, ut ante edictum magistratuum, ante Senatus consultum, sumto justitio,[z] desererentur fora, clauderentur domus; passim silentia et gemitus, nihil compositum in ostentationem: et, quanquam neque insignibus lugentium[a] abstinerent, altius animis mœrebant. Forte negotiatores, vivente adhuc Germanico Syria egressi, lætiora de valetudine ejus attulere: statim credita, statim vulgata sunt: ut quisque obvius, quamvis leviter audita, in alios, atque illi in plures cumulata[b] gaudio transferunt: cursant

imperium consulum, ante decretum patrum, occupato justitio, relinquerentur tribunalia, obserarentur domus; undequaque vastitas, silentium et mœror, nihil adornatum in speciem, aut pompam: *et quamvis neque amictu mœrentium temperarent, profundius animis dolebant. Fortuito casu mercatores profecti e Syria, spirante etiam tum Germanico, gratiora* in vulgus *nuntiavere de valetudine illius: his statim fides habita est, statim rumor increbuit: ut quisque occurrebat, licet obiter et* modice *audita, aucta per lætitiam ad alios, atque illi ad plures transmittunt.*

NOTÆ

[z] *Justitio*] Adeo dolore exarsit, ut non expectato edicto Consulum, non Senatusconsulto, quo juxta veterem morem justitium juberetur, homines sua sponte illud, quasi tacito consensu introducerent, descrto foro, suspensisque litibus, et ut solitum in publico luctu, tabernis clausis, mœstum ubique silentium esset.

Sumto justitio] Olim in tumultu, aut calamitate a Dictatore, Consulibusve iudici justitium solitum ex decreto senatus: nunc passim in funere principum virorum.

Sic lib. I. 'Qui fine Augusti, et initiis Tiberii auditis, ob justitium aut gaudium intermiserat.' De vi, habituque justitii nihil melius possum Petro Fabro, eruditæ diligentiæ viro, quem consule lib. II. Semestrium cap. 10. *Lips.*

Justitio] Sic olim usurpatum in morte regum Ægypti. Diodorus Siculus lib. II. 'Sed ea quæ post obitum Ægyptii suis regibus præbuerunt, magnam populi erga principes benevolentiam monstrant. Id honor mortuis impensus ostendit. Nam cum quis regum decedit e vita, Ægyptii omnes mortem communi mœstitia lugent, vestes lacerant, templis clausis forum non frequentant, festa solennia non agunt, dies septuaginta duos luctu deturpantes capita, ac sindone subtus mammas cincti, una viri mulieresque ducenti ferme, aut trecenti circumambulant bis in die, novantes luctum, atque ad numerum cum cantu virtutes regis commemorantes. Cibis animantium, coctisque, ac vino, omnique mensæ apparatu abstinent. Non lavacris, non unguentis, non stratis lectis, non venereis utuntur; sed tanquam defuncto filio, per eos dies mœrentes lugent.'

[a] *Neque insignibus lugentium*] Indicto enim justitio, mutabant etiam vestem. Lucanus: 'ferale per urbem Justitium patuit, plebeio tectus amictu Omnis honos, nullos comitata est purpura fasces.' Juvenalis: 'Pullati proceres, differt vadimonia Prætor.' Seneca epist. 18. 'Nam quod fieri nisi in tumultu, et tristi tempore civitatis non solebat, voluptatis causa vestem mutavimus.'

[b] *Cumulata*] Ut quisque obvius, alii in alios, atque illi in plures sparge-

per urbem, moliuntur templorum fores:[c] juvit credulitatem[d] nox, et promtior inter tenebras affirmatio. Nec obstitit falsis Tiberius, donec tempore ac spatio vanescerent. Et populus quasi rursum ereptum acrius doluit.

83. Honores, ut quis amore in Germanicum aut ingenio validus, reperti decretique: 'ut nomen ejus Saliari carmine[e] caneretur: sedes curules[f] Sacerdotum Augustalium locis,

Discurrunt per civitatem, revellunt valvas sacrarum ædium. Auxit credendi facilitatem nox, et pronior, ut inter tenebras, asseveratio. Nec vanis rumoribus *opposuit se Tiberius, donec intervallo temporis* tandem *ii senescerent. Et vulgus, tanquam iterum raptus sublatusque esset, vehementius luxit, ingemuitque.*

Honores inventi et constituti, prout quilibet favore in Germanicum, aut ingenio præpollebat, nempe: ut nomen ejus celebraretur Saliorum cantu: sellæ curules inter saccrdotum Augustalium sedes, et super eas querceæ coronæ ponerenNOTÆ

bant, non tantum ut ipsi acceperant, verum ex gaudii vehementia adjectis falsis, sed quæ ipsi evenire optarent.

[c] *Moliuntur templorum fores*] Nam vespere hæc gesta, aut nocte, et tum clausa templa. Suetonius Calig. c. 6. de ipsa hac re: 'Repente jam vesperi, cum incertis auctoribus convaluisse percrebnisset, passim cum luminibus et victimis in Capitolium concursum est, ac pæne revulsæ templis fores, ne quid gestientes vota reddere moraretur.'

[d] *Juvit credulitatem*] Cum nox incidisset, multi audacius affirmabant vera esse, quæ dicerentur; quos forte interdiu aut pudor, rem incompertam temere asseverandi, aut etiam metus ex inimicis Germanici deterruisset.

[e] *Saliari carmine*] Qui honos non nisi nominibus Deorum. Hoc exemplo M. Antonius Philosophus, mortuo filio Vero, 'jussit ut nomen ejus Saliari carmini insereretur.' Ita malo apud Spartianum quam, *inferretur.*

Saliari carmine] His carminibus nominari valde laudabile erat. Sic 'Mamurius Veturius, cum aucile fabricassset insigne, petiit, ut Saliari carmine nomen suum caneretur.' Plutar. in Numa.

Saliari] Hi honores præcipui visi; ut, nempe, nomen Germanici insereretur carmini, quo in annua solennitate sacerdotes, quos a saltando *Salios* vocant, inter festas choreas, Deos armorum præsides celebrare consuevernnt.

[f] *Sedes curules*] Spectaculis Romam transductis, magno honori fuit publicus in iis locus; exempla multa. Evaluit paulatim adulatio, ut non solum vivis, sed etiam absentibus mortuisque daretur is locus memoriæ conservandæ. Loci præbiti indicium sella esset.

Primum vestigium ejus ritus odorari videor in Livii verbis l. II. de Valerio dictatore: 'Dictator triumphans in urbem invehitur: super solitos honores locus in Circo ipsi posterisque ad spectaculum datus: sella in eo loco curulis posita.'

Cæsari habitus deinde idem honos: ut clare Dio l. XLIV. Ἐψηφίσαντο τόν τε δίφρον αὐτὸν τὸν ἐπίχρυσον εἰς τὰ θέατρα, καὶ τὸν στέφανον τὸν διάλιθον καὶ διάχρυσον εἰσάγεσθαι: 'Decreverunt Sellam ipsam auratam induci in theatra, et coronam gemmatam aureamque.' Mox M. Marcello defuncto, de quo verba ejusdem scriptoris, l. LIII. 'Mar-

superque eas querceæ coronæ statuerentur: ludos Circenses[g] eburna effigies præiret: neve quis Flamen aut Augur in locum Germanici, nisi gentis Juliæ, crearetur.' Arcus[h] additi Romæ et apud ripam Rheni, et in monte Syriæ Amano,[i] cum inscriptione rerum gestarum, ac 'mortem ob Rempubl. obiisse.'[j] Sepulcrum Antiochiæ,[1] ubi crematus: tribunal Epidaphnæ,[2 k] quo in loco vitam finierat. Statuarum loco-

tur, ut imago eburnea ludos Circenses præcederet, et ne ullus flamen, aut augur loco Germanici eligeretur, nisi e stirpe Julia. *Arcus adjuncti in urbe, et apud littus Rheni, et in monte Syriæ Amano, cum titulo rerum administratarum, ac* vitam Reipub. causa amisisse: *tumulus Antiochiæ ubi combustus erat: solium Epidaphne, quo loco e vivis excesserat. Haud facile quis recensuerit multitudinem*

1 Amicus malebat, *Antiochia.* Ryckius. — 2 Beroaldus et Rhenanus, *Epidaphne.* Plinius l. v. c. 21. 'Intus ipsa Antiochia libera Epidaphnes cognominata;' quæ Græcis *Antiochia ἐπὶ Δάφνῃ* vel *ἐπὶ Δάφνης.* Hic vero ita appellatur amœnissimum illud *Antiochiæ* suburbium, *Δάφνη* Græcis dictum,

NOTÆ

celli et imaginem auream, et coronam auream, et sedem curulem Romanis ludis in theatrum inferri jussit, mediaque illa poni inter sedes editorum.'

Lego etiam sedes aureas in theatrum illatas, Tiberio et Sejano absentibus. Et miror interpretem id vertisse, currus, apud Dionem l. LVIII. *Δίφρους τε ἐπιχρύσους ἐς τὰ θέατρα ἀμφοῖν ἐσέφερον*: 'Sellas aureas in theatra utrique inferebant.'

Germanico igitur decretæ hujusmodi curules sedes per trina, ut opinor, theatra, inter sacerdotum Augustalium sedes; in iis coronæ e quercu, ob cives scilicet servatos. *Lips.*

Sedes] Ut in theatris, quo loco sodales Augustales spectare soliti essent, tanquam vivo et præsenti sedes curules, qualibus Magistratus populi Rom. utuntur, statuerentur.

g *Ludos Circenses*] Qui honos Diis habitus, et iis qui divinos deinde honores meriti videbantur.

Circenses] Ut nempe quoties ludi Circenses celebrarentur, effigies Germanici ex ebore, inter alia Deorum simulacra pompam duceret.

h *Arcus*] Et ut arcus triumphales exstruerentur, tam Romæ, quam hinc ad ripam Rheni, inde in monte Syriæ Amano. *Freinsh.* Intervalla temporis, non tantum loci ponere videtur, inter exstructionem istorum arcuum, quasi prius in urbe exstructi sint, dein aliis locis quasi ad exemplum. Quidni, ut decerni, ita et strui simul istis tribus locis arcus Germanici potuerunt?

i *Amano*] Amanus mons Ciliciæ provinciæ in Asia minore, et Syriæ regionis. *Tillemonius.*

j *Mortem ob Rempub. obiisse*] Hoc Druso quoque patri ejus tributum, et voluit dictum Pedo ad Liviam: 'Consul et ignoti victor Germanicus orbis, Quis fuit heu mortis publica causa, legor.' Sed tu rescribe, *cui fuit:* ad hanc mentem. *Lipsius.*

k *Epidaphnæ*] Antiochia magna, urbs Syriæ, cognominata est *Epidaphne,* a Daphne illius suburbio: ex Plinio l. v. c. 21. et Diction. Geog. Ferrarii.

rumve, in quis colerentur,[3] haud facile quis numerum inierit. Cum censeretur clypeus[1] auro et magnitudine insignis, inter auctores eloquentiæ, asseveravit[4] Tiberius, 'solitum paremque ceteris dicaturum: neque enim eloquentiam fortuna discerni: et satis illustre, si veteres inter scriptores haberetur.' Equester ordo *cuneum Germanici* appellavit, qui *Juniorum*

imaginum, aut locorum, in quibus honoraretur. Cum ei decerneretur clypeus, auro et amplitudine eximius inter oratores, affirmavit Tiberius, consuetum et aliis æqualem ei sacraturum; neque enim facundiam fastigio aut opibus distingui; et satis insigne et decorum, si inter priscos auctores eloquentia celebraretur. *Equester ordo* cuneum Germanici *vocavit, qui* Juniorum *appellabatur; et decrevit*

---

eo fere modo, quo *Inarime* ab Virgilio conflata ex duabus Homericis vocibus εἰν Ἀρίμοις. Alias minime novum Latinos scriptores Græca locorum et oppidorum nomina, quamvis commode Latina significatione exprimi possent, retinere. Ita Livius *Hieran comen, Gordiu tichos, Aporidos comen, Xylinen comen*, aliaque Græco more effert: et Plinius passim. *Ryckius.*—3 Ita Ms. Flor. Jac. Gronovius et Ernestus. Sine auctoritate ac necessitate a Beroaldo emendatum, *in queis coleretur.* Germanici statuæ colebantur: sic de Sejano dicetur infra Annal. IV. 2. 'coli per theatra et fora effigies ejus interque principia legionum' permisit Tiberius. *Brotier.*—4 In Ms. Flor. *adseravit.* Perperam Beroaldus aliique plurimi edidere, *adseruit*, quod hoc sensu acceptum minime Latinum est. Optime Jac. Gronovius et recentiores, *adseveravit.* Sic infra Annal. III. 49. in Ms. Flor. *adsevavit*, pro *adseveravit.* Brotier.

NOTÆ

[1] *Cum censeretur clypeus*] Veteris inventi fuit imagines illustrium virorum publice in templo curiaque deponi, et quasi dedicari. Sic Africani imago in Capitolio; Catonis Censorii in Curia collocatæ.

Valerius Max l. VIII. c. 15. 'Africanus imaginem in cella Jovis optimi, maximi, positam habet: quæ quotiescunque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum est, inde petitur: unique illi instar atrii, Capitolium est. Tam Hercle quam superiori Catoni, Curia. Unde effigies illius ad ejusdem generis officia expromitur. Gratum ordinem, qui utilissimum Reip. Senatorem, tantum non semper secum habitare voluerit.'

Sed cumulatius id fecit, ut apparet, Augustus: qui primarias imagines in Curia collocavit, suis quasque locis distinctas: sive quis belli, sive pacis artibus claruisset.

Ita supra legimus, 'Hortensii imaginem positam inter oratores:' idemque honos nunc Germanico petitus. Sed clypei nomine Tacitus cur usus? quia imagines illæ, ut censeo, instar militaris clypei rotundæ, ex ære, auro, argento.

Censeretur clypeus] Clypeus, qui imaginem repræsentaret, non militaribus solum viris in bello, sed et togatis in pace, ut hodie quoque est, jam olim in usu fuit. Siquidem l. XXXV. 3. Plinius major inquit, 'scutis qualibus apud Trojam pugnatum est, continebantur imagines: unde et nomen habuere clypeorum.'

Eodem spectat, quod Trebellius de Claudio secundo inquit: 'Clypeus aureus senatus totius judicio in Romana curia collocatus est; ut etiam nunc videtur expressa thorace vultus

dicebatur;[m] instituitque, uti turmæ[n] Idibus Juliis imaginem ejus sequerentur: pleraque manent: quædam statim omissa sunt, aut vetustas obliteravit.

84. Ceterum, recenti adhuc mœstitia, soror Germanici,

ut turmæ Idibus Juliis effigiem ejus sectarentur, quorum *multa vigent adhuc: nonnulla statim neglecta sunt, vel antiquitas abolevit.*

Ceterum repenti adhuc tristitia, soror Germanici, Livia, uxor Drusi, gemellos

NOTÆ

ejus imago.'

[m] *Qui Juniorum dicebatur*] Non a *Juniorum* gente, ut nonnulli falso existimaruut; sed a pueris prætextatis. Nam duplex decursio, seu transvectio; sicque duplex fuit cuneus, aut turma, nempe *juniorum*, qui nobiles adhnc in prætexta transvecti in ludis Troicis et Circensibus; alter cnneus fuit *juvenum*, seu *equitum*. Unde et primns nominatus dicebatnr ' Princeps juventutis.'

Igitur eqnester ordo memoriam Germanici honoratam volnit in utroque cuneo, et *juniorum*, et *juvenum;* ita ut cnnens puerornm, non amplius cnnens *juniorum* diceretnr, sed cnneus *Germanici*. Ita ut tnrmæ juvenum, sen eqnitnm, cnm fieret transvectio Idibns Juliis, imaginem Germanici sequerentur, non pro vexillo, ut vult Lipsins; nam nulla mentio vexilli in illa pompa.

Attamen cnm equites per tnrmas dispositi incederent quælibet turma habere potuit sunm vexillum (nam quasi e pngna redenntes transibant), sed universum equitum agmen habuisse commnne vexillum in transvectione nullatenus constat.

Neqne putes tantum decns passnrum esse Tiberium erga Germanici imaginem: nam et ipsorum priucipum imagines in castris inter signa, non tamen signa aut vexilla erant, et apnd Vegetium distincti *imaginiferi;* nempe, qui ferrent imagines priucipum, a *signiferis*, qui nempe signa proprie militaria ferrent. Prælata illa imago Germanici, ut decus herois et Cæsaris, ut ornamentum, et ἄγαλμα, non ut *vexillum*.

[n] *Uti turmæ*] Ita accipio, ut in solenni illa transvectione equitum Germanici imago pro vexillo esset, quod sequerentur. Lib. VI. ' Quorum imagines pro vexillis secuti essent, duces imperatoresque diligerent.'

Aliud autem transvectio equitum, aliud recognitio, sive censio, sive probatio; et cave ea confundas. Transvectio a Q. Fabio Rulliano instituta, ut Livius l. IX. Valerius I. auctores sunt, ejusque formam, et quasi pompam graphice depinxit Dionysius l. VI.

Idibns Quintilibus sive Juliis fieri solitam Dionysius idem dixit, quia victoria ad lacum Regillum incidit in eum diem. Sed et ' Castorum ædes Idibns Quintilibus dedicata,' ait Livius l. II. quorum honori præcipue transvectio instituta.

At recognitio equitum, olim a Censoribus singulis lustris: postea ab Imperatoribus passim facta tempore non certo; idque non aliud fuit, quam censura quædam in equites, equosque publicos, et quasi examen. *Lipsius.*

Quod affert Lipsius ex Tacit. VI. falsum est; et ut falsum refertur ab ipso Tacito, unde non nisi falsum colligi potuit. Latum discrimen inter sequi *vexilla*, et sequi *pro vexillis:* neutro modo secuti equites imaginem Germanici.

Livia, nupta Druso duos virilis[1] sexus[o] simul enixa est: quod, rarum lætumque etiam modicis Penatibus, tanto gaudio Principem affecit, ut non temperaverit, quin jactaret apud Patres, 'nulli ante Romanorum ejusdem fastigii viro geminam stirpem editam:' nam cuncta, etiam fortuita, ad gloriam vertebat. Sed populo, tali in tempore, id quoque dolorem tulit;[p] tanquam auctus liberis Drusus domum Germanici magis urgeret.

85. Eodem anno gravibus Senatus decretis[q] libido fœminarum coërcita, cautumque, 'ne quæstum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus Eques Rom. fuisset.' Nam Vistilia,[r] prætoria familia genita, licentiam stupri[s] apud

mares uno partu edidit. Quod singulare gratumque etiam modicis familiis, tanta Cæsarem lætitia cumulavit, ut non contineret, quin gloriaretur apud senatum: nullum antea Romanorum ejusdem fortunæ virum gemellos filios suscepisse: *nam omnes etiam fortunæ casus ad decus flectebat. Sed ea inclinatione temporum, id etiam mœrorem plebis auxit, quasi numerosa Drusi proles familiam Germanici magis premeret.*

Eodem anno severis patrum consultis licentia mulierum cohibita, decretumque, ne meretriciam artem exerceret fœmina, quæ avum, aut patrem, aut conjugem Equitem Rom. ferret. *Quippe Vistilia, e prætoria stirpe orta, vulgati corporis*

1 In Ms. Flor. *viriles* Inde tentat Jac. Gronovius, *duos virile secus.* Non spernendum, si magis faveret Ms. codicis scriptura. Vide dicenda infra Annal. IV. 62. *Brotier.*

NOTÆ

[o] *Duos virilis sexus*] Disce ergo hinc, Tiberium illum Drusi filium, Tiberii nepotem, quem Caius sustulit, superfuisse ex his geminis: et ideo Gemellum cognominatum. Et sane numismata quædam hujus Drusi ærea extare aiunt, in quibus expressa gemellorum capita surgentia e copiæ cornu.

[p] *Dolorem tulit*] Cum tunc lætus esset princeps: certe populo longe diversus animorum habitus erat; quia enim, in id tempus partus Livillæ inciderat, quo adhuc recens luctus erat, ob Germanici mortem, non modo nullam tunc lætitiam excitavit, sed potius dolorem auxit.

[q] *Senatus decretis*] Quorum decretorum particula hæc apud Tertullianum, de pallio. 'Habes spectare quod Cæcina Severus graviter senatui impressit, matrona sine stola in publico. Denique Lentuli Augurris consultis, quæ ita sese exauctorasset, pro stupro erat pœna: quoniam quidem indices custodesque dignitatis habitus, ut lenocinii factitandi impedimenta sedulo quædam desuefecerant.'

[r] *Vistilia*] Cum probatam a Labeone Vistiliam uxorem, et quiescens matrimonium turbaret nemo, se ipsam Vistilia more meretricio, detulit. Moris enim fuit nomen apud Ædiles profiteri, non prostibulis, sed meretricibus, quæ honestioris loci et quæs-

Ædiles vulgaverat;[t] more inter veteres recepto, qui satis pœnarum adversum impudicas in ipsa professione flagitii credebant: exactum[1] et a Titidio[u] Labeone, Vistiliæ ma-

copiam seu facultatem apud Ædiles professa erat; pro more apud majores usitato, qui satis supplicii esse contra prostitutas in ipsa confessione probri sui rebantur. Efflagitatum etiam a Titidio Labeone Vistiliæ viro, cur in conjuge flagitii com-

1 In veteribus editionibus, *exacta*. Bene Vertranius et recentiores, *exac-*

NOTÆ

tus, copiam sui noctu tantummodo facerent.

Ceteris fœminis, si deesset accusator publicus, Ædiles ipsi probrosam fœminam ream agebant, ut ex Livio notum est, qui l. xxv. scribit: ‘ L. Villius Tappulus et M. Fundanius, Ædiles plebei, aliquot matronas apud populum probri accusarunt: quasdam ex eis damnatas, in exilium egerunt.’

Quod autem de se Vistilia professa est, eludendæ legitimæ accusationis, et evitandi adulterii pœnæ gratia fecit.

[s] *Licentiam stupri*] Vistiliæ, quæ ex prætoria stirpe, nullo majorum pudore, apud Ædiles petierat recipi se inter eas, quæ corpore quæstum facerent. Hunc enim morem introduxerant veteres, neque aliam huic impudicitiæ pœnam posuerant, arbitrati ipsa flagitii professione satis puniri hoc genus fœminas, quia deinceps cultu et ceteris matronarum honoribus spoliatæ, despectam infamemque vitam acturæ essent.

[t] *Apud Ædiles vulgaverat*] Apparet in stupra matronarum ordinis primi aut secundi, graviter semper animadversum, ad servandum publicum decus, non tam graviter in libertinarum, aut e plebe: quibus hæc militia venerea, moribus tantum non permissa: quod vel ex Horatio, Ovidio, aliisque liquere potest.

Sic et patet cuivis fœminæ licitum fuisse vulgare corpus, modo apud Ædiles id profiteretur. Cui professioni consequens, ut jure cederet, et dignitate matronali, etiam, ut opinor, ornamentis, censereturque inter togatas.

Quod facile astruo ex Suetonii verbis in Tiberio, cap. 35. ‘ Fœminæ famosæ, ut ad evitandas legum pœnas jure ac dignitate matronali exsolverentur, lenocinium profiteri cœperant: quas ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exilio affecit.’ Ut ergo ibi lenocinium profitebantur ad amittendum jus matronarum: sic hic stuprum, eadem fine. *Lips.*

[u] *Exactum et a Titidio*] *Exactum* pro quæsitum a marito, cur Vistiliæ uxori, delicti manifestæ, cui sine mora repudium mittere ex lege debuisset, missæ neque novis interdiceret nuptiis, neque se adulterii acturum denunciaret.

Labeo respondit, datos ad consultandum, sexaginta dies, non elapsos, intra quos jure mariti accusandi facultas erat: cui favet Paulianum illud, ‘ sexaginta dies a divortio numerantur: in diebus autem sexaginta et ipse sexagesimus est.’

Illud autem a Labeone quærebatur, ne legem proderet, qui passus uxorem delinquere ob negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem, extra legem

rito, ‘ cur in uxore delicti manifesta ultionem legis[v] omisisset?’ atque illo prætendente, ‘ sexaginta dies[w] ad consultandum datos, necdum præterisse,’[z] satis visum de Vistilia statuere : eaque in insulam Seriphon[x] abdita est. Actum et[y] de sacris Ægyptiis[z] Judaicisque pellendis : fac-

perta vindictam legis Juliæ neglexisset? *atque illo opponente* sexaginta dies ad deliberandum concessos, nondum elapsos esse, *placitum sufficere, si de Vistilia decerneretur: eaque in insulam Seriphon inclusa est. Etiam tractatum de reli-*

tum. Faërnus tentabat, *exacta ratio.* Brotier.—2 Veteres libri, *præteriisse;* et mox, *interiissent.* In recentioribus editionibus, *præterisse, interissent.* Brotier.

NOTÆ

positus fuisset, ut habet Ulpianus : sed quo casu manifesta Vistiliæ peccata essent, sine lata culpa excusare ignorantiam, vel adumbrare patientiam suam prætextu incredulitatis Titidius Labeo non posset. *Vert.*

[v] *Ultionem legis*] De pœna ab ipso marito inferenda omnes accipiunt. Ego propterea, quia *legis* diserte fit mentio, qua haud dubie Julia de adulteriis intelligitur, ad accusationem trahere malui : hæc enim lege Julia pertinebat ad maritum, ut ex reliquiis ejus per Jurisconsultos ad nos transmissis patet.

Ac ne quis *ultionis* vocabulo moveatur, sciat tam illi hoc tribui, qui accusando, quam qui decernendo efficit, ut reus puniatur ; ut III. 66. ‘ Videlicet Scipio et Cato talia ulciscebantur,’ &c.

Neque more veteri contrariam opinionem tueri licet ; quanquam enim viro permissa fuerit de uxore cognitio XIII. 32., tamen permissa fuit, non injuncta, nec ab eo necessitate legis exacta ; aut si omisisset, cuiquam ejus rei rationem reddere coactus est. *Freinsh.*

[w] *Sexaginta dies*] Crimen adulterii ex lege Julia publici judicii est. Expectantur autem sexaginta dies, quibus maritus in accusationem fertur : qui si interim neglexerit, adulteræ pater admittitur, hinc alii, Jurisconsultis auctoribus.

Maritus autem, qui matrimonium suum ita contemnit, ut adulteram uxorem non accuset, lege Julia tenetur Ulpiano. *Alciatus.*

Eustath. *περὶ χρονικῶν διαστημάτων· Ἄχρι ξ' ἡμερῶν συναπτῶν ἐκίνει ὁ ἀνὴρ δικαίῳ ἀνδρὸς κατὰ τῆς γυναικὸς τὸ μοίχικον*: id est, ut præferatur ceteris, et accuset sine inscriptione, l. Pater. D. ad legem Juliam de adult.

Potest tamen postea agere jure extranei l. VI. c. ad l. Jul. de adult. ubi contra quam Eustathius ait ; sexaginta illi dies a divortio utiles esse dicuntur. *Muretus.*

[x] *Seriphon*] Seriphus, Cycladum insularum una, in mari Ægæo ad occidentem : hodie *Serifos*, vel *Serphino*, in Archipelago, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[y] *Actum, &c.*] Non tunc primum. Nam et Agrippa præfectus urbi ab Augusto, sacra Ægyptia repressit, edicto, ne quis ea intra quingentos ab urbe passus exerceret. Id accidit anno DCCXXXIV. ut habes apud Dionem LIV.

Sed de hoc Tiberiano edicto capi-

tumque Patrum consultum, ‘ ut quatuor millia[a] libertini generis,[b] ea superstitione[c] infecta, quis idonea ætas, in insu-

gionibus Ægyptiis et Judaicis ejiciendis, et decrevit senatus, ut quatuor millia libertinorum hominum, ea impietate contaminata, quibus ætas habilis, in in-

NOTÆ

endus Seneca epist. 109. ‘ his instinctus abstinere animalibus cœpi: et anno peracto, non tantum facilis mihi erat consuetudo, sed dulcis. Quæris quomodo desierim? In Tiberii Cæsaris principatum juventæ tempus inciderat: alienigena tum sacra movebantur; et inter argumenta superstitionis ponebatur animalium quorundam abstinentia.’

Apparetque eum intelligere etiam Judæorum sacra, qui abstinuerunt animalibus quibusdam, ut sue. Quanquam et Romani postea diebus religiosis abstinere carne cœperint, Ægyptio ritu. Spartianus in Juliano: ‘ Sæpe autem, nulla existente religione, oleribus, leguminibusque contentus, sine carne cœnavit.’

[z] *De sacris Ægyptiis*] Sueton. Tib. 36. Similiter multis ante annis Ægyptios Deos, ‘ Capitolio prohibitos inferri, id est, curia Deorum pulsos, Piso et Gabinius Coss. non utique Christiani, eversis etiam aris eorum, abdicaverant, turpium et otiosarum superstitionum vitia cohibentes.’

[a] *Quatuor millia*] Josephus l. XVIII. id deplorat, et ostendit in eo numero solos Judæos fuisse, cui subscribit Suetonius: ‘ Judæorum juventutem, per speciem sacramenti, in provincias gravioris cœli distribuit.’ Hnic calamitati occasionem causamque præbuisse stupra quædam, et fraudes tectas nomine religionis, non injucunde Josephus idem describit in historia Paullinæ et Mundi; quem, si animus fert, vide, l. XVIII. 7.

Mirum est de talibus stupris siluisse Tacitum, qui unicam affert causam, cur ejecti urbe Judæi sint; nempe illorum superstitionem, quæ tum invalescebat Romæ: nec aliam causam quæras, aut credas, præter illam, quæ publica fuit. Stuprum unius aut alterius matronæ, totius gentis exilium aut exitium non invexisset. Aliter Judæi credi voluere.

[b] *Libertini generis*] Decrevit senatus, ut ex libertinorum corpore quatuor millia iis ritibus fœdata, quibus apta militiæ ætas esset, in Sardiniam avehereutur; id præcipue ex usu Reipub. futurum videbatur: nam per eos non minus quam per milites, latrocinia quæ ibi passim exercebantur, compesci posse; et si ob aëris intemperiem morerentur, vilium exosorumque capitum haud gravem jacturam fore.

[c] *Ea superstitione*] Superstitionem Ægyptiam, et Judaicam nemo hic dubitet cultum Deorum, sectamque Ægyptiorum ac Judaicorum significare. Inf. hist. l. v. ‘ Rex Antiochus demere superstitionem et mores Græcorum dare annixus.’ Quamobrem arbitror Ulpianum in tit. de Decurionib. sensisse Judæos non prohiberi esse decuriones: neque eam rem pertinere ad Christianos.

Quidam putant hic intelligi *Christianos*, testimonio ejusdem Cornelii, qui l. XV. vocat ‘ execrabilem superstitionem;’ Plinii ad Trajanum, qui ‘ superstitionem pravam, immodicamque;’ et Suetonii, qui ‘ novam, ac maleficam,’ appellant Christianam religionem.

Sed per *superstitionem* certe intelligenda *secta Judaica*, nihil aliud, hoc

lam Sardiniam[d] veherentur,'[3] coërcendis illic latrociniis, et, si ob gravitatem cœli[e] interissent, vile[4] damnum: 'ceteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent.'

86. Post quæ retulit Cæsar, 'capiendam virginem[f] in locum Occiæ,' quæ septem et quinquaginta[g] per annos, summa sanctimonia, Vestalibus sacris præsederat: egitque grates Fonteio Agrippæ et Domitio Pollioni, 'quod, offerendo filias, de officio in Rempubl. certarent.' Prælata est Pollionis filia, non ob aliud, quam quod mater ejus[h] in

sulam Sardiniam transferrentur, *comprimendis illic latronum incursionibus, et si propter inclementiam aëris periissent, vilem jacturam fore.* Alii abirent Italia, nisi intra certum tempus profanas cærimonias omisissent.

Postea proposuit Tiberius, eligendam Vestalem in locum Occiæ, *quæ per septem et quinquaginta annos maxima castimonia Vestalibus cærimoniis præfuerat, et gratiam retulit Fonteio Agrippæ, et Domitio Pallioni*, quod offerendo filias suas, de honore et obsequio in Remp. contenderent. *Anteposita est filia Pollionis*,

3 Malim *deveherentur*. Ibid.—4 Freinshemius incassum tentat, *utile damnum*. Cf. Ruhnken. ad Vell. Paterc. II. 46. 14. *Brotier.*

NOTÆ

loco. Quintil. l. III. 'Qualis est primus Judaicæ superstitionis auctor.' Et Christiani tum nulli erant, quod nomen Antiochiæ cœpit; etiam Christus nondum prædicaverat. Tiberius Christum non oderat, immo Deum faciebat, si volnisset senatus.

[d] *Sardiniam*] Sardinia, insula Italiæ in mari Mediterraneo; hodie Sardegna Italis, et Sardaigne Francis, paret Regi Catholico. *Tillemon.*

[e] *Ob gravitatem cœli*] Sardiniam, Florus, et Scriptor de viris illustribus in Gracchis, 'pestilentem' vocant. Silius, 'tristem cœlo.' Cicero, 'Tigellium Sardum patria sua pestilentiorem;' Martialis, 'in medio Tibure Sardinia est.'

[f] *Capiendam virginem*] Formula hæc erat: 'Sacerdotem Vestalem, quæ sacra faciat, quæ jus siet Sacerdotem Vestalem facere pro populo Rom. Quiritibus, uti quæ optima lege fuat, ita te, Amata, capio.'

[g] *Quæ septem et quinquaginta*] At lex definiebat ministerio virginum tantum annos triginta: spontanea igitur mansio illa Occiæ.

[h] *Quod mater ejus*] Prælata est Pollionis filia, non ob aliam causam, quam quia mater ejus adhuc agebat in suo conjugio, et cum Pollione concorditer vivebat; contra Fonteiæ mater a viro suo repudiata fuerat. *Freinsh.*

Non hoc præcise Tacitus: dissidium illud potuit oriri non ex marito tantum, aut uxoris culpa, sed ex utroque conjuge; et maritus potuit etiam repudiari ab uxore, et repudii libellum viro mittebat etiam fœmina per libertos suos. De repudiato sæpius viro agit Seneca tanquam de ignominioso, vili, et contemto homine.

eodem conjugio manebat:[i] nam Agrippa discidio[1] domum imminuerat. Et Cæsar, quamvis posthabitam, decies sestertii[2] dote[j] solatus est.

87. ‘ Sævitiam annonæ’ incusante plebe, statuit frumento pretium, quod emtor penderet, ‘ binosque nummos[k] se ad-

non aliam ob causam, *quam, quia mater illius in eodem matrimonio perseverabat: quippe Agrippa divortio familiæ decus læserat. Et Tiberius postpositam decies tamen sestertii liberalitate, dotis causa, sublevavit.*

Increpante populo rei frumentariæ difficultatem, *præscripsit tritico valorem, quem emtor solveret, et* se adjecturum dixit duos nummos mercatoribus in

---

1 Ita Ms. Flor. et libri omnes veteres et recentiores. In intermediis, *dissidio.* At viris eruditis et Mss. codicum peritis merito observatum, *dissidio* de animorum dissensione, *discidium* de corporum disjunctione usurpari. *Brotier.* Scripsi *discidio,* cum ante hic legeretur *dissidio,* secutus observationem illorum qui notarunt *dissidium* proprie dissensum esse animorum, a *dissidendo; discidium* separationem sive distractionem corporum conjunctorum, a *discindendo.* Quamvis enim in divortio plerumque etiam interveniat animorum dissensus, tamen quoniam corporum separatio magis in illo conspicua est *discidium* pro divortio dici cœptum. Mirifice autem hæ duæ voces confusæ apud auctores, etiam nostrum hic et III. 34. XI. 30. XIV. 1. quibus locis genuinam vocem reposui. *Ryckius.*—2 Male emendat Ursinus, *decies sestertium.* Brotier.

NOTÆ

[i] *In eodem conjugio manebat*] Id est, univira esset: cujus rei honos, Tertullianus: ‘ Monogamia apud Ethnicos in summo honore est: ut et virginibus nubentibus univira pronuba adhibeatur, et sic auspicii initium est. Item in quibusdam solennibus, et auspiciis, ut prior sit univiræ locus. Certe Flaminia non nisi univira est.’

In eodem conjugio manebat] Tertullianus in exhort. ad castitatem. Catullus: ‘ Vos bonæ senibus viris Cognitæ bene fœminæ Collocate puellulam.’

Non ait Tacitus univiram fuisse, sed non divortisse a marito: sequitur enim; ‘ nam Agrippa divortio domum imminuerat:’ neque divortium tamen matris impediret, nam patrima matrima capi debet: sed præfertur cui mater concors cum viro.

[j] *Decies sestertii dote*] Numerus hic in dote, quod observavimus inter honestiores quasi legitimus et solennis; notatque diserte Juvenalis: ‘ Et ritu decies centena dabuntur Antiquo.’ Et Seneca: ‘ Beatioresne istos putas, quorum Patomimæ decies sestertio nubunt, quam Scipionem, cujus liberi a senatu in dotem æs grave acceperunt?’

Decies sestertii] Sunt viginti quinque millia coronatorum, seu septuaginta quinque millia librarum.

[k] *Binosque nummos*] Ne tamen negotiatores damnum sentirent, pollicitus est, se ipsis ultra pecuniam, quam emtor solveret, in singulos modios binos nummos adjecturum.

Itaque duo præstitit Cæsar grata et utilia in plebem: nempe quia certum et justum pretium frumento statuit, et quia de suo addidit binos nummos in quemque modium tritici: *bini nummi* sunt tres asses nostro more Gallico.

diturum negotiatoribus in singulos modios.' Neque tamen ob ea *Parentis Patriæ*, delatum et antea, vocabulum assumsit, acerbeque increpuit eos, qui[l] *Divinas occupationes*, ipsumque *Dominum*[m] dixerant: unde angusta[n] et lubrica oratio sub Principe, qui libertatem metuebat, adulationem oderat.

88. Reperio apud scriptores Senatoresque[r] eorundem temporum,[o] Adgandestrii, Principis Cattorum, lectas in Se-

quemlibet modium. *Neque tamen propterea* patris patriæ *nomen sibi prius etiam oblatum accepit, et acriter invectus est in illos, qui* divinas occupationes *illius, ipsumque* dominum *appellaverant. Quare anceps et difficilis loquendi modus sub principe, qui libertatem formidabat, et assentationem spernebat.*

Invenio apud auctores, Patresque ejusdem ævi, epistolas Adgandestrii principis

1 Lipsius et quidam alii mallent, *senioresque*. Freinshemius aliique plurimi vulgatam scripturam merito tuentur. Id enim reperit Tacitus apud scrip-

NOTÆ

[l] *Acerbeque increpuit eos, qui, &c.*] Suet. in Tib. 27. ' Alium dicentem sacras ejus occupationes; et rursum alium, auctore eo senatum se adisse: verba mutare, et pro auctore, suasorem; pro sacris, laboriosas dicere coëgit.'

Quod tantum abest, ut inferioris ævi principes prohibuerint, ut potius sua omnia sacris, divinis, cœlestibusque appellationibus vocitarint: nempe, sermones, jussa, literas, responsa, oracula, præcepta, et similia, quod passim in libris Jurisconsultorum, et apud illius ævi scriptores videre licet.

[m] *Ipsumque dominum*] Rectissime; facta tantum respondissent dictis. Nam *domini* vox proprie, non nisi in *servos*, aut etiam *conjunctos*. Lipsius.

Qui ipsum dominum dixerant] Tametsi appellatio hæc priscis temporibus, uti nimis superba, principibus non adderetur, suadente tamen fœda adulatione, tandem quoque recepta, mox etiam in privatos transiit.

Notum est illud Martialis: ' Edictum domini Dei nostri;' de Domit. et Plinii in epist. ad Trajanum, vocem hanc identidem ingerentis. Sed et Seneca ad Lucilium; ' quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus.' Quantum patet ex paneg. Trajani, nomen *domini* publice fuit infestum. At contra, nomen *Principis* gratum acceptumque in vulgus, et proceres, quasi *Patris*.

[n] *Unde angusta*] Ita effectum est, ut arctis periculosisque limitibus includeretur sermo eorum, quibus loquendum erat cum principe, qui fere contrariis animi affectibus, et libertatem metuebat, et adulationem oderat.

[o] *Reperio apud scriptores Senatoresque eorundem temporum*] Senatores, qui res sui temporis composuere, quorum ferax illud sæculum, et quorum unus post illa C. Plinius, de quo l. 1. Ann. Nondum enim in desuetudinem abierat mos ille, quo solum dignissimi historias tractabant. Suet. de clar. Rhet. ' Primus omnium libertinorum, scribere historiam orsus,

natu literas, quibus ‘mortem Arminii’ promittebat, ‘si patrandæ neci venenum mitteretur:’ responsum[2] esse, ‘non fraude, neque occultis, sed palam et armatum Populum Romanum hostes suos ulcisci:’ qua gloria æquabat se[p]

Cattorum recitatas in Curia, quibus necem Arminii *pollicebatur*, si mitteretur ei virus perpetrando facinori; *et rescriptum est*, non dolo, nec insidiis, sed aperto Marte populum Rom. inimicos vindicare. *Quo decore comparabat se*

---

tores, et in diariis senatorum illius temporis. *Brotier.*—2 *Responsumque*

NOTÆ

non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam ad id tempus.’

Cum laudat *seniores*, addit, vel, ‘memini audire me ex senioribus;’ vel, ‘audita, scriptaque senioribus tradam:’ at hic, inquit, ‘reperisse;’ in libris videlicet horum quidem ἀνεκδότοις, illorum vero luce publica donatis.

Nempe senatores fere commentaria conficiebant eorum, quæ dicerent, quæ audirent in Curia: ea manebant in familia, et ostendebantur nonnunquam a posteris: utpote e quibus æque atque ex actis publicis privatisque concinnari posset legitima historia. *Gruterus.*

Si enim vult Tacitus dicere, audisse se hæc ex senioribus, obsecro an utatur tum ea loquendi ratione, ‘reperio apud seniores?’ Potius, *comperio ex senioribus* dixit.

Scriptores, senatoresque] Non displiceat, *senioresque:* primum, quia sæpe advocat noster testes ejus ævi, qui fuissent in re præsenti, ut l. III. ‘Memini audire me ex senioribus, visum inter manus Pisonis libellum,’ et lib. II. ‘Verum audita, scriptaque senioribus tradam.’ Deinde, quia peccatum et alias in ea voce; ut lib. XIII. ‘Sed impetum ejus, multum prius laudata magnitudine animi, attinuere senatores, dissolutionem imperii docendo,’ &c.: ubi certe scribo, *seniores:* ut dicam in loco.

Possit tamen aliquis defendere hic *senatores:* quia res quasi arcano acta in senatu; sed viderit lector. A priori sententia nobilissimus Janus Donza noster est: de quo plura dicere jubet, et prohibet me amor. Tollam manum, et in tam boni nominis memoria paulisper conquiescam. *Lipsius.*

Lectionem Donzæ Lipsioque probatam non audeam comparare priori: non ob eam modo rationem, quia rem in senatu actam, maxime senatorum testimoniis confirmari consentaneum est; sed propter adjecta verba ‘eorum temporum;’ quæ non videbatur additurus, si *seniores* præmisisset. *Freinsh.*

Bene *senatores*, qui conficiebant privatim acta senatus, et commentaria, veluti domestica, quibus filios instituerent: forte publicum aliquando spectabant.

Senatoresque] Apud quosdam scriptores, qui cum ea gererentur, senatores fuerant, reperio, &c.

[p] *Gloria æquabat se*] Æmulabatur Tiberius gloriam antiquorum populi Rom. ducum, qui medici cujusdam promissa, qui se Pyrrho hosti eorum acerrimo, in gratiam Romanorum venenum daturum obtulerat, non acceperant, verum etiam regi detexerant.

Tiberius priscis Imperatoribus, qui venenum in Pyrrhum regem vetuerant, prodiderantque. Ceterum Arminius, abscedentibus Romanis et pulso Maroboduo, regnum affectans, libertatem popularium adversam habuit, petitusque armis, cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit: liberator haud dubie Germaniæ, et qui non primordia Populi Rom. sicut alii Reges Ducesque, sed florentissimum imperium lacessierit: prœliis ambiguus,[q] bello non victus.[r] Septem et triginta annos vitæ, duodecim potentiæ explevit caniturque[s] adhuc barbaras apud gentes; Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur: Romanis haud perinde celebris,[3] dum vetera extollimus, recentium incuriosi.

Tiberius antiquis ducibus Romanis, qui veneficium in Pyrrhum regem prohibuerant, aperuerantque. Ceterum Arminius discessu Romanorum et deturbato Maroboduo, regnum usurpans, libertatem Germanorum suorum *contrariam expertus est, oppugnatusque bello, cum ancipiti Marte dimicaret, insidiis proximorum occubuit: dubio procul Germaniæ vindex et assertor: et qui non initia vel incunabula populi Romani, velut alii reges et duces, sed potentissimum imperium oppugnarit: certaminibus anceps et varius, bello nequaquam profligatus. Septem et triginta annos vixit, duodecim opibus atque auctoritate floruit, celebraturque etiam nunc apud exteras istas nationes; Græcorum historiis incognitus, qui sua tantum suspiciunt: Romanis haud satis inclytus, dum prisca laudamus, nostri ævi fastidientes.*

Ryckius, Brotier, et Homerus habent.—3 Optimi Latinæ linguæ scriptores, *celeber*, pro masculino genere usurpant. At cum infra Annal. XIII. 47. XIV. 19. adhuc occurrat, 'celebris;' et auctor ad Herennium, II. 4. dixerit quoque, 'celebris, an desertus?' nihil mutandum merito pronuntiat Ernestus, licet ipse conjiciat, *celebratus*. Brotier.

NOTÆ

[q] *Prœliis ambiguus, bello non victus*] Lucilius: 'Ut populus Romanus victus vi, et superatus prœliis sæpe est multis; bello vero nunquam, in quo sunt omnia.'

[r] *Bello non victus*] Florentissimæ robustissimæque potentiæ Romanorum ita se opposuit Arminius, ut alio atque alio tot prœliorum eventu, quantum ad summam belli pertinet, invictus manserit.

[s] *Canitur*] Quidam vertunt, clarus est: exactius alii, qui *canendi* verbum proprio significatu accipiunt. Notus enim hic Germanorum mos ex Taciti German. III.

Caniturque adhuc] Celebraturque adhuc carminibus popularibus, patriisque, quæ una historiæ species apud Germanos est.

C. CORNELII TACITI

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER TERTIUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Agrippina, cum urna ferali, magno planctu passim excipitur. 2. Funerum solennia. Primores urbis obvii. 3. Tiberius, Augusta, et Antonia publico abstinent. 4. Mœror publicus. 5. Tiberius, parcus visus in honorando funere, 6. excusat se et populum erigit. 7. Justitium omissum. Drusus ad Illyricos exercitus abit; 8. Piso ad Drusum, 9. inde Romam alacri animo. 10. Mox accusatur. Princeps causam ad Senatum remittit. 11. Patroni reo quæsiti. 12. Tiberii oratio ad Patres. 13. Accusatorum criminationem 14. reus male diluit. In eum judices haud proni; populus offensissimus. 15. Plancina causam suam dissociat. Pisonis mors, 16. dubium an jussu, et ad Tiberium codicilli. 17. Piso filius absolvitur. Plancina Augustæ precibus condonatur. Sententias in Pisonem 18. Princeps mitigat. Adulatio imprudens. 19. Drusus ovat. Vipsania moritur. 20. Tacfarinas bellum in Africa renovat. 21. Id Apronii severitate opprimitur. 22. Lepida, suppositi partus, adulterii, veneficii accusata, 23. Tiberio perplexe agente, damnatur. 24. Silanus exilii veniam impetrat. 25. Lex Papia Poppæa. Delatores. 26. Excursus

de legibus, quæ initio paucæ et simplices, paullatim primo, 27. dein immensum auctæ. 28. earum correctio tentata. 29. Nero Germanici, ad honores promotus; Juliam ducit, Drusi filiam. 30. Volusii et Sallustii mors et elogium. Aulæ potentia infida.

31. Tiberius et Drusus Coss. Irreverentia juventutis notata. Viarum cura. 32. Tacfarinas turbat iterum. Lepidus Asiæ Proconsul. 33. Uxores a provinciis arcet Cæcina; 34. ei repugnat Val. Messalinus, astipulante Druso. 35. Blæsus Proconsul Africæ. 36. Abusus imaginum Principalium 37. repressus a Druso. 38. Accusati repetundarum, majestatis. Thraciæ motum 39. Velleius comprimit. 40. Gallia ducibus Floro et Sacroviro rebellat. 41. Andecavos coërcet Aviola; Turonios opprimit. 42. Florus sua manu cadit. Finis Treverici tumultus. 43. Æduos turbat Sacrovir; 44. Romam percellit, non Tiberium. 45. Silius 46. Gallos fundit, crupellarios cædit. Sacrovir sibi manum infert. 47. Tiberius simulat iter in Gallias. 48. Quirini mors honestata. 49. Lutorius accusatus 50. defenditur a Lepido, 51. necatur in carcere. SC. de differenda pœna.

52. Ædiles de luxu coërcendo agunt. Senatus rem remittit ad Principem. 53. 54. Hic medicinam a tempore sperandam pronuntiat. 55. Paulatim sponte mutati mores. 56. Tribunicia potestas petita Druso et 57. impetrata cum adulatione Patrum. 58. Flamen dialis ambit provinciam. 59. Alii obsistunt. Drusus superbia notatur. 60—63. Imago libertatis. Asyla Græcarum civitatum Senatus examinat et modum præscribit. 64. Augustæ morbus. Tiberii in matrem non sincerus amor. 65. Tempora fœda adulatione infecta. 66. C. Silanus, repetundarum et majestatis postulatus 67. a multis urgetur et a Principe ipso et 68. damnatur. Dolabellæ adulationem 69. reprimit Tiberius et sententias mitigat. 70. Cordus, Ennius, Capito rei. 71. Equestris Fortuna. Jus Flaminium. 72. Basilica Paulli. Pompeii theatrum. 73. Tacfarinatis petitio impudens. 74. Blæsus eum aggreditur, fratrem ejus capit; nec bellum con-

ficit. 75. Mors Salonini, Capitonis, 76. Juniæ, cujus solenne funus. Hæc triennio gesta.

M. VALERIO ET M. AURELIO COSS.

TIBERIO IMP. IV. ET DRUSO NERONE II. COSS.

C. SULPICIO ET D. HATERIO COSS.

NIHIL intermissa[a] navigatione hyberni maris, Agrippina Corcyram[b] insulam advehitur, littora Calabriæ[c] contra sitam. Illic paucos dies componendo animo[d] insumit, violenta luctu,[e] et nescia tolerandi. Interim, adventu ejus audito,

Nequaquam interrupta navigatione, licet sæviente, ut per hyemem pelago, Agrippina appellit Corcyram insulam, positam e regione littorum Calabriæ; illic moratur per aliquot dies sedando animo, atrox dolore, et indocilis pati. Interea nuntiato

NOTÆ

[a] *Nihil intermissa*] Quanquam aspera hyems erat, qua tempestate *maria claudi* dicuntur, omnisque navigatio intermitti solet. Mirificc autem exprimit ardorem animi, quo tunc ferebatur Agrippina, quæ tantum iter, nunquam intermissa navigatione, confecerit: cum tamen diuturna navigatio etiam robustissimos viros, ncdum fœminas conturbare soleat. Homer. Od. Θ. 138.

Quod si omnis navigatio molesta, et difficilis, tanto magis hyberna: nam æstiva quidcm minus habet incommodi: jocaturque Cicero, dum quodam loco ad Atticum scribit, 'magnum esse ncgotium navigare' de mense Sextili.

Ergo ex die tertio Idus Novembris, usque in diem sextum Idus Martii, *maria clausa* esse dicebant: ut est apud Vegetium l. IV. quod tempus etiam coarctatum est ab imperatoribus, qui a Calendis Aprilis ad Calendas Octobris tempestatem ad navigandum idoneam csse definierunt. L. quoties Cod. de naufrag.

[b] *Corcyram*] Insula est prope Epirum provinciam Græciæ, in mari Ionio: hodie Corfu, ad oram præfecturæ Romeliæ in Turcico imperio Europæo, sed tamen paret Reipublicæ Venetæ. *Tillemonius.*

[c] *Calabriæ*] Calabri populi Messapiæ provinciæ in Italia, ad mare Adriaticum: hodic pars Septentrionalis terræ Otranto, in regno Neapolitauo; paret regi Catholico. *Tillemon.*

[d] *Componendo animo*] Non reficiendo corpori, uon deponendæ lassitudini, sed componendo, ac mulcendo, et compescendo *animo*, qui totus turgebat.

[e] *Violenta luctu*] Sic libro superiore: 'Omnium quæ ultionem morarentur intolerans.' Cum autem suopte ingenio excelsi erat, et elati mulier animi, tum luctus et doloris acerbitas eam violentiorem, et contumaciorem reddebant. Eleganter dictum 'nescia tolerandi,' Horat. 'Pelidæque animum cedere nescii;' idem: 'indoctæque jugum ferre Britanniæ:' alibi: 'indocilis pauperiem pati.'

intimus quisque amicorum, et plerique militares, ut quique[1] sub Germanico stipendia fecerant, multique etiam ignoti vicinis e municipiis, pars officium in Principem rati,[f] plures illos secuti, ruere ad oppidum Brundisium; quod naviganti celerrimum fidissimumque[2] appulsu erat.[g] Atque, ubi primum ex alto visa classis, complentur non modo portus et proxima maris,[3] sed mœnia ac tecta, quaque longissime prospectari poterat, mœrentium turba et rogitantium inter se, ' silentione, an voce[h] aliqua egredientem exciperent?' neque satis constabat, quid pro tempore foret; cum classis paulatim successit, non alacri,[i] ut[4] assolet, remigio, sed

ejus adventu familiarissimus quisque amicorum, et maxima ex parte militares, ut quisque sub Germanico meruerant, plurimi etiam incogniti e propinquis oppidis, pars honorem in Cæsarem arbitrati, multi illos comitati, concurrere ad oppidum Brundisium, quæ appellenti promtissima et tutissima statio *erat. Et statim atque ex sublimi conspectæ naves, non solum portus implentur, et vicina æquoris; sed muri, atque ædes, et qua longissime visus pertingere posset,* videres *flentium agmen, ac rogantium se invicem,* an silentio, an sermone aliquo exeuntem e navi susciperent, salutarentque? *neque satis certum erat quid accommodatum tempori foret; cum naves sensim advectæ sunt, non læto, ut mos est, nautarum ministerio, sed om-*

---

1 Ita libri omnes veteres et recentiores. Perperam J. F. Gronovius et Ryckius, *quisque*, emendant. *Brotier.*—2 Sic libri veteres et recentiores. In paucis editionibus, *fidelissimum*, operarum vitio, irrepsit. *Idem.*—3 Muretus et Freinshemius mallent, *mari*. Nihil mutaverim. Livius enim, 1. 30. *proximi Etruscorum Veientes.* Velleius, II. 114. *M. Lepidus, vir nominis ac fortunæ eorum proximus.* Brotier. Putem cum Mureto et Freinshemio *mari* ab auctore scriptum. *Ryckius.*—4 Ita libri omnes. Unus Cl. Lallemand edidit, *nec.* Brotier.

NOTÆ

[f] *Pars officium in Principem rati*] Cum putarent quidam se ea re gratiam a Tiberio inituros: eorum autem exemplum multitudo sequeretur. Sic Virgil.: ' pars in frusta secant.'

[g] *Celerrimum fidissimumque appulsu erat*] *Celerrimum*, quia ex Græcia et Asia Romam petentibus rectus est Brundisium cursus: *fidissimum* autem, propter pulcherrimum et tutissimum portum, quem Florus ' inclytum' vocat; et de quo olim Ennius: ' Brundisium pulchro præcinctum præpete portu.'

[h] *Silentione, an voce*] Quorum utrum libet magni doloris significationem habet. Magnus enim dolor interdum clamores exprimit, interdum eos, tanquam præclusis faucibus, comprimit. *Muretus.*

Doloris magnitudo ex silentio arguitur magis, quam ex sermone. Seneca: ' Curæ leves loquuntur, ingentes stupent:' sermone illam venerari et consolari debuerunt ex officio salutantes, et qui penitus mœrerent, silere debuerunt: profundior altiorque mœstitia ex silentio apparebat.

[i] *Non alacri*] Paulatim appropinquavit classis littori, non ut finito

cunctis ad tristitiam compositis. Postquam duobus cum liberis,[j] feralem urnam tenens, egressa navi, defixit oculos,[k] idem omnium gemitus: neque discerneres, proximos, alienos, virorum fœminarumve planctus: nisi quod comitatum Agrippinæ, longo mœrore fessum, obvii et recentes in[5] dolore anteibant.

2. Miserat duas prætorias cohortes[l] Cæsar, addito, ‘ ut

nibus ad mœstitiam conversis. Ubi ipsu exiit triremi cum duobus infantibus lugubrem urnam munu gestans, firmavitque obtutum, idem cunctorum planctus, neque dignosceres propinquos, extraneos, aut virorum, mulierumve ejulatus: nisi quod occurrentes modo *novi in mœrore superabant agmen Agrippinæ* jam *diuturna mœstitia lassum et exhaustum.*

Miserat Tiberius duas cohortes prætorianas, adjuncto, ut duumviri Calabriæ,

5 Cl. Bongarsius, *et* ineptum, *in* forte subditititium existimabat. Mihi non displicet vulgata scriptura. Dictum tamen Annal. I. 41. *recens dolore et ira.* Brotier.

NOTÆ

prospere cursu, solet, alacri remorum pulsu, sed omnibus rebus ad tristitiam compositis. *Freinsh.* De cunctis rebus in tristitiam flexis intelligi possit, sed præcipue de remigibus, et de toto comitatu virorum, fœminarumque.

[j] *Duobus cum liberis*] Certum est Caligulam fuisse in oriente cum patre Germanico, teste Suet. At de Druso non item; et probabilius est intelligi hic Cainm et Juliam, quam suscepit Germanicus in oriente. At Neronem Drusumque filios ipsius mansisse Romæ, et hoc unum ex arcanis dominantium, ut filios legatorum Romæ retinerent, veluti carissima pignora, et velut arrhas fidei.

[k] *Defixit oculos*] In turbam scilicet astantem et mœrentem, vel potius ita omnium oculos in se convertit, ut nemo usquam alio intueretur. *Muretus.*

Agrippina *defixit oculos* suos in circumstantes, salutantesque simul, et defixit oculos illorum: sed de hoc ultimo præcise non agit Tacitus.

Defixisset] Vertit interpres Gall. cum in terram oculos defixos haberet, quasi præ mœrore. Sensus est: cum obtutum firmasset: nam neque prius illam salutavere verbis, et meditatis orationibus magistratus, et alii obviam venientes, quam ipsa collegisset animos, vultum composuisset et defixisset oculos in circumstantem multitudinem. Tacitus de Vespasiano l. II. hist. 80. cum Imperator salutatus est, ‘ ut primum tantæ multitudinis offusam oculis caliginem disjecit, militariter locutus est.’ Itaque quod Vespasianus præ pudore et confusione tanti splendoris demittebat oculos, nec satis sui compos statim fuit, et tandem tamen offusam ex eo fastigio et splendore caliginem discussit, aspexitque legiones, et locutus est; ita et Agrippina præ mœrore non satis sui compos, sed mox tandem defixit oculos.

[l] *Miserat duas prætorias cohortes*] Poëta de isto more, ita in funere Pallantis: ‘ Toto lectos ex agmine mittit Mille viros, qui supremum comitentur honorem, Intersintque patris lacrymis.’

magistratus Calabriæ[m] Apulique[n] et Campani[o] suprema erga memoriam filii sui munera fungerentur.' Igitur Tribunorum, Centurionumque humeris cineres portabantur:[p] præcedebant incomta signa,[q] versi fasces: atque, ubi colonias transgrederentur, atrata plebes, trabeati Equites,[r] pro opibus loci,

Apulique, et Campani, novissima in honorem filii sui officia exhiberent. *Igitur reliquiæ* Germanici *ferebantur scapulis tribunorum, centurionumque: præibant squalida et inornata vexilla, inversæ secures: et cum per municipia transirent, lugubri veste populus, trabeati equites, pro facultatibus oppidi, vestimenta, aromata,*

NOTÆ

[m] *Magistratus Calabriæ*] Municipales duumviri, quinqueviri, et similes.

[n] *Apulique*] Apulia, provincia Italiæ ad mare Adriaticum, hodie Terra di Bari, et Capitanata fere integra; utraque in regione Puglia, seu la Pouille; necnon provincia, principato Ultrà, parsque septentrionalis Basilicatæ provinciæ, omnes in regno Neapolitano; parent regi Catholico. Ex Tabul. et chartis Sansonis. *Tillemonius.*

[o] *Campani*] Campania provincia Italiæ ad mare Tyrrhenum: hodie partes fere dimidiæ provinciarum, Terra di Lavoro, seu Terræ Laboris, et principato Citra, vel principatus Citerioris, in regno Neapolitano sub rege Catholico. *Tillemonius.*

[p] *Cineres portabantur*] Igitur ordo agminis, seu pompæ, ille fuit: urna in qua reliquiæ ferales erant, humeris tribunorum, centurionumque portabantur: præferebautur signa militaria, non, ut solet, ornata et fulgentia, sed incomta; simul fasces insigne imperii quod obtinuerat Germanicus, inversi ferebautur, &c.

[q] *Incomta signa*] In dolore, quia omnia fieri præter morem amant: etiam lictores *fasces* præferebant *inversos.* Pedo in Eleg. ad Liviam: 'Quos primum vidi fasces, in funere vidi; Et vidi versos, indiciumque mali.' Statius Thebaidos VI. 'versis ducunt insignibus ipsi Grajugenæ reges.' Nec fasces solum suos lictores, sed milites invertebant etiam scuta et arma: Virgilius: 'et versis Arcades armis:' manentque in militia nostra hodie vestigia ejus ritus.

Adde versionem hanc armorum, notam fuisse etiam transfugii et defectionis. Ammianus l. XXVI. 'Eumque secuti complures, jam gladios quatientes et pila, ad Imperatorem transeunt, cum vexillis scuta perversa gestantes: quod defectionis signum est apertissimum.'

Sed quare hic, aut unde fasces? neque enim populi Romani magistratus affuisse video. Respondeo signa quidem prætorianorum fuisse: at fasces ipsius Germanici defuncti, qui cineribus præferebantur insignia nuper potestatis.

Addo, quod designatores lictores suos habere soliti, qui funeris ordinem, et solennia curabant.

Præcedebant incomta signa] Ut Dracones, Aquilæ, et similia, non nitida, et prætersa, et fulgentia, corollis laureis ornata, unguentis delibuta, sed *incomta*, et squallentia. *Versi* ad terram *fasces.* Auctor de morte Drusi. Virg. Nonnunquam eos frangebant. 'Consul init fractis mœrentem fascibus urbem.' *Signa* proprie accipienda sunt, pro insignibus cohortium, ut supra I. 24. 'Legiones insignibus fulgentes:' Et *fasces* intelliguntur, qui Germanico præferri consueverant. *Freinsh.*

[r] *Trabeati equites*] Trabea quid ad

vestem,[s] odores,[t] aliaque funerum solennia,[u] cremabant: etiam quorum diversa oppida, tamen obvii, et victimas atque aras Diis Manibus[v] statuentes, lacrymis et conclamationibus dolorem testabantur. Drusus Tarracinam[1 w] progressus est, cum Claudio fratre liberisque Germanici,[x] qui in urbe fuerant. Consules, M. Valerius et C.[2] Aurelius

ceteraque in exequiis usurpari solita adolebant; etiam quorum deviæ civitates, nihilominus occurrentes, hostiasque admoventes, *atque altaria Diis inferis exstruentes, fletibus et clamoribus suis mœrorem expromebant. Drusus Terracinam venit cum Claudio fratre, et filiis Germanici, qui Romæ manserant. Consules M.*

1 Ita veteres et recentes editiones. Aliæ, *Terracinam*. Straboni, v. p. 233. Ταρακίνα. Idem.—2 Ita Ms. Flor. veteresque editiones et recentiores. In

NOTÆ

luctum? nihil; immo contra tebantur ea in diebus solennibus, lætisque; ut equitum transvectione, quod Dionysius notat; sed et Domitiano decretum per honorem, ut quotiens consulatum gereret, ‘equites Romani, quibus sors obtigisset, trabeati, et cum hastis militaribus præcederent eum, inter lictores, apparitoresque.’

Denique nusquam trabea in luctu; equitesque Romæ toga pulla usi in funere, ut reliqui cives. Credo igitur vestem hanc trabibus purpuræ intextis (id enim trabea) sumtam hic, non doloris indicium, sed ordinis; ad discriminandum, inquam, in coloniis equitem a plebe, et splendorem funeri conciliandum, trabeæ sumtæ. Illæ enim propriæ equitum.

[s] *Vestem*] Pretiosæ vestis magnam vim cremare in funeribus solebant. Credo ut significarent, alia jam sibi omnia vilia esse, amisso eo, quem lugebant.

[t] *Odores*] Hi quoque incendi solebant. Tibull. ‘Non soror Assyrios cineri quæ dedat odores.’ Propert. ‘Cur nardo flammæ non oluere meæ.’

[u] *Funerum solennia*] Alibi defunctis et usto jam cadavere tamen, aras statuebant, struebantque, et accendebant rogos, quasi verum ibi funus et cadaver esset. Ostendit hic locus, et Senecæ ad Marciam, c. 3. de Druso, hujus patre, qui in Germania obierat, et reliquiæ item relatæ: ‘Mater longo itinere reliquias Drusi sui prosecuta, tot per omnem Italiam ardentibus rogis, quasi toties illum amitteret.’ Ait, ‘per omnem Italiam;’ in coloniis nempe et municipiis, qua transibant, ut hic.

[v] *Diis Manibus*] Vel intellige de *Diis Manibus* in genere, quos sic placatos et propitios redderent Germanico, vel etiam forte de Diis Manibus ipsius Germanici; nam illum sua virtute consecratum putarunt. Supra l. II. 83. ‘Statuarum, locorumve in quis colerentur, haud facile quis numerum inierit.’

[w] *Tarracinam*] Urbs Volscorum populorum in Latio, et ad mare Tyrrhenum; hodie Taracina, urbs Campaniæ Romanæ in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[x] *Liberisque Germanici*] Nerone nempe et Druso: neque enim puto obviam funeri patris ivisse Drusillam et Agrippinam ad tantum itineris spatium: puto potius domi cohibitas cum Antonia minore avia sua.

(jam enim magistratum occœperant[y]), et Senatus ac magna pars populi viam complevere, disjecti,[z] et, ut cuique libitum, flentes: aberat quippe adulatio,[a] gnaris omnibus, lætam Tiberio Germanici mortem male dissimulari.

3. Tiberius atque Augusta publico abstinuere, inferius majestate[b] sua rati, si palam lamentarentur, an, ne, omnium

Valerius et M. Aurelius (nam tum consulatum inierant), patresque, et magna pars plebis iter implevere, sine ordine, confusi, et pro suo quisque libito mœrentes. Nam procul amota omnis assentatio, scientibus cunctis gratum Tiberio Germanici exitum male et subdolo animo *occultari.*

Tiberius et Livia e palatio non exiere, dubium an *infra fastigium, seu fortunam principulem esse crederent, si publice flerent, vel anne, populorum oculis faciem*

---

intermediis ex consularibus Dionis et Cassiodori indicibus emendatum, *M. Aurelius.* Nihil mutandum, nisi major adsit librorum inscriptionumve auctoritas. *Brotier.*

NOTÆ

[y] *Magistratum occœperant*] Ergo Januario hæc mense gesta.

[z] *Disjecti*] Satis hoc mirum, ubi Coss. et senatus, qui solent ordine et composite incedere, sive stare. Sed hic apparet aliter factum, sparsosque fuisse: an quia sponte venerant? an id quoque testando dolori? cui confusio videtur adhærere, nec decori cura. *Lipsius.*

Putem incessisse patres et consules suo ordine, sed non eo decore, non ea pompa aut specie qua solebant. Prævalebat dolor ille ingens, et confusio plebeculæ passim disjectæ, quæ sine respectu ingruens, et præ mœstitia vesana turbabat ordinem speciemque pompæ.

[a] *Aberat quippe adulatio*] Viccrat enim adulationem dolor, erumpebatque: licet neminem falleret, Tiberium gaudere interitu Germanici, &c.

Dicit Tacitus luctum hunc populi, ob mortem Germanici, ex vero animi sensu, non adulatione esse profectum. Probat id invicto argumento.

Sciebant, inquit, probe omnes, lætam Tiberio accidisse Germanici mortem, (quam tamen lætitiam dissimulare conaretur, nec satis dissimularet,) non tamen eo minus in publica immensi doloris sui significatione persistebant. Jam autem illi non creduntur adulari, qui hoc publice agunt, quod certe noverint Principi ingratum esse, et displicere. *Boxhornius.*

Reddit rationem, quare incompositi, sine arte, sine ambitione, atque ut natura dabat, doluerint: nempe, quia et vere lugebant, sibi lugebant, non principi; suo dolori dabant, non alieno commodabant, aut venditabant lacrymas: dolendo non adulabantur Tiberium, quippe quem nemo ignorabat gaudere morte Germanici, utcumque tristitiam fingeret.

[b] *Inferius majestate*] Domi se continuere; indecorum et indignum fastigio suo rati, si in publico lamentantes aspicerentur; sive potius ideo abstinuere publico, ne omnium oculis in ipsorum vultu defixis, pateret fictitium cum mœrorem esse, neque vere ex animo tales lacrymas profundere.

oculis vultum eorum scrutantibus, falsi intelligerentur. Matrem Antoniam[c] non apud auctores rerum, non diurna actorum scriptura,[d] reperio, ullo insigni officio functam; cum, super Agrippinam et Drusum et Claudium, ceteri quoque[e] consanguinei nominatim perscripti sint: seu valetudine præpediebatur, seu victus luctu animus magnitudinem mali perferre[1] visu non toleraverit. Facilius crediderim, Tiberio et Augusta, qui domo non excedebant, cohibitam, ut par mœror,[2] et matris exemplo[f] avia quoque et patruus attineri viderentur.

corum curiose rimantibus, ficti et male dissimulantes perspicerentur. Non invenio apud scriptores, neque diurnis actorum commentariis matrem Antoniam tum *ullo singulari munere defunctam* esse, *cum præter Agrippinam, et Drusum, et Claudium, alii etiam propinqui nomine suo denotati sint, sive morbo retinebatur, seu fessus dolore animus magnitudinem exitii ferre aspectu non sustinuit. Potius existimaverim impeditam a Tiberio et Livia, qui regia non exibant, ut æqualis mœstitia esse* videretur, *et etiam parentis instituto avia et patruus retineri crederentur.*

1 Cl. Ernestus *perferre* insititium esse existimat. Ego vero nec damnare ausim, nec abesse posse sine sensus dispendio opinor. *Brotier.*—2 Mallet Heinsius, *ut pari mœrore*. Plus elegantiæ et Corneliani styli in vulgata scriptura. *Idem.*

NOTÆ

[c] *Matrem Antoniam*] Hæc illa est Antonia Drusi, quam Plinius ait nunquam spuisse; illa, quam Valerius mire laudat a continentia et amore in conjugem, l. IV. c. 3.

Antoniam] Non mirum si domi attineretur Antonia, ut et Tiberius, cum in palatio habitaret ipsa; nempe in ea parte, in quam postea translata est Agrippina mater Neronis, cum imperio et rebus depulsa est. Attinebatur Antonia exemplo, seu potius jussu imperantium, quorum vel exemplum pro imperio est, cum ipsi ejus exemplo attineri simularent.

[d] *Diurna actorum scriptura*] Diaria, sive Ephemeridas significat: quas qui ei muneri præfecti erant, diligentissime conficiebant, et in eis perscribebant, quid quoque die memorabile actum foret: 'materiam historiæ.' Suet. Claud. 41. 'Extat talis scriptura in plerisque libris, actorum diurnis (vulgo ac diurnis) titulisque operum.' Dicuntur et 'acta diurna.' Tacitus l. XIII. 'Cum ex dignitate populi Romani (repertum) sit, res illustres annalibus, talia diurnis urbis actis mandare.' Erant et acta senatus. Suetonius in Cæsare dictatore; 'Inito honore primus omnium instituit, ut tam senatus quam populi diurna acta conficerentur, publicarenturque.'

[e] *Ceteri quoque*] Cum Agrippinæ, et ceterorum Germanici consanguineorum specialis ibi fiat mentio, non est verisimile matrem silentio præteritam fuisse, si cum reliquis excipiendo funeri occurrisset.

[f] *Matris exemplo*] Verisimile est eam quoque domi cohibitam fuisse,

4. Dies, quo reliquiæ tumulo Augusti inferebantur, modo per silentium vastus,[1 g] modo ploratibus inquies: plena urbis itinera,[h] collucentes per campum[i] Martis[j] faces:[2 k] illic miles cum armis,[3 l] sine insignibus magistratus,[m] popu-

Quo die cineres Germanici sepulchro Augusti condebantur, alias vastum et ingens ubique silentium erat, modo fletus planctusque undique personabant: refertæ populis viæ civitatis, ardentes per campum Martium tædæ: hic miles armatus, sine

1 Egregie dictum. Male tentat Pichena, *vastum*. Brotier.—2 Gronovius delet colon post *faces*.—3 Cl. De Harlay emendat, *sine armis*. Perperam. Vide qnæ de Augusti funere dicta sunt supra Annal. I. 8. In funere armati milites, magistratus sine insignibus plurimum habent luctus. *Brotier*.

NOTÆ

ut illorum consilio propositoque magis favorabilis prætextus esset, credituris hominibus, parem omnium mœrorem esse, patremque Tiberium et aviam Augustam eundem ob dolorem domi mansisse; ob cujus magnitudinem ne ipsa quidem mater illius exequiis interesse potuerit.

g *Vastus*] Cum interdum tantum silentium esset, ut in urbe vastitas ac solitudo esse videretur, interdum questibus et lamentationibus omnia circumsonarent. *Muretus*.

Dies magna dicitur, qua magna res gesta est: *Dies faustus*, quo quid feliciter evenit. Sic ‘ dies vastus per silentium,’ est pars diei silentium habens, quasi in vasta solitudine. Interdum præ nimio dolore stupentes conticuerant, et in tanta multitudine erat silentium loci vasti et deserti: interdum ploratus quietem turbabat. Sic c. 9. ‘ Die frequenti,’ est parte diei, qua hominum frequentia in publico versatur.

h *Plena urbis itinera*] Omnibus undique, ad campum Martium confluentibus.

i *Collucentes per campum*] Dixit ad morem priscum: quo ii qui funus prosequebantur, cereos manibus gestabant, caudelas, funalia, faces. Donatus id obtinuisse eo censet, quia noctu olim cadavera solita efferri.

j *Campum Martis*] Campus Martis duplex fuit, unus, late sumtus, inter Tiberim fluvium, Capitolium et Quirinalem montes, collemque Hortulorum: sicque tenebat majores partes septimæ et nonæ regionum Romæ antiquæ ad occidentem et septentrionem: hodie pars magna Romæ modernæ ad occidentem et septentrionem, et inter montes Campidoglio, Monte Cavallo, et Pincio, fluviumque Tevere. Alter vero Campus Martis, de quo hic Tacitus loquitur, fuit aliquando extra mœnia urbis; postea vero nonæ regionis, in parte occidentali urbis: hodie partes regionum Campo Marzo, Colonna, Sant Eustachio Ponte, et Parione in Roma moderna versus medium et occidentem: fuit quoque Campus Minor, pars Campi Martis jam dicti, ad occidentem et ad Tiberim fluvium: hodie pars regionis Ponte ad fluvium Tevere, et prope pontem Sant Angelo. Ex Roma antiq. Nardini VI. 5. &c. et planis seu imaginibus Romæ modernæ Greg. de Rossi, et J. Faldæ, &c. *Tillemonius*.

k *Faces*] Ad *cereos* efferebantur pueri, ad *faces* viri. Ferebantur autem *faces* ad ignem subjiciendum rogo; sed tum quoque, cum rogus nullus esset, honoris causa ferebantur.

l *Miles cum armis*] Ne quis in po-

lus per tribus, ‘ concidisse Rempubl. nihil spei reliquum,’ clamitabant: promtius apertiusque, quam ut meminisse imperitantium crederes. Nihil tamen Tiberium magis penetravit, quam studia hominum accensa in Agrippinam; cum ‘ decus patriæ,’ ‘ solum Augusti sanguinem,’[n] ‘ unicum antiquitatis specimen’ appellarent, versique ad cœlum ac Deos ‘ integram illi sobolem, ac superstitem iniquorum,’[4] precarentur.

5. Fuere, qui ‘ publici funeris pompam’[o] requirerent,

ornamentis imperii *magistratus, multitudo per tribus, clamabant* periisse Rempub. nullam spem superesse; *idque audacius et apertius, quam ut recordari dominantium existimares. Nihil tamen altius perculit affecitque Tiberium, quam amor populorum flagrantissimus erga Agrippinam, cum eam vocarent* gloriam patriæ, unam Augusti sobolem, unicum prisci moris exemplum, *conversique ad cœlum et numina,* incolumes illi filios, ac scelestorum superstites, *orarent.*

Extitere qui apparatum, seu decus et speciem publicarum exequiarum

4 Frustra tentat Rhenanus, *inimicorum.* Brotier.

NOTÆ

pulo tumultus excitaretur. Sic l. I. 8. ‘ Die funeris milites velut præsidio stetere;’ etiam in decus et pompam.

[m] *Sine insignibus magistratus*] Id est, sine toga prætexta, sine annulis, sine lato clavo.

Sine insignibus] Ad significationem mœroris, et quia justitium erat. Ovidius: ‘ Jura silent, mutæque tacent sine vindice leges; Aspicitur toto purpura nulla foro.’

[n] *Solum Augusti sanguinem*] Non vere: plures erant, ut Lepidi et Silani ex Julia nepte; sed reliquos velut degeneres arguunt, hanc solam Augusto dignam reputant.

[o] *Publici funeris pompam*] Sic infra: ‘ ut mors Sulpicii Quirinii publicis exequiis frequentarctur.’ Quid autem sit *funus publicum*, quid *exequiæ publicæ*, quæstionis fuit. Pansæ atque Hirtii corpora publica sepultura honorata Velleius scribit: eosdem in campo Martio scpultos, ait Florus ex Livio Epitome XIX.

Unde quidam ex nostris censuit, idem esse in campum Martium publico funere, exequiis, et sepultura efferri. Alii cum ex stipe collatitia, aut publicis impensis funus factum, ut P. Valerio Poplicolæ, Agrippæ Menenio, Scipioni Africano, id *publicum funus* exaudiunt.

Ego dum amplius quærerem, inveni apud Livium de Syphace, XXX. ‘ conspeeta mors ejus fuit, quia publico funere est elatus.’ Sic et in Eusebii chronico P. Servilius Isauricus elatus: apud Suetonium ‘ Tiberii corpus crematum funere publico:’ et alibi, publicam mœstitiam accipio, et eas exequias, quibus sicut ob funus domesticum, auro posito, purpuraque, populus complorans interesset. Hoc suggerit Livius, ubi Annibalem ita Carthaginensibus dixisse refert: ‘ Quia tributum ex privato conferendum est, tanquam in publico funere comploratis.’ Ita quoque accipiendus est Numa Pompilius, luctu publico et insigni monumento honoratus.

compararentque, ‘quæ in Drusum, patrem Germanici, honora et magnifica Augustus fecisset: ipsum quippe asperrimo hyemis Ticinum[p] usque progressum, neque abscedentem a corpore simul urbem intravisse: circumfusas lecto[q] Claudiorum[r] Liviorumque[1 s] imagines: defletum in foro,[t] lauda-

desiderarent, conferrentque, quæ in Drusum genitorem Germanici decora et amplissima Augustus ipse præstitisset: namque ipsum sæviente ut cum maxime hyeme Ticinum processisse, neque abeuntem a corpore simul civitatem introisse: circumpositas toro Claudiorum Juliorumque effigies; deploratum

---

1 *Juliorumque* Broticr. Ita veteres omnes libri. Muretus, Lipsius, et Freinshemius mallent, *Liviorumque:* recepit Ernestus, quem pro more suo secutus est Cl. Lallemaud. Ego vero, licet Claudiorum imagines Juliorum imaginibus præposuerit Tacitus, nihil mutaverim. Immo, cum ‘cuncta a majoribus reperta, aut quæ posteri invenerint,’ in Drusi funere fuerint ‘cumulata,’ existimo non modo Claudiorum, Liviorum, aliarumque affinium familiarum, sed Juliorum etiam, ob summam Augusti benevolentiam, antelatas esse imagines. Quinetiam si quis ad Juniæ funus, infra c. 76. attenderit, Claudiorum Liviorumque imagines hic memorari frigidum illi videbitur. *Brotier.* Et hanc lectionem Gronovius, Ryckius, et Homerus servant.

NOTÆ

Dionysii antiquitat. l. II. *Vertranius.*

Plus est *publici funeris pompa*, quam *publica pompa. Publica pompa* esset hoc loco publicum funus, utcumque celebratum: at *pompa publici funeris* continet eam magnificentiam, quæ in publicis funeribus adhiberi debet, potestque.

Igitur nemo desiderare poterat publicum funus, quod obtigisse Germanico ex ipsa Taciti narratione perspicuum est: sed hoc tantum, quod istud funus, cum publicum esse deberet, non pari pompa celebratum fuerit. Non, inquam, dicere poterant, ‘publico funere efferri debuit Germanicus:’ hoc enim factum fuit: sed quia publicum funus istud fuit, majori pompa adornari debuit. *Frein.*

Publici funeris] Forte ea omnia requisita ad funus publicum, aut fere omnia, nempe, ut honorati tali funere sepelirentur in urbe, ut sumtu publico, seu stipe collatitia, etiam ut magistratus populusque publice mœrerent, ducerentque funus, auro posito, purpuraque, et omni læto cultu; ita ut etiam tum matronæ publice lugerent; adde et in proceribus imagines avorum lecto circumfusas translatasque in pompa, laudationem in foro et pro rostris, lacrymas veras aut ascititias, aliaque doloris imitamenta. Hæc fere ad publicum funus pertinebant plus minus, pro nobilitate defuncti.

[p] *Ticinum*] Urbs Insubrum populorum ad Ticinum flnvium, in Gallia Transpadana Italiæ provincia: hodie Pavia Italis, et Pavie Francis: urbs provinciæ Pavese in statu Mediolanensi, paret regi Catholico. *Tillemon.*

[q] *Lecto*] Ibi deinde lectum in quo efferendum corpus erat, specioso ornatu, majorum suorum, ex Claudia, Liviaque familia, imaginibus circumdatum, &c.

[r] *Claudiorum Juliorumque imagines*] Drusus hic in Juliam familiam, ne adoptione quidem, venit: unde ergo in pompa funebri imagines illi gentis Juliæ? nisi forte, quia mater deducta

tum[u] pro rostris: cuncta a majoribus reperta, aut quæ posteri invenerint, cumulata. At Germanico ne solitos quidem, et cuicumque nobili[v] debitos honores, contigisse. Sane corpus,[w] ob longinquitatem itinerum, externis terris quoquo modo[x] crematum: sed tanto plura decora mox tribui par fuisse, quanto[2] prima fors negavisset: non fratres,[y] nisi uni-

in foro; commendatum apud Rostra; omnia congesta decora, quæ majores invenerint, aut quæ nuperi excogitarint. At Germanico ne solennem quidem, et cuilibet illustri debitam exequiarum pompam, obtigisse. Corpus quidem, ob immensitatem viarum, extraneis in regionibus utcumque combustum esse: sed æquum fuisse ei postea deferri tanto majores honores, quanto plures illi prior fortuna abstulisset. Drusum fratrem non nisi unius diei

2 Perperam Muretus, *quando*. *Quanto*, pro *quanto magis*, accipe, ut recte observat Ernestus. *Brotier.*

NOTÆ

in domum Augusti. Hæc et talia de summo pectore dici possunt: et mihi nondum eviluit conjectura mea, *Liviorum*. Causa duplici. Primum non præposuisset Claudios Juliis Tacitus; id nefas. Deinde cum a patre latæ imagines, cur omissæ a matre? quæ præsertim antiquæ, et multæ. *Lipsius.*

Notum est majorum tantum imagines esse comitatas posterorum funera. Quid igitur certius, quam in Drusi exequiis affuisse Liviorum imagines; quæ materna illi familia fuerit, cum Juliam gentem nulla tam arcta cognatione contingeret? Nisi forte respexerit ad tempus, de quo scripsit, quo nempe jam confusæ illæ familiæ Liviorum et Juliorum, per adoptionem Liviæ in gentem Juliam; quo permixtæ jam illæ imagines.

[s] *Juliorum*] Sic forte quia Drusus privignus Cæsaris Augusti, qui et ipse pompam ducebat; quia filius Liviæ, quæ jam Juliæ familiæ tota, et forte ipse Drusus Augusti filius ex Livia, quam prægnantem Augustus ipse abduxit: et hæ imagines longe nobilissimæ et necessariæ, quia Drusus e gente Claudia, in gentem Juliam veluti jam arrogatus favore matris habebatur.

[t] *Defletum in foro, laudatum*] Auctor de morte Drusi: 'Et voce et lacrymis laudasti, Cæsar, alumnum, Tristia cum medius rumperet orsa dolor.'

[u] *Laudatum*] Ab Augusto, et forte ab Tiberio, sed diversis locis; quemadmodum Augustus a Tiberio et a Druso filio laudatus diversa ad rostra, teste Dione.

[v] *Cuicumque nobili*] Per nobilem intelligit Patricium, aut aliquem e senatu; at cum Tacitus loquitur de externa nobilitate, per nobiles sæpius intelligit homines stirpis regiæ.

[w] *Sane corpus*] Non per asseverationem efferendum est, sed per concessionem: quasi dicas, Ut hoc largiamur, sit sane ita, *corpus, &c. crematum* fuisse.

[x] *Quoquo modo*] Utcumque sine magna pompa.

[y] *Non fratres*] Vulgo *fratrem;* sed scribe *fratres*, nisi sui et historiæ oblitus Tacitus. Duo enim Germanico superstites fratres, Claudius natura, adoptione Drusus. Semperque eo nomine etiam hunc noster insignit. Scripsit autem supra: 'Drusum et Claudium Tarracinam usque progressos.' *Lipsius.*

us diei via, non patruum, saltem porta tenus, obvium. Ubi illa veterum instituta ?[z] propositam[3] toro effigiem,[a] meditata

itinere, non patruum Tiberium saltem ad portas usque obviam iisse. Ubi illos antiquorum mores, ritusque ? *ubi* imaginem *ipsius* supra lectum expositam *in*

3 Muretus, Grotius, et Ryckius emendant, *propositam in*. Placet plurimum : sæpeque *præ* et *pro* in Mss. mutantur. Veterem tamen scripturam, non omnino vitiosam, retiui. Male Gronovius, *repostam*. Brotier. Homerus habet *præpositam*.

NOTÆ

Non fratrem] Drusum nempe filium Tiberii, quem unum nominat, omisso aut spreto Claudio, qui tum inter aulæ ludibria. Scripsit ' Claudium et Drusum Terracinam venisse ;' fateor. Sed unum intendunt hic, nempe arguere superbiam et odium Tiberii in Germanicum, quod magis elueet, cum dicunt fratrem non nisi *unius* diei via processisse obviam ; at si fratres dicerent, frangerent quod acerbius famæ fuit et sermonum vulgi; et quid Claudius ad superbiam imperitantium ? quid ad decus defuncti ?

[z] *Ubi illa veterum instituta*] Nonnulli inter instituta veterum non accensent ista, *vel doloris imitamenta*. Sed puto ea omnia, quæ hic enarrat Tacitus, esse ' instituta veterum :' nempe ' præpositam toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, et laudationes, et lacrymas, vel doloris imitamenta ;' quasi diceret, Vel veras lacrymas, vel saltem imitamenta luctus.

Nec dicendum non fuisse veteribus talia doloris imitamenta. Nam certe semper in usu fuere. Dolor, licet verus sincerusque, habet tamen etiam suam speciem, suamque pompam ; nec sola conscientia sufficit magno dolori, magnisque penatibus.

Ubi illa] Ubi illa veterum decora ? ut imago in foro proponeretur, carmina recitarentur, laudatio pro rostris, lacrymæque a principe persolverentur, quem utique decuisset, etiam si maxime animo non doleret, potius fingere mœrorem, quam in tali tempore honori maninm et officio suo in universum deesse. *Freinsh.*

Non Tiberio id assignandum, quasi *imitamenta* doloris usurpare debuerit, si non verum dolorem : sed in universum recenset Tacitus omnia usurpari solita in funere procerum, in quibus imagines avorum, fletus in foro, laudatio pro rostris, lacrymæ parentum, aut saltem *doloris imitamenta*, quæ fiebant per præficas, et cetero exequiarum apparatu. Simile quid habet, ubi de Claudii funere l. XII. ' Ceterum peractis tristitiæ imitamentis :' unde colligitur illa imitamenta mœstitiæ usurpata esse in funeribus ex more, nec tantum a dissimulante Tiberio usurpari debuisse.

[a] *Toro effigiem*] Ritum fuisse arbitror, ut si cadaver adhuc vegetum et coloratum, ipsum in toro sive lecto ostenderetur : sin autem (ut in peregre functis) aut non esset cadaver, aut decore proponi non posset, tum effigies cerea ejus loco, in lecto ostenderetur.

Colligo ex hoc loco Dionis de Augusto, qui Nolæ obierat : ' Lectus erat,' inquit, ' ex auro et ebore, purpureis auratisque stragulis : in cujus ima parte cadaver arcæ inclusum latebat ; effigies autem cerea, triumphali habitu, supra apparebat.' Idem in Pertinacis funere.

Præpositam toro effigiem] De quo

ad memoriam virtutis carmina, et laudationes, et lacrymas, vel doloris imitamenta?'

6. Gnarum id Tiberio fuit; utque premeret vulgi sermones, monuit edicto:[b] 'Multos illustrium Romanorum ob Rempubl. obiisse; neminem tam flagranti desiderio celebratum; idque et sibi [1] et cunctis [2] egregium, si modus adjice-

foro? ubi compositos in decus ipsius fortitudinis cantus, et conciones, et lessus, vel alia tristitiæ simulacra?

Cognitum id Tiberio fuit; et ut plebis rumores cohiberet, nuntiavit edicto, plerosque nobilium Romanorum pro Repub. interiisse, nullum tam ardenti studio et dolore commendatum. Idque et sibi et omnibus decorum, si modus ad-

1 Frustra tentat Ernestus, *itaque sibi.* Brotier.—2 Pessime Lipsius, *et functis.* Idem.

NOTÆ

ritu Herod. l. IV. 'Mos est Romanis consecrare Imperatores, qui superstitibus filiis vel successoribus moriuntur, quique eo sunt honore affecti, relati dicuntur inter Divos. Est autem tota urbe quasi luctus quidam festæ celebritati promiscuus. Quippe functum vita corpus, ritu hominum, sumtuoso funere sepeliunt. Sed ceream imaginem defuncto quam simillimam fingunt, eamque in regiæ vestibulo proponunt, supra eburneam lectum maximum atque sublimem, vestibus instratum aurcis: et quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recumbit: circa lectum vero utrimque magnam partem diei sedent; a læva quidem senatus omnis vestibus atris amictus; a dextra vero matronæ, quas virorum aut parentum dignitas honestat: harumque nulla vel aurum gestans vel ornata monilibus conspicitur, sed vestibus albis exilibus indutæ, mœrentium speciem præbent. Hæc ita per septem dies continuos faciunt, medicis ad lectum quotidie accedentibus, inspectumque velut ægrum deterius se quotidie habere pronuntiantibus. Deinde ubi jam visus obiisse diem, lectum humeris attollunt equestris senatoriique ordinis nobilissimi ac lectissimi juvenes, perque viam sacram in vetus forum defcrunt, ubi magistratus Romani deponere imperium consueverunt,' &c.

[b] *Monuit edicto*] Ita moris fuit ætate illa, ut princeps populum peccantem aut exorbitantem alloqueretur per libellum, coërceretque. Eo respicit metaphora scita Senecæ epist. 95. 'Præcepta sapientiæ, quæ affectus nostros, velut edicto, coërcent et obligant.'

Edicto] Edictis non tantum jubebant aliquid fieri, aut vetabant ne fieret, sed monebant populum, increpabant, docebant. Horat. 'Si quis nunc mergos suaves edixerit assos, Parebit pravi docilis Romana juventus.' Sic Augustus totos libros veterum interdum per edictum notos populo fecit. Sic Caligula populum objurgavit edicto, quod hilariter viveret. Sic Claudius, aliquando edixit, ut dolia bene picarentur, uberem enim vinearum proventum fore: et eodem die, nihil æque facere ad viperæ morsum, quam taxi arboris succum. Et meditatus edictum dicitur, quo veniam daret efflatum crepitumque ventris in convivio emittendi.

retur.[3] Non enim eadem decora[c] Principibus viris et Imperatori populo, quæ[4] modicis domibus aut civitatibus: convenisse[d] recenti dolori[5] luctum, et ex mœrore solatia:[e] sed referendum jam animum ad firmitudinem, ut quondam D. Julius,[f] amissa unica filia, ut D. Augustus, ereptis nepotibus, abstruserint[6] tristitiam. Nil opus vetustioribus[g]

hiberetur; quippe non eadem honesta viris imperitantibus et populo rerum domino, quæ tenuibus familiis aut gentibus. Decuisse recenti luctu mœrorem, et ex dolore consolationem. Sed revocandam jam mentem ad constantiam, ut olim D. Julius, extincta unica filia, ut D. Augustus, sublatis nepotibus, mœrorem condiderint, suppresserint. Nihil egere ipsos antiquioribus

3 Male Ernestus, *adhiberetur*. *Adjiceretur*, id est, si ad ceteras laudes modus accederet. *Brotier*.—4 Ita Ms. Flor. Pichena, et recentiores. Perperam Beroaldus aliique veteres, *et imperatori populoque Modicis domibus, aut civitatibus, convenisse recenti dolori*.—5 Lipsius, *dolore, luctum*. Idem.—6 Male Acidalius, *absterserint*. Brotier.

NOTÆ

Sic edicto excusavit iram et iracundiam suam, pollicitus alteram brevem et innoxiam, alteram non injustam fore.

[c] *Non enim eadem decora*] Plane hoc ipsis Tiberii verbis quasi expressum voluit Pedo, illius ævi poëta: 'Non eadem vulgusque decent, et culmina rerum.' Ennius poëta apud D. Hieronymum: 'Plebs hocce regi antistat; in loco licet Lacrymare plebi, regi honeste non licet.' Similia Euripides in Iphigenia, ubi Agamemnon profatur: 'Plebeia sors quam præstat alibi nobili! Collacrymare namque iis facile licet, Et misera fari verba. Contra nobili Haud facilia ista: namque plebi nos damus. Ideoque lacrymare vereor, et pudet.'

Non enim eadem decora] Neque enim aut ejus fastigii principes, aut populum rerum dominum, eadem decere, quæ mediocres familias, aut civitates.

[d] *Convenisse recenti dolori*] Dum adhuc recens dolor fuerit, non inconvenienter egisse, qui ex luctu et mœrore gravis inopinatique casus solatia quæsivissent in ipsis lacrymis; sed nunc post tantum temporis spatium, 'quartus enim a morte Germanici mensis agebatur,' æquum esse, ut animus, posita mœstitia, ad tranquillitatem et constantiam solitam rediret.

[e] *Ex mœrore solatia*] Ut ait Ovidius, 'Expletur lacrymis, egeriturque dolor.'

[f] *Divus Julius*] Sen. ad Marciam: 'D. Cæsar cum Britanniam peragraret, nec Occano felicitatem suam continere posset, audivit decessisse filiam, publica secum fata ducentem,' &c. 'Tamen intra tertium diem imperatoria obiit munia: et tam cito dolorem vicit, quam omnia solebat.' Sen. eodem loco: 'Divus Augustus amissis liberis, nepotibus, exhausta Cæsarum turba, adoptione desertam domum fulsit. Tulit tamen fortiter, tanquam ejus jam res ageretur, cujus tum maxime intererat de Diis neminem queri.'

[g] *Nil opus vetustioribus*] Ut non vetustiora exempla taceantur, quorum plura proferri possint, quomodo populus Rom. clades exercituum sic toleraverit.

exemplis: quotiens Populus Romanus clades exercituum,[h] interitum Ducum,[i] funditus amissas nobiles[j] familias constanter tulerit. Principes mortales, Remp. æternam esse; proin repeterent solennia; et,' quia ludorum Megalesium[7] spectaculum suberat,[8 k] ' etiam voluptates resumerent.'

7. Tum, exuto justitio, reditum ad munia;[l] et Drusus Illyricos ad exercitus profectus est, erectis omnium animis spe[1] petendæ e Pisone ultionis, et crebro questu, ' quod,

exemplis: quoties populus Rom. infracto animo sustinuerit internecionem legionum, cædem Imperatorum, et penitus extinctas illustres domos? Principes morti obnoxios, Remp. immortalem esse. Itaque redirent ad solita *munia;* et *quia spectaculum ludorum Megalensium prope instabat,* etiam oblectamenta repeterent.

Tum posito finitoque *justitio, reversum ad officia,* actumque rerum; *et Drusus ad Illyricas legiones contendit, excitis mortalium animis sumendæ de Pisone vindictæ* causa, *et frequenti expostulatione omnium,* quod interim per amœnissimas Asiæ

7 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. Perperam aliæ, *Megalensium.* In vetere nostro Ms. Kalendario notantur PRID. NON. mensis Aprilis, LUDI MEGALESIACI et IV. ID. MEGALESIACI. Ludos illos, matri magnæ Idææ sacros, primos scenicos fuisse, et *Megalesia* appellatos, ex Valerio Antiate narrat Livius, XXXVI. 36. Eos more institutisque maxime castos, solennes, et religiosos commendat Tullius in Or. de Haruspicum responsis, XII. *Megalesia* dicebantur ab ipsa Dea, quæ μεγάλη θεὰ et μήτηρ vocabatur. *Brotier.* Gronovius et Ryckius habent *Megalensium.*—8 Incassum Ryckius, *subierat.* Brotier.

1 Omisit *spe* Brotier. Conjicit Freinshemius, *spe petendæ e Pisone ultionis.*

NOTÆ

[h] *Clades exercituum*] Ut ad Trebiam, ad Thrasimenum lacum, ad Cannas, quo etiam tempore, cum domus prope nulla esset luctus expers, triginta diebus luctus senatusconsulto finitus est, ne sacra intermitterentur. Livius XXII.

[i] *Interitum ducum*] Ut trium Deciorum, duorum Scipionum in Hispania, Pauli ad Cannas, Marcelli ad Venusiam, et aliorum.

[j] *Funditus amissas nobiles*] Ut cum trecenti sex Fabii, cum quinque millibus clientium, Carmentali porta, quæ ex eo *scelerata* dicta est, egressi omnes in bello adversus Veientes cæsi sunt: uno tantum adhuc impubere, quasi in semen relicto. Liv. l. II.

[k] *Megalesium spectaculum suberat*] Vides ergo multum temporis intercessisse a die mortis Germanici. Nam mortuus ipse extremo Novembri; quod facile colligo ex Suetonii verbis scribentis: ' Et ut fato funetum palam factum est, non solatiis ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit, duravitque etiam per festos Decembris mensis dies.' Id est, per Saturnalia, quæ medio Decembri. At Megalesium spectaculum, de quo nunc, incidit in Nonas Aprileis: per quas, LUDI. MATRI. MAG. ut in Kalendario notatum.

[l] *Reditum ad munia*] Reditum ad res, apertæ tabernæ, aperta templa, judicia exerceri cœpta.

vagus interim[z] per amœna Asiæ atque Achaiæ, arroganti[m] et subdola mora,[n] scelerum probationes subverteret.' Nam vulgatum erat, 'missam,' ut dixi, 'a Cn. Sentio famosam veneficiis Martinam, subita morte[o] Brundisii extinctam, venenumque nodo crinium ejus occultatum, nec ulla in corpore signa sumti exitii reperta.'

8. At Piso, præmisso in urbem filio, datisque mandatis, per quæ Principem molliret, ad Drusum pergit: quem haud fratris[p] interitu trucem, quam remoto æmulo æquiorem sibi sperabat. Tiberius, quo integrum judicium[q] ostentaret, exceptum comiter juvenem, sueta erga[r] filiosfamiliarum[1]

et Achaiæ oras superbe et subdole trahendo tempus, criminum argumenta infirmaret. *Quippe rumor increbuerat* missam, *ut memoravi*, a Cn. Sentio Martinam, maleficiis infamem, repentino exitu Brundisii interceptam, et repertum esse virus, nexu capillorum ejus absconditum, nec ulla in cute vestigia hausti veneni perspecta fuisse.

At Piso, filio Romam præire jusso, et præscriptis mandatis, per quæ Cæsarem placaret, ipse *ad Drusum contendit: quem non* tam *exitu fratris immitem, quam sublato rivali favorabiliorem* fore *sibi pollicebatur. Tiberius ut incorruptum judicium palam præferret, exceptum civiliter adolescentem, solita in filios familiarum*

latine et eleganter. At genitivis gaudet Tacitus, quod aguovit ipse Heinsius, qui tentaverat, *ultioni*. Vide infra cap. 9. *Brotier*. Nulla mutatione opus. Ellipsis nostro familiaris. *petendæ ultionis* sc. causa, gratia, vide III. 27. *Ryckius.*—2 Male Heinsius, *vagus itinerum*. Brotier.

1 Male Beroaldus, *familiarium*. Conjunctim scribi potest, *filiosfamiliarum*. Sicque Ms. Flor. approbantibus Pichena et Mercero. *Brotier*.

NOTÆ

[m] *Arroganti et subdola mora*] Qui tanti facinoris reus, vix dignaretur ad se purgandum venire, et interea subverteret probationes.

[n] *Subdola mora*] Sive casu, sive etiam dolo Pisonis contigisset perisse veneficam illam Martinam.

[o] *Subita morte*] Videri ergo poterat exanimasse se, hausto veneno, ut acerbitatem cruciatuum, quos sibi imminere intelligebat, effugeret; sed cum in corpore nulla signa sumti exitii extarent, non immerito homines suspicari poterant, eam potius opera Pisonis extinctam, metuentis, ne tormentorum vi coacta rem totam detegeret, aperteque fateretur a Pisone et Plancina sibi id mandatum fuisse, quod etiam Tiberii et Augustæ voluntate fieri dicerent.

[p] *Haud fratris*] Id est, non tam fratris interitu trucem. Sic Plautus Rud. 'Non ædepol pisces expeto, quam tui sermonis sum indigens.'

[q] *Integrum judicium*] Non corruptum, non vitiatum, neque ira, neque misericordia, neque odio adversus eos qui accusarentur, neque caritate in suos.

[r] *Sueta erga filios*] Mos igitur fuit, principem donare aliquid filiis præsidum, qui e provinciis redirent, atque ipsum adirent.

nobiles liberalitate auget.[s] Drusus Pisoni, 'si vera forent, quæ jacerentur, præcipuum in dolore suum locum,' respondit; 'sed malle falsa et inania, nec cuiquam mortem Germanici exitiosam esse.' Hæc palam,[t] et vitato omni secreto: neque dubitabantur præscripta ei[2] a Tiberio, cum incallidus[u] alioqui et facilis juventa, senilibus tum artibus uteretur.

9. Piso, Dalmatico mari[v] tramisso, relictisque apud Anconam[w] navibus, per Picenum,[x] ac mox Flaminiam viam,[y]

illustres munificentia exornat. Drusus Pisoni respondit, si vera essent, quæ differrentur in vulgus, se primas partes in luctu et ira habere, sed longe maxime velle ficta et vana *hæc esse*, nec ulli interitum Germanici perniciosum esse. *Hæc aperte, et omni arcano* sermone *declinato: neque dubium erat data ei mandata a Tiberio, cum incautus alias, et simplex per ætatem juvenis, senilibus tum consiliis responderet.*

Piso, trajecto mari Dalmatico, dimissaque apud Anconam classe, per Picenum, ac deinde per viam Flaminiam attingit legionem, quæ ducebatur ex Pannonia Romam,

2 Sic optime emendavit Lipsius. Perperam libri omnes et Beroaldus, *præscripta et a Tiberio.* Brotier.

NOTÆ

[s] *Liberalitate auget*] Tiberius juvenem Pisonem humaniter excepit, donisque honoravit, quæ peregre redeuntibus filiisfamiliarum illustribus dari solent, ne si durius eum excepisset, aut ex consueto more quicquam mutasset, causam illius præjudicio gravare, neque integram æquitatem cognitioni, et judicio relinquere videretur.

[t] *Hæc palam*] Hæc palam in multorum hominum præsentia locutus est, operam dans, ne secretis sermonibus suspectum se cuiquam redderet.

Hæc palam] Tum ad vitandam omnem suspicionem conscientiæ, tum quia nolebat ullam potestatem Pisoni facere, illas sceleratas machinationes apud se detegendi. *Murctus.*

[u] *Cum incallidus*] Quia Drusus natura haud admodum callidus, et ætate facilis, incautusque, et sensibus suis tegendis inexercitatus esset.

Hæc acceperim: ideo, nimirum, callido monitu Tiberii, palam, præsentibusque aliis, hos cum Pisone commutasse sermones Drusum, atque inprimis dixisse, 'si vera forent, quæ jacerentur, præcipuum in dolore suum locum,' ut quanto luctui Tiberianæ domui mors Germanici esset, sic palam intelligeretur. Hoc enim maxime volebat Tiberius, ob alia omnia in vulgus suspectus. *Boxhorn.*

Ne suspectaretur filius, si secretos sermones habuisset cum Pisone, et ne ex filio suspectaretur pater, et domus imperitantium: forte ne scelus audiret ex ore Pisonis, et ne forte in se, aut in alios, sceleris exemplum intelligeret.

[v] *Dalmatico mari*] Pars maris superi, seu Adriatici, alluens oram Dalmatiæ provinciæ, aut Illyrici proprie dicti: hodie vocamus mer de Dalmatie; pars est sinus Veneti. *Tillemon.*

[w] *Anconam*] Ancona, urbs Piceni

assequitur legionem, quæ e Pannonia[z] in urbem, dein præsidio Africæ, ducebatur: eaque res agitata rumoribus,[a] 'ut in agmine atque itinere crebro se militibus ostentavisset.'[b] Ab Narnia,[c] vitandæ suspicionis,[d] an, quia pavidis consilia in incerto sunt, Nare ac mox Tiberi devectus, auxit vulgi iras, quia navem tumulo Cæsarum[e] appulerat; dieque et

et *exinde in Africam* illius *præsidio*. *Eaque res jactata vulgi sermonibus*, ut in incessu et via sæpius se legioni exhibuisset. *Ab Narnia declinandæ suspicionis causa, an quia metuentibus animus in ambiguo est, Nare, ac deinde Tiberi delatus, furorem plebis magis accendit, quod navigium sepulchro Cæsarum applicuisset, die-*

NOTÆ

provinciæ ad mare Adriaticum: hodie nomen antiquum retinet; urbs est Marchiæ Anconitanæ provinciæ, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[x] *Picenum*] Provincia Italiæ ad mare Adriaticum: hodie pars major provinciæ Marchiæ Anconitanæ, vel Marca di Ancona in statu Ecclesiastico, parsque septentrionalis Aprutii Ulterioris; sive Abruzzo Ultra provinciæ regni Neapolitani. *Tillemon.*

[y] *Flaminiam viam*] Flaminia via fuit in Nona regione antiquæ urbis Romæ: incipiebat ad finem Viæ Latæ, ducebat ad portam Flaminiam, deinde ad pontem Æmilium, usque ad Ariminum urbem.

Hodie pars est major viæ a Romanis vulgo dictæ Strada del Corso, et a Platea nuncupata Piazza di Sciarra, usque ad portam del Popolo, in parte media et septentrionali Romæ modernæ, extra urbem: nomen antiquum retinet; ducit ad pontem *Molle*, deinde ad Patrimonium sancti Petri, &c. in statu Ecclesiastico. Ex Roma antic. Nardini l. VI. c. 9. p. 361. et Imagine G. de Rossi, et J. Faldæ. *Tillemon.*

[z] *Pannonia*] Regio Illyrici occidentis ad Danubium fluvium, et ad Dravum et Savum amnes: hodie pars orientalis circuli Austriæ, pars inferioris Hungariæ, fere omnis Sclavonia proprie dicta; aliquid provinciarum Croaciæ, Bosniæ, et Serviæ: hæ regiones, seu provinciæ, parent domui Austriacæ, et summo Turcarum imperatori. *Tillemon.*

[a] *Agitata rumoribus*] Erant qui suspicarentur eum pravo consilio id egisse, ut assequeretur milites, eorumque agmini immixtus, iterque simul faciens, crebro ab ipsis conspiceretur, et si forte posset, iis sibi adjunctis, incendium suum Reipub. exitio restingueret.

[b] *Ostentavisset*] Quasi qui malis artibus hoc consecutus esset, ut parens legionum diceretur: videtur ergo eis se venditasse, ac salutem suam commendasse, si quod periculum ingrueret.

[c] *Narnia*] Urbs Umbriæ provinciæ ad Narem fluvium: hodie Narni urbs, ducatus Spoleti, sive Ombriæ, in ditione Pontificia. *Tillemon.*

[d] *Vitandæ suspicionis*] Ne videretur militum opera ac studio velle aliquid turbare, ac νεωτερίζειν. Subaudiendum autem ἕνεκα, *causa*, Græco more, apud optimos quoque Scriptores satis frequenti. *Muretus.*

[e] *Navem tumulo Cæsarum*] Ad eam partem campi Martii, ubi erat Mausoleum Augusti, nunc domus Soderinorum. Videbatur autem quodammodo insultare Germanico, cujus

ripa[f] frequenti, magno clientium[g] agmine ipse, fœminarum comitatu Plancina, et vultu alacres[h] incessere. Fuit inter irritamenta[i] invidiæ domus foro imminens, festa[1] ornatu,[j] conviviumque, et epulæ, et celebritate loci nihil occultum.

10. Postera die Fulcinius Trio Pisonem apud Consules postulavit. Contra Vitellius[k] ac Veranius, ceterique, Ger-

que et littore mortalium *frequenti, cum ingenti amicorum comitatu ipse, cum mulierum agmine Plancina, et facie hilares* per urbem *ingressi sunt. Fuit inter incitamenta offensionis odiique, domus foro proxima ornatis foribus, convictusque et epulæ, et frequentia loci nihil secretum.*

Postera luce Fulcinius Trio accusavit Pisonem apud consules. Contra Vitellius,

1 Ita Ms. Flor. Editiones veteres et recentiores. In intermediis male emendatum, *festo ornatu.* Sic supra Annal. II. 69. dixit Tacitus, *festam Antiochensium plebem*, et Horatius, III. Od. XVIII. 11.

NOTÆ

cineres illic conditi erant.

[f] *Dieque et ripa*] Eo diei tempore, quo maxima populi frequentia in ripa Tiberis obversabatur.

[g] *Magno clientium*] Qui vel secuti eum erant in orientem, vel etiam obviam ex urbe iverant, officii gratia.

[h] *Alacres*] Cum tristes potius ac demissi esse deberent in tanto populi luctu, tantaque invidia sua. Verbum quoque, *incessere*, habet interdum quandam et *fastus* et *deliciarum* significationem. Virgilius: 'Ast ego quæ Divum incedo regina.' Et alibi: 'Et vera incessu patuit Dea.' Seneca ad finem l. VII. Q. Nat. 'Tenero et molli ingressu suspendimus gradum: non ambulamus, sed incedimus.'

[i] *Irritamenta*] Auxit invidiam, quod domus forum prospectaret, et ob felicem dominorum reditum festo cultu exornata esset, &c.

[j] *Festa ornatu*] Ob lætitiam domini redeuntis. Ornatum festum intelligit laurum, et lucernas. Juvenalis: 'Ornentur postes, et grandi janua lauro.' De lucernis Arrianus in sermonibus Epicteti, I. 19. 'Tribunatum aliquis adeptus est. Omnes obvii gratulantur, alius oculos, alius collum osculatur, servi manus. Domum venit, invenit collucentes lucernas, in capitolium ascendit, sacrificat.' Nec lucernas solum in diebus ejusmodi festis, sed etiam funalia veteres illi, cereosque accendebant. Panegyristes laudatione Theodosii: 'Quid portas virentibus sertis coronatas? quid aulæis undantes plateas, accensisque funalibus auctum diem referam?'

[k] *Contra Vitellius*] Trioni prælati sunt, quod omissa solenni accusatione, Pisonem reum extra ordinem facerent, dicentes, *neque se accusatores* esse. Eos enim, si jam a Trione delatum denuo accusaturi deferrent, audire minime jus fuit, cujus auctor Æmilius Macer de publicis judiciis. Ne dicam ex Lentuli sententia dicta Regulo et Trione Coss. (Sic, non *Sylla*, in Pandectis legendum) Pisonem legatum Imperatoris, et præsidem Syriæ provinciæ, accusari non licuisse, ut retulit Saturninus. Illum igitur non debere inter reos recipi probe dictum, cui durior pœna

manicum comitati, tendebant, 'nullas esse partes Trioni;[1] neque se accusatores, sed rerum indices et testes,[l] mandata Germanici perlaturos.' Ille, dimissa ejus causæ delatione, 'ut priorem vitam[m] accusaret,' obtinuit, petitumque est a Principe, 'cognitionem[n] exciperet:'[2] quod ne reus quidem abnuebat, studia populi[o] et Patrum metuens: contra, 'Ti-

Veranius, aliique Germanici comites asseverabant, nullum esse in ea causa locum Trioni, neque se delatores, sed facinorum indices, testesque, jussa Germanici renuntiaturos *senatui*. *Trio relicta istius criminis accusatione, impetravit* ut anteactam vitam *Pisonis* argueret; *postulatumque est a Cæsare*, ut ipse disceptare rem vellet; *quod ne sons quidem recusabat, favorem plebis et senatus formidans: contra,*

1 Muretus mallet, *Trionis*. Utrumque latine dicitur. *Brotier.*—2 Recte. Nec tentandum, ut Acidalio placuit, *acciperet*, vel *susciperet*. Idem.

NOTÆ

extra ordinem immineret, hoc jurisprudentes suadent. D. de accusat. *Vertran.*

Hoc genus contentionis *divinationem* vocabant, cum quærebant, cui potissimum mandanda esset accusatio. Vide Asconium in divin. Ciceronis.

[l] *Indices et testes*] Valde interest inter utrosque. Pedianus scribit, 'indicem esse, qui facinoris, cujus ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita.' Sed *indicium* equidem arbitror ad id pertinere, quod conjectura assequimur et suspicionibus: et quod crimen non probat, sed indicat.

Testimonium vero dicimus de rebus visis aut auditis: ex quibus crimen non indicatur, sed probatur. Corn. infra l. xv. de Scevino et Milicho: 'Quia cetera vana objecisset, adjungere crimen visum, se pariter indicem et testem facere.' Abutuntur tamen interdum Scriptores. *Ferretus.*

Hoc loco non criminis participes intelligendi sunt, sed qui aliter quam ex consociatione, illud exploratum haberent. Sic licet ignoraret Tacitus l. xv. an Milichus gnarus, an nescius conjurationis foret, illum ait, 'se pariter indicem ac testem facere.' *Index* igitur est, qui indicat, quod sive consortio delicti, sive suspicione, sive alio quoque modo rescierit.

Cum autem indicium tantum urgeat, et nihil probet, *testes* se comites Germanici professi sunt, qui testimonium de rebus, vel visis vel cognitis, ex auditione dicerent. *Vertran.*

[m] *Priorem vitam*] Cum enim quis publici alicujus criminis reus agebatur, non ea tantum, quæ ad illud crimen proprie pertinebant, in judicio exponebantur; sed et tota acta vita excutiebatur. Hinc est, quod primus liber accusationis in Verrem est de anteactis; quatuor reliqui de ipso crimine repetundarum. Id autem eo fiebat, quod prior vita magno argumento est ad crimen aut confirmandum aut diluendum.

[n] *Cognitionem*] Susciperet. Bene autem *cognitionem*, cum de facto, non de jure agatur.

[o] *Studia populi*] Quod reus etiam non moleste ferebat, cum alias, sive apud populum sive in senatu, ageretur, ob flagrantem omnium in Germanicum favorem, metueret ne abs-

berium spernendis rumoribus validum, et conscientiæ matris innexum[p] esse: veraque aut in deterius credita, judice ab uno[q] facilius discerni: odium et invidiam apud multos valere.' Haud fallebat Tiberium moles cognitionis, quaque ipse fama distraheretur. Igitur, paucis familiarium adhibitis, minas accusantium et hinc preces audit, integramque causam ad Senatum remittit.

11. Atque interim Drusus, rediens Illyrico, quanquam Patres censuissent, 'ob receptum Maroboduum, et res priore æstate gestas, ut ovans iniret,' prolato honore, urbem intravit. Post quæ[1] reo, 'L. Arruntium,[2 r] T. Vinicium,[3]

Tiberium firmum temuendis famæ inanibus, etiam et conscientiæ, seu arcano parentis illigatum esse: et quæ vera sunt, aut in pejus accepta, facilius distingui ab uno judice: offensionem et livorem sæpius apud plures judices præpollere. *Haud latebat Tiberium* quantæ *molis esset ea quæstio, et quo rumore ipse differretur, lacerareturque. Igitur paucis intimorum ascitis, excipit auditque* inde *minaces accusatorum voces, et hinc* rei *obtestationes, integrumque et illibatumque judicium ad Patres rejicit.*

Atque interea Drusus revertens Illyrico, quamvis decrevisset senatus, ut ovans *urbem* introiret, ob Marobodui perfugium, et res superiore ætate actas, *dilato triumpho, Romam ingressus est. Postea Piso patronos poscit,* T. Arruntium, Ful-

1 Ita Ms. Flor. et Miuutianus. Perperam Beroaldus, *postquam.* Brotier. —2 Brotier. habet *T. Arruntium.* Nicolaus Faber, Lipsio ob probitatem et eruditionem laudatus, corrigebat, *L. Arruntium,* et ad eum, de quo supra Annal. I. 13. referebat. Nihil mutaverim, licet verisimiliter excogitatum. *Brotier.* Existimo cum Nicolao Fabro item Lipsio legendum, *L. Arruntium:* et eundem intelligi, de quo I. 13. *Ryckius.*—3 In Ms. Flor. *Fulnicium.* Be-

NOTÆ

que ulteriore probatione, tantum ex iis quæ fama jaciebat, damnaretur.

[p] *Conscientiæ matris innexum*] Fuit in hac causa Pisoni conscientia Augustæ II. 77. ne Tiberio quidem experte, sed et ipso insidiarum in Germanicum, aut certe offensarum conscio.

[q] *Judice ab uno*] Nempe si nullo motu aut affectu animi perrumperetur. Si sic vere, ut eleganter Tacitus III. 58. 'Summum Pontificum etiam summum hominum esse, non æmulationi, non odio, aut privatis affectionibus obnoxium.' Sed contrarium hoc loco contigit, nempe ut difficilius unus discerneret, quia conscientiæ criminis ipse judex inuexus erat: populus vero et patres minus corruptibiles, quam unus eo casu.

[r] *Arruntium*] *Lucius*, non *Titus*, dicebatur; est illustris ille vir, senator et consularis, Augusti judicio dignus principatu, Tacito nostro sæpe nominatus.

Arruntium, Vinicium] Pro *Vinicium* vulgo legitur *Fulcinium.* Hic quatuor oratores nominat Tacitus, qui cum eos sibi patronos reus postulasset, alius alia excusatione usi, nunus illud subterfugerunt. Sed quomodo in eis *Fulcinius* numerari potest? hic

roaldus aliique veteres edidere, *Fulcinium*. Ryckius, quem secuti sunt recentiores, conjecit *T. Vinicium*. Probavi ipse: ad literarum ductum, ceterorumque nominum prænomine insignitorum morem nihil accommodatius video. Minime probabiliter Muretus hæc nomina ita refingebat: *T. Arellium Fuscum, Cneium Asinium Gallum, Æserninum Marcellum, Sex. Pompeium*. Perperam distinctum in veteribus editionibus, *Æserninum, Marcellum*. De Sex. Pompeio, quem Valerius Maximus, II. 6. num. 8. laudat, ' ut omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus instructissimum—facundissimoque sermone, qui ore ejus quasi e beato quodam eloquentiæ fonte manabat,' dictum supra Annal. I. 7. Asinium Gallum, Asinii Pollionis filium, et Marcellum Æserninum, ejus nepotem, egregie commendat Seneca, Declam. IV. Præf. Vide et stemma Pollionum infra c. 75. *Brotier.* Aurelius putat scribendum *M. Fulcinium*. Nec dubito quin aliquid vitii hæc vox contraxerit, propter prænominis omissionem. Sed in eo Aurelio acccdere non possum, quod censet *Fulcinium Trionem* intelligi. Paulo enim ante de hoc narraverat Auctor eum in numerum accusatorum Pisonis fuisse receptum eatenus ut priorem vitam accusaret, III. 10. Absurdum enim et prævaricationis manifestæ, ex accusatore fieri patronum. Nec convenit ratio in hanc rem allegata, ut accusatorem validum et eloquentem subtraheret adversariis, Pisonem hunc patronum petiisse: quoniam Trioni tantum concessum ut priorem Pisonis vitam accusaret, de quo paulo post Tacitus III. 13. ' Fulcinius vetera et inania orditur;' ambitiose avareque habitam Hispaniam: ' quod neque convictum noxæ reo, si recentia purgaret; neque defensum absolutioni erat, si teneretur majoribus flagitiis.' Nullus igitur metus Pisoni a Trione erat. Præterea parum verisimile ab Tacito hominis novi nomen, et cujus ' celebre inter accusatores ingenium, avidumque famæ malæ' dicitur II. 28. ante nobilissimos viros et principes civitatis oratores positum. Quare aut alius hic

NOTÆ

enim et accusationes, ut ita dicam, factitabat, et cum sibi accusandi Pisonis munus ultro depoposcisset, depulsus eo conatu, ut tamen anteactam vitam accusaret, obtinuit, et accusavit.

Dubium igitur non est, quin hoc loco subsit mendum. Vetus liber non *Fulcinium* habuit, sed *Fuscênium*, ex qua scripturæ depravatione veritas eruetur. Lego igitur hoc modo: *T. Arellium Fuscum, Cneium Asinium Gallum, Æserninum Marcellum, Sex. Pompeium patronos petenti.*

De iis autem omnibus aliquid dicendum est. T. Arellius Fuscus pater, et ejusdem nominis filius, inter nobiles declamatores, sæpissime a Seneca in libris controversiarum nominantur.

Cneium, omnibus literis plerosque veterum solitos scribere discrte testatur Victorinus, cum tamen frequentius *C N.* duabus literis scribatur. Est igitur *Cneius Asinius Gallus, Cn. Asinii Pollionis filius*, qui dicebatur retinere ferociam patris, quique simulante Tiberio, nolle se summæ præesse, quæsiit ex eo, quam partem Reipub. sibi mandari vellet, ut I. I. dictum est.

Æserninus Marcellus, est *C. Claudius Marcellus Æserninus:* cujus et ipsius aliquoties apud Senecam mentio. Vetus autem esse in Marcellorum familia *Æserninorum* cognomen, argumento est, quod Cicero I. IV. accusationis *Marcellum* quendam *Æserninum* nominat.

Sed et *Eprius* quidam *Marcellus* inter isertos nominatur in lib. de Oratoribus, qui Tacito tribui solet. Qui tamen *Eprius* nullo modo videtur idem esse posse, cum eo, qui hic nominatur.

Sex. Pompeius is est, qui cum Sex. Apuleio consul fuit, quo anno Augustus excessit: et puto eundem

Asinium Gallum, Æserninum Marcellum, Sex. Pompeium[s] patronos' petenti, iisque diversa excusantibus, M. Lepidus et L. Piso et Livineius Regulus affuere, arrecta omni civi-

cinium, Asinium Gallum, Æserninum, Marcellum, Sex. Pompeium, *iisque diversa causantibus, ei præsto fuere M. Lepidus, et L. Piso, et Liveneius Regulus,*

NOTÆ

esse, qui a Seneca vocatur *Pompeius Silo*. Eum et Ovidius, ut vitæ suæ auctorem ac parentem, laudat. Et Valerius Maximus omnia se illi honorum incrementa debere profitetur. *Muretus.*

Fulcinium] Quid? Fulcinium Trionem patronum petit Piso? atqui is accusationem ejus petiit, obtinuitque, et mox etiam exequitur. Ambigo de lectione, nisi alius aliquis *Fulcinius* ab isto. *Lipsius.*

Fulcinium] Tam diserte scriptum est hoc nomen, ut de eo non ambigam. Et scriptum fuit, *M. Fulcinium.* Et puto, ut accusatorem validum et eloquentem subtraheret adversariis, Pisonem hunc patronum petiisse; quippe et valebat venali eloquentia apud senatum, et amicitia apud principem. Nam quia nondum accusator, ideo nondum prævaricator. Ceterum illud *M.* in fine verbi, *Arruntium*, extat. *Aurelius.*

Fulcinium] Piso petit Patronum Asinium Gallum, qui propinquus Agrippinæ, et liberorum Germanici: quidni et petere potuit Fulcinium Trionem, qui tantum spontaneus accusator fuit?

Distinctio Lipsium decepit, ut crederet per Marcellum hic designari 'Eprium nomine, cujus celebre ingenium in foro.'

Sed hunc certe patronum dedignatus esset Piso 'sordide natum,' ut discimus ex Dialogo de Orat. c. 8. nam et omnes reliqui quos hic nominat, sunt ex primoribus civitatis, sanguine Pisoni, aut amicitia juncti: igitur mox Tiberius: 'Si quos propinquus sanguis, aut sua fides patronos dedit.' Deinde hic Eprius sub Vespasiano, hoc est, quinquaginta plus minus annis postea claruit, ut ex auctore nostro constat.

Æserninus autem hic ipse est, qui apud Sueton. in Aug. 43. memoratur, Asinii Pollionis nepos, frater, ut videtur, Asinii Marcelli, quo de sermo apud Tac. XIV. 40. Meminit ejus Seneca in præfat. epitomes l. IV. contr. et noster 'ad summa provectum,' ait, 'incorrupta vita et facundia.' *Freinsh.*

[s] *Sex. Pompeium*] Est ille, qui supra cum Apuleio consul, quem Valerius Maximus amicum patronumque suum nimis plena manu laudat IV. 7. vocat clarissimum, ac disertissimum virum, et addit: 'a quo omnium incrementa commodorum ultro oblata cepi: per quem tutior adversus casus steti: qui studia nostra ductu, et auspiciis suis lucidiora, et alacriora reddidit.'

Et II. 1. assignificat Proconsulem eum Asiæ fuisse, comite se: vocat ibi, 'virum ut omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus instructissimum:' additque 'facundissimum sermonem ore ejus, quasi e beato quodam eloquentiæ fonte, manasse.'

Nec dissentit Ovidius, qui vitam illi suam, fortunasque non uno loco refert acceptas, ut appareat hunc Sextum amicum unice fuisse Musis studiisque: et ideo a nobis fugitivam memoriam ejus non frustra retractam. *Lipsius.*

tate, ' quanta fides amicis Germanici, quæ fiducia reo :[t] satin' cohiberet ac premeret[4] sensus suos Tiberius.' Iis[5] haud alias intentior populus, plus sibi[u] in Principem occultæ vocis aut suspicacis silentii permisit.

12. Die Senatus Cæsar orationem habuit meditato temperamento: ' Patris sui Legatum[v] atque amicum Pisonem fuisse, adjutoremque[w] Germanico datum a se, auctore Se-

intenta suspensaque universa civitate, ut videret, quanta foret constantia amicis Germanici, quæ sonti audacia, satisne comprimeret atque reconderet sensa sua Tiberius, an aperiret. *Iis nunquam alias plebs attentior, plus in Imperatorem secreti sermonis, aut suspectantis silentii sibi arrogavit.*

Die senatus princeps orationem habuit temperata sententia, disseruitque Pisonem legatum atque familiarem fuisse patris sui Augusti, seque eum Germa-

---

Fulcinius, aut forte *M. Vinicium* legendum. *Ryckius.*—4 *An promeret,* Brotier. Sic Beroaldus ceterique libri editi præter Antuerpianam editionem anni 1648. in qua hæc omissa. Ms. Flor. *ac premeret,* quod ex superioribus repetitum, et deletum vult Pichena. Utroque in loco *ac premeret* omittendum censet Gruterus. Beroaldina emendatio non displicet, et cum oratione Cæsaris, meditato temperamento habita, egregie stat. Heinsius confidenter delevit. *Brotier.*—5 *Iis,* delet Acidalius. Certe expungi potest sine ullo sententiæ dispendio. Forte tamen quondam scriptum, *iis intentior populus haud alias plus sibi in principem occultæ vocis, aut suspicacis silentii permisit.* In Ms. Flor. *is haud alias intentior : populus, &c.* Ita ut, *intentior,* ad Tiberium referatur. At tunc disjuncta omnia, hiulca, nec Corneliana : hæc tamen approbavit Cl. Gordon. *Brotier.*

NOTÆ

[t] *Quæ fiducia reo*] Utrum Piso in tanto crimine, pro solita pervicacia acturus, an potius condemnationis metu fiduciam abjecturus esset? Utrum Tiberius in ea re, ut in aliis, solita dissimulatione usurus, an vero sensus animi sui aperte patefacturus esset?

[u] *Plus sibi*] Non alias majorem sibi licentiam sumsit de Tiberii ingenio, partim occultis sermonibus, partim etiam tacitis suspicionibus opinandi.

[v] *Patris sui legatum*] In Hispania, ut apparet ex sequentibus.

[w] *Adjutorem*] Justinus XLIII. cum quæ Eumeni essent attributæ provinciæ dixisset : ' adjutores ei dantur cum exercitibus frater Perdiccæ Alcetas,' &c. Livius l. VI. ' Volscum bellum M. Furio extra ordinem decretum. Adjutor ex tribunis sorte L. Furius datus, non tam e Republica, quam ut collegæ materia ad omnem laudem esset.' Suetonius Tiberio c. 63. ' per legatos et adjutores suos.'

Adjutoremque] Non solummodo Piso legatus, sed et adjutor Germanico datus, quia non tantum bellum aliquod conficiendum, aut provincia administranda, sed multa in oriente ordinanda : imponendus fuit Armeniæ rex, et idcirco multa componenda cum Parthis, et cum ipsis primoribus Armeniis, qui Parthicæ factionis ; Cappadocia in provinciam redigenda fuit.

Sic et multa constituenda componendaque Germanico cum aliis regibus populisque, in quibus acri ministerio opus fuit. Sic Druso in Illy-

natu, rebus apud Orientem administrandis. Illic contumacia et certaminibus asperasset juvenem, exituque ejus lætatus esset,[x] an scelere exstinxisset, integris animis dijudicandum. Nam, si Legatus officii terminos, obsequium erga Imperatorem, exuit, ejusdemque morte et luctu meo lætatus est; odero, seponamque a domo mea,[y] et privatas inimicitias non vi Principis ulciscar:[1] sin facinus, in cujuscumque mortalium nece vindicandum, detegitur; vos vero et liberos Germanici, et nos parentes, justis solatiis afficite: simulque illud reputate, turbide et seditiose[z] tractaverit exercitus Piso; quæsita sint per ambitionem studia militum; armis

nico administrum dedisse, ex sententia Patrum, rebus apud orientem componendis. Justis et incorruptis mentibus discernendum, an illic pervicacia et jurgiis irritasset adolescentem, et de interitu ejus gavisus esset, an fraude et perfidia illum interfecisset. Nam si legatus potestatis fines egressus sit, fidem erga Germanicum ducem exuerit, ejusdemque exitu et dolore nostro gavisus sit; eum aversabor et removebo a penatibus meis, et privata odia, non imperitantis vindicabo: sin comperitur scelus, in cujuscumque hominis morte puniendum, vos ipsi et filios Germanici, et nos parentes æquis solatiis recreate, erigite. Illud quoque cogitetis, an turbas et discordias concitarit in castris Piso; an conciliarit solicitaveritque militum animos, studio rerum

1 Libri omnes veteres, *et privatas inimicitias novi Principis ulciscar*. Emendavit Faërnus, *non Principis*, quod in optimæ notæ editionibus receptum. Tentavit quoque Antonius Augustinus, *non ut Princeps*. Muretus et Mercerus, *non vi Principis*, ut infra Annal. v. 5. ‘ paratos ad ultionem vi Principis impediri:’ hoc probavere Freinshemius et Ernestus. Displicet tamen ob nescio quid asperum, nec Cornelianum. *Brotier.*

NOTÆ

ricum eunti ad componendam seditionem datus comes et adjutor Sejanus. Sic olim L. Cæsari in Syriam eunti ad componendum orientem datus rector adjutorque M. Lollius.

[x] *Lætatus esset*] An ejus morte tantum gavisus esset; an vero auctor mortis fuisset, ejusque occasionem suo scelere præbuisset.

[y] *Odero, seponamque a domo mea*] Amicitiam ei, more majorum, renuntiabo.

[z] *Turbide et seditiose*] Verumne sit quod fertur, Pisonem animo turbido atque seditioso apud exercitus versatum esse, et ea de causa favorem militum ambitioso, et ad vulgi gustum accommodato imperio, captavisse. *Freinsh.*

Ambitio vocatur cum quis favorem vulgi, et ex tali favore imperium, et res novas molitur; ita ut ex ingenio et libidine militum potius imperet, quam ex bono publico; ita ut precario potestatem exerceat, ‘ omniaque serviliter faciat pro dominatione;’ et, ut habet Tacit. Agric. 16. de Trebellio rectore Britanniæ, ‘ Precario mox præfuit: ac velut pacti, exercitus licentiam, dux salutem,’ &c. seu imperium, aut inanem vulgi favorem aucupetur, quo pro tempore uti in rem suam possit.

repetita provincia; an falsa hæc in majus vulgaverint accusatores: quorum ego nimiis studiis jure succenseo. Nam quo pertinuit, nudare corpus, et contrectandum vulgi oculis permittere, differrique etiam per externos,[a] tanquam veneno interceptus esset, si incerta adhuc ista, et scrutanda sunt? Defleo equidem filium meum, semperque deflebo: sed neque reum prohibeo, quo minus cuncta proferat, quibus innocentia ejus sublevari, aut, si qua fuit iniquitas Germanici, coargui possit: vosque oro, ne, quia dolori meo causa connexa est, objecta crimina pro approbatis accipiatis. Si quos propinquus sanguis, aut fides sua patronos dedit,[b] quantum quisque eloquentia et cura valet, juvate periclitantem: ad eundem laborem, eandem constantiam accusatores hortor. Id solum[c] Germanico super leges præstiterimus, quod in curia potius, quam in foro, apud Senatum,

novarum, an bello provinciam repetierit; an vana hæc in majus delatores publicaverint: quorum ego nimiis studiis haud abs re irascor. Nam quo spectabat spoliare corpus Germanici, et investigandum plebis oculis exponere, vulgarique etiam per extraneos, quasi veneno extinctus esset, si ambigua ista, et adhuc inquirenda sint? Lugeo sane filium meum, semperque lugebo: sed neque impedio sontem, quin omnia promat afferatque, quibus ejus innocentia fulciri possit, aut, si qua fuit culpa Germanici, incusari queat: vosque obtestor, ne exprobrata scelera pro veris et certis interpretemini, quia illa quæstio mœrori meo conjuncta est. Si quos conjunctio generis, vel auctoritas sua patronos conciliavit, quantum quilibet facundia, ingenio, et labore pollet, hunc tuemini in tali discrimine versantem. Hortor accusatores ad eandem operam, eandemque animi firmitudinem. Id unum Germanico præter leges tribuerimus, quod de exitu ejus quæstio habeatur in senatu, potius

NOTÆ

[a] *Per externos*] Per *externos* intelligit Medos, et ceteros orientis Reges gentesque, ac præcipue Parthorum regem. Nam Artabanus ipse Rex Regum, id genus parricidia atrociter exprobravit Tiberio, Sueton. Tib. 66. 'Quin et Artabani Parthorum Regis laceratus est literis, parricidia, et cædes, et ignaviam, et luxuriam objicientis, monentisque, ut voluntaria morte maximo justissimoque civium odio quamprimum satisfaceret.'

[b] *Fides sua patronos dedit*] Quidam *datos* interpretantur: quomodo videlicet iis, qui per adversarii potentiam advocatos non reperiunt, dari solent; IX. 5. de offic. procos. At si sic dati essent, propinquitas sanguinis aut fides frustra in illis commendaretur.

[c] *Id solum*] Volo in hac causa plane sic agi, ut consuetudo fert, et legibus cautum est; unum hoc supra leges demus Germanico, quod in curia, et apud senatum, potius quam in foro apud decurias, de morte ejus inquiritur. Reliqua omnia haud minus modeste atque civiliter tractentur, quam in aliis causis fieri solet.

quam apud judices, de morte ejus anquiritur. Cetera pari modestia tractentur: nemo Drusi lacrymas, nemo mœstitiam meam spectet, nec si qua in nos[d] adversa[2] finguntur.'[e]

13. Exin 'biduum[f] criminibus objiciendis' statuitur, 'utque, sex dierum spatio interjecto, reus per triduum defenderetur.' Tum Fulcinius vetera et inania orditur: 'ambitiose avareque habitam Hispaniam:' quod neque convic-

quam in foro, apud patres, quam apud judices. Reliqua simili modestia agitentur. Ne quis intueatur fletus Drusi, vel tristitiam nostram, nec si qui in nos sinistri rumores falso sparguntur.

Postea duo dies *præfiniuntur* sceleribus accusandis, utque, sex diebus interpositis, reus tribus diebus crimina diluerct. *Tum Fulcinius prisca et vana ingreditur*, Pisonem administrasse Hispaniam per ambitionem et avaritiam;

2 Aliquid hic excidisse male suspicatur Acidalius. Haud felicior Gronovius qui tentat *diversa*, pro *adversa*. Adversos rumores lætam sibi esse Germanici mortem, supra c. 2. perstringit. *Brotier.*

NOTÆ

[d] *Nec si qua in nos*] Ne quis etiam attendat adversis sermonibus, quibus immerito et falso traducimur. Hoc dicebat, cum non ignoraret, vulgo credi, ipso non invito Germanicum a Pisone interceptum fuisse.

[e] *In nos adversa finguntur*] Nempe adversa famæ nostræ et decori. *Adversa*, id est contraria, seu opposita.

[f] *Exin biduum*] Semper plus temporis reo, quam accusatori tribui solebat, nec immerito. Longiori tempore opus est ad sananda vulnera, quam ad infligenda.

Tempus accusatori et reo causam agendi non semper idem antiquitus statutum observamus, præsertim apud Asconium *in orat.* Cic. Scribitque Plinius l. IV. Epist. 9. ad Ursum, in foro coram judicibus lege cautum fuisse, 'ut sex horæ accusatori, novem vero darentur reo orandi, uno scilicet et altero die.'

At Cn. Pompeius tempus hoc magis etiam restrinxit, scribente Pedianoin Cic. orat. pro Milone: 'Pompeius legem promulgavit, qua prius testes dati per triduum, dein uno die atque eodem, et ab accusatore et a reo perorari jubebat.'

Ego puto id judicis arbitrarium fuisse, pro personarum et criminum qualitate. Sic apud Jurisconsultos legimus, quale quantumque tempus sit, judicis arbitrio relinqui definiendum. *L. ab hostibus*, §. *final. ex quibus causis major.*

Id autem ex hoc Taciti loco elici potest, siquidem Tiberius habita ratione personarum, Germanici scilicet, de cujus nece ambigebatur, et Pisonis, qui reus agebatur, necnon criminis de veneno objecti; certum accusatoribus et reo objiciendorum et diluendorum criminum sex dierum tempus constitnit: alioquin id minime facturus, si a lege certum et ordinarium tempus statutum fuisset. *Donatus.*

tum noxæ reo, si recentia purgaret; neque defensum absolutioni erat, si teneretur majoribus flagitiis. Post quem Servæus[g] et Veranius et Vitellius, consimili studio, sed multa eloquentia Vitellius, objecere: 'odio Germanici, et rerum novarum studio, Pisonem vulgus militum, per licentiam et sociorum injurias,[h] eo usque corrupisse, ut *parens legionum* a deterrimis appellaretur: contra, in optimum quemque,[i] maxime in comites et amicos Germanici, sævisse: postremo, ipsum devotionibus et veneno peremisse: sacra hinc[j] et immolationes nefandas[k] ipsius atque Plancinæ: petitam armis Remp. utque reus agi posset,[l] acie victum.'

quod neque probatum exitiabile reo erat, si nova amoliretur; neque, etsi dilueret, absolvebat, si atrocioribus sceleribus convinceretur. Post Trionem Servæus et Veranius et Vitellius pari ardore, sed plurima facundia Vitellius, exprobravere, Pisonem invidia in Germanicum, et novas res moliendi consilio, eo usque solicitasse gregarium militem, per lasciviam et injurias sociorum, ut *eum*, pessimi *patrem legionum* vocarent: contra, se crudeliter gessisse in modestissimum quemque, et præcipue in clientes et familiares Germanici: demum ipsum incantationibus et veneficiis necasse; deinde sacrificia, immolationes impias ipsius Pisonis atque Plancinæ. Lacessitam bello Rempublicam, utque in jus trahi posset, prælio profligatum.

NOTÆ

[g] *Servæus*] De hoc ipso Tacitus l. VI. 'Quintus Servæus post hæc, et Minutius Thermus inducti. Servæus prætura functus, et quondam Germanici comes.'

[h] *Sociorum injurias*] Nonnulli contemtum explicant. Ast quid per *injurias* hic intelligi velit, explicat ipse II. 55. 'Licentiam in urbibus, vagum ac lascivientem per agros militem;' et III. 14. 'Proviuciam pessimo cuique obnoxiam.' Ita supra II. 69.: *contumelium* quoque de *verbis* tantum male interpretabantur; ad res, et *facta* etiam spectat.

[i] *Optimum quemque*] Civium, sociorum, virorum militarium, et præcipue comitum Germanici.

[j] *Sacra hinc*] Peremto jam et extincto Germanico, facta videntur illa sacra et immolationes, quæ idcirco *nefandæ* forte appellantur, quia in funere tanti principis, et in luctu publico factæ essent. Plaudente sola Plancina, exultante et iusultante solo Pisone, dum ceteri homines ingemiscerent.

Sacra hinc] Exprobrabant deiude sacrificia et immolationes nefandas, tam ipsius Pisonis, quam Plancinæ, quibus in publico luctu lætitiam palam ostentavissent: quod nefarium et impium.

[k] *Immolationes nefandas*] Accipiunt de sacris magicis. At mihi dubium non est sacra respici, de quibus II. 75. 'cædit victimas:' quas 'immolationes nefarias' accusatores appellant, quia in luctu publico et ob eum luctum factæ. Quomodo 'nefariam vocem' Lutorii vocat Lepidus III. 50. *Freinsh.*

[l] *Utque reus agi posset*] Quod in cive novum atque inauditum est, prælio

14. Defensio in ceteris trepidavit: nam neque ambitionem militarem, neque provinciam pessimo cuique obnoxiam, ne contumelias quidem adversum Imperatorem[m] infitiari[1] poterat: solum veneni crimen visus est diluisse: quod ne accusatores quidem satis firmabant, ‘ in convivio Germanici cum super eum Piso[n] discumberet, infectos manibus ejus cibos,’ arguentes: quippe absurdum videbatur, inter aliena servitia, et tot astantium visu,[2] ipso Germanico coram, id ausum: offerebatque familiam reus, et ministros in tormenta[o] flagitabat. Sed judices per diversa implacabiles erant: Cæsar, ob bellum provinciæ illatum; Senatus, nunquam

Defensio in aliis criminibus dubia atque incerta hæsit. Quippe neque negare poterat Piso *se solicitasse et corrupisse milites per ambitionem, neque Syriam deterrimi cujusque injuriis permissam, ne probra et convitia quidem adversus Cæsarem jacta diluebat: solum veneficii facinus purgasse credebatur: quod ne delatores quidem satis probabant, objicientes* Pisonem inquinasse contactu suo carnes in epulis Germanici, cum supra illum mensæ accumberet; *nam haud simile vero videbatur in oculis ipsius Germanici id tentasse, inter alienos servos, et in conspectu tot hominum circumstantium: offerebatque reus mancipia* sua, *et ministros* Germanici *ad quæstionem postulabat. Sed judices variis de causis inexorabiles erant; Tiberius ob repetitam armis provinciam; Patres quia nunquam satis persuadebantur sine*

1 *Inficiari* Homer. et Ryckius.—2 Heinsius legebat *visus.*

NOTÆ

fuisse vincendum, ut legibus interrogari posset.

[m] *Adversum Imperatorem*] *Imperator* hic, non princeps Tiberius, sed exercitus dux Germanicus. Sic paulo supra: ‘ Nam si legatus officii terminos, obsequium erga imperatorem exuit.’ Respondent enim sibi invicem, *legatus* et *imperator.*

[n] *Cum super eum Piso*] Iuterior ergo discubuit Germanicus, ut dignissimus. *Lipsius.*

Cum super eum] Discumbebat videlicet Germanicus in imo loco medii lecti, qui locus erat Romanis honoratissimus, et consularis. Vide Plutarchum problem. 3. l. 1. Symposiacon. *Muretus.*

[o] *Ministros in tormenta*] Cum familiam suam offerret Piso ad tormenta, flagitabat etiam ad idem eos qui Germanico in eo convivio ministrarant: ita enim capio ministros hic. Tacit. lib. seq. ‘ quod is Lygdus ætate atque forma carus domino, interque primos ministros erat.’ Paulo post: ‘ quin potius ministros veneni excruciaret:’ inferius; ‘ ejus os lapsis repente saxis, obrnit quosdam ministros.’ *Pichena.*

Ministros intelligit servos, per quos ut alia, sic mensæ etiam ministeria tum obibantur; hoc sensu proprie, *ministri* IV. 10. eoque hoc etiam loco proxime præcessit de *familia*, hoc est servis: sequiturque *in tormenta flagitabat*, quod in liberis capitibus non ei licuisset.

satis credito, sine fraude Germanicum interiisse. *Scripsis-
sent[p] expostulantes:[3] quod haud minus Tiberius quam Piso

scelere Germanicum periisse, ita ut obstreperent, et tumultu verborum inclamarent, quæ ministri quidam scripsissent, *expostulantes: quod haud minus Ti-*

3 Ita libri omnes. Idem in omnibus vitium. Verba, *scripsissent expostulantes: quod haud minus Tiberius, quam Piso, abnuere*, loco suo mota existimat Lipsius. Muretus omnino expungit, *scripsissent expostulantes:* cetera superioribus verbis, *infectos manibus ejus cibos arguentes* subjungit, at minime probabiliter. Mercerus infeliciter tentat, *submisse expostulantes, quod haud minus Tiberius, quam Piso, abnueret*, quasi submissa voce quererctur senatus, quod haud minus Tiberius, quam Piso mortem Germanico esse illatam negarent. Illustr. Huetius, *scripsissent* insititium putat, et ex *interiisse* enatum arbitratur. Ex fictitio Codice Ms. Faërnus et Ursinus addunt, *scripsissent: instabant accusatores statim scribi sententias expostulantes.* Absurde Boxhornius, *cur interfecisset expostulantes.* In tantis salebris, Gronovius et Ernestus, taciti inhærent. Forte duæ tantum voculæ, *et quæ*, vel *quæque*, excidere. *Judices per diversa implacabiles erant: Cæsar ob bellum provinciæ illatum: Senatus, nunquam satis credito sine fraude Germanicum interiisse, et quæ scripsissent expostulantes,* ut ex Germanici, Pisonis, ipsiusque Tiberii et Liviæ, qui occulte perstringuntur, chartis veritas pateret: *quod haud minus Tiberius, quam Piso, abnuere*, ne dominationis arcana proderentur. Non ita probabiliter Freinshemius in Paraphrasi Cornel. 'Quidam etiam longius provehebantur, exhiberi recitarique literas, quas amici Pisonis ad ipsum scripsissent, expostulantes, cui flagitationi haud minus Tiberius, quam ipse Piso, restitit.' *Brotier.* Lacunam, quæ ibi notata

NOTÆ

[p] *Scripsissent expostulantes*] Sensus est, objectum a senatu Pisoni, quod ipsi, nempe Germanicus et Piso, per literas expostulavissent de veneno præbito. *Rhen.*

Mihi levi mutatione rescribendum videtur, *submisse expostulantes, quod haud minus Tiberius quam Piso abnuere.* Persuasum erat et vulgo et senatui, fraude periisse Germanicum: id Tiberius semper agnoscere se diffitetur, et hoc crimen longe a Pisone rejicit; mavultque hærere eum in majestatis crimine, quam in veneficii.

Id patres indignari, quod præcipuum crimen rei non minus princeps quam ipse Piso abnueret. Sed hoc submisse, et secreto murmure. Nihil certius. Paulo post de Planciua; 'in quam optimi cujusque secreti questus magis ardescebant.' Et paulo inferius hoc ipso libro: 'Exin promtum quod multorum intimis questibus tegebatur.' *Mercerus.*

Scripsissent] Plerique de literis, vel a Pisone ad Germanicum, vel a Germanico ad Pisonem, vel ad hunc a Tiberio, aut ab amicis Pisonis scriptis agi existimant, easque a patribus expostulari, ut ex iis convinci posset Piso.

Sed quis credat, vel scelus in Germanicum cogitatum amicis, quorum nullus hic usus erat, Pisonem per literas aperuisse; vel præsente Tiberio, hujus hac de re scripta mandata Senatores expostulasse? Pisonis, si quæ fuerint ad Germanicum epistolæ, non tam a Pisone peti, quam ab Agrippina debebant.

Itaque verisimile mihi est, alia hic scripsisse Tacitum. Ac vestigia corruptæ lectionis proxime secutus, non incommode, totum hunc locum sic mihi videor restituisse: *sed judices per*

abnuere. Simul populi ante curiam voces audiebantur:

berius quam Piso abnuere. Simul ante curiam plebis clamores excepti, eum dis-

---

est, nemo commentatorum bene explevit: et Lipsius nodum magis discidit quam explicavit, aliunde huc ingesta statuens verba *scripsissent expostulantes; quod haud minus Tiberius quam Piso abnuere:* quibus h. l. omissis cetera satis cohærere videntur. Sed ipsi non liquebat, quo illa, quæ sic superent, remittenda essent. Venerat amico in mentem, posse ea finem facere superiori capiti, subdique accusationi; unde dein melius illud consequatur: 'Defensio in ceteris trepidavit.' Sed et sic nova turba existit, novaque lacuna, quam ingenio explere temerarium sit. Atque eum sine melioribus argumentis vetitum sit, adversus verba, quæ olim locum possident, vim fieri, probabilius alii vocem *expostulantes* ad *Senatum* per synesin referunt, quasi Patres expostularent, *quæ scripsissent* Piso et Planeina, (cf. l. II. c. 78.) forsan laudes et grates Tiberio, tanquam ob res novas, quas petiisse Germanicum finxissent, fractas; unde credi potuerit, Pisonem cum uxore auctorem mortis fuisse. Talia scripta negare poterant uterque, et Tiberius et Piso. Sed locum desperatum, in quem quid alii commentati sint, pariter relinquimus. *Bipont. ed.* 1792. Nullis in his verbis sensus. Unde sequor Mercerum levi mutatione locum hunc persanantem: *submisse expostulantes, quod*, &c. *abnueret:* id est, indignabantur Patres, quod præcipuum rei crimen, homicidium Germanici, non minus Princeps diffiteretur atque a Pisone rejiceret, quam ipse Piso. *Ryckius.*

NOTÆ

diversa implacabiles erant; Cæsar ob bellum provinciæ illatum: senatus nunquam satis credito sine fraude Germanicum interiisse: cur interfecisset, expostulantes; quod haud minus Tiberius, quam Piso abnuere. Adeo certum erat patribus non sine fraude Pisonis Germanicum interiisse, ut in hujus causæ cognitione, palam expostulaverint, rogaverintque ipsum Pisonem, cur vero Germanicum, optimum, et innocentissimum principem, interfecisset. *Boxhornius.*

Inepta et insulsa prorsus fuisset illa interrogatio Patrum, qui peterent id quod adhuc inquirebatur. Quæstio erat, an interfecisset Piso, non, cur interfecisset; et petit principium bonus interpres. Probandum fuit venenum, prius quam rogarent, cur datum foret.

At ita certi erant de fraude, ut jam quærerent de causa fraudis. Sed quis unquam sanus Judex de causa culpæ et intentione rei inquisivit? argumenta quærit criminis, non causam. Certe Patres nunquam satis credere poterant Germanicum, ætate et robore florentem, sine fraude interiisse: sed tamen nondum certa, nondum probata satis illa fraus, ut jam de causa fraudis seu sceleris inquirerent, expostularentque.

Scripsissent] Inclino ut legam: *Nunquam credito Germanicum sine fraude interisse, ita ut palam fremerent, ea quæ nonnulli scripsissent*, seu *præscripsissent, expostulantes, quod Tiberius et Piso juxta abnuere.*

Aut enim scripserat Tiberius Pisoni, Livia Plancinæ, vel Tiberius et Livia utrisque scripserant in orientem; vel postulabant Patres, quæ Germanicus et Piso invicem scripsissent, vel quæ amici Germanici et comites aliis scripsissent, vel etiam quæ alii Romani in Syria degentes, et isti factionis forte immixti, scripsissent, vel quæ scripsissent mandassentque imperitantes, non per se, sed per mi-

NOTÆ

nistros; nec forte ipsi in necem Cæsaris directe, sed talia ex quibus id auderent Piso et Plancina, quasi per officium in imperitantes.

Nec dicas tam inconsultos fuisse Patres, ut palam incusarent, ut coram sic coarguere, et convincere imperitantes, vellent. In ministros tantum inquirebant qui nempe mandassent cædem Germanici, aut perpetrassent; hoc tantum directe quærebant, dominos iutactos, et innoxios cupientes, aut saltem prætexentes, forte quasi invitis illis et insciis cædes patrata esset.

Sie lib. v. 4. ubi de exitio Agrippinæ et Neronis agebatur in senatu. ' Populus effigies Agrippinæ ac Neronis gerens, circumsistit curiam, festisque in Cæsarem ominibus, falsas literas, et principe invito exitium domui ejus intendi, clamitat.'

Ut vides innoxium principem faciunt, et tacite totum crimen refundunt in unum Sejanum, qui invito principe exitium domus ipsius moliebatur, &c. ita et in re Germanici, totum crimen refundebant Patres in Pisonem, et quosdam alios, qui mandassent.

Ut melius tota res intelligatur, repetendum quod supra narravit Tacitus de cæde Agrippæ Postumi, qui Cæsar et filius Augusti: ob ingenium ejus stolidum, ferocitatemque postulaverat Augustus a Patribus, ut exilium ejus Senatusconsulto decerneretur; quod factum, et insula Planasia inclusus est, appositusque custodiæ illius tribunus, seu centurio cum militibus.

At cum obiisset Augustus Nolæ, et multa expedirentur ad firmandum principatum Tiberii, inter alia facinora novi principatus, jugulandus statim fuit Postumus Augusti filius, ne scenam turbaret. Itaque cædem mandant Crispo Sallustio, qui nepos sororis Sallustii scriptoris.

Mandant autem, vel libello obsignato manu sua, seu annulo, vel ore proprio; Sallustius ipse scribit nomine principum, mandatque cædem Postumi Tribuno, seu Centurioni, epistola obsignata suo annulo. Cæde confecta venit in urbem tribunus, seu centurio (nam discrepant auctores) refertque Tiberio, pro more militiæ, factum esse quod imperasset.

Sed perculsus Tiberius, quia nondum satis certus imperii, respondet se non jussisse cædem Postumi, redditurumque rationem senatui centurionem. Quo responso et simulatione Tiberii exterritus Sallustius adit Liviam, monetque constare rationem imperii, ' si uni reddatur,' non senatui. Timebat Sallustius, ne reus subderetur juxta periculoso, sive vera, sive ficta promeret.

Si res hæc agitata in senatu esset, ut simulabat Tiberius, quis eo casu potuit argui facinoris, aut convinci? ipse tribunus, seu centurio; et ipse Sallustius, qui mandarat, et præter hos nemo; non imperitantes, ut qui rem mandassent Sallustio, verbo tantum; et quamvis scripto mandassent, proferre illud ausus non foret, nam par exitium, si proferret, immo majus exitium, certiusque et promtius instabat.

Sic et se res habuit in casu, seu nece Germanici. Nam et si peterentur epistolæ ab iratis Patribus, mandataque in Germanicum, et si proferrentur in senatu, quis convinci facinoris potuit? solus Piso, et qui mandassent, aut talibus consiliis palam immixti essent: non imperitantes, qui talia verbis tantum demandabant, ' hoc egisse secretos Plancinæ cum Augusta sermones,' aut codicillis ita secretis, ut detegi non possent.

At habuit vera mandata Tiberii Piso, quæ proferre in animo habuit. Præter quam quod hæc valde incerta

NOTÆ

sunt, et nihil affirmat nisi ex sermonibus vulgi. Tacitus habuit mandata Tiberii, ut dixi, alio scribente et firmata alieno annulo, non Tiberiano, quibus eum argueret non convinceret, ut Sallustius tribuno custodiæ Postumi apposito scripsit verbis et nomine imperitantium, et suo tantum annulo obsignavit literas: tum quid demonstrare potuit tribunus, nisi epistolam, et mandata Sallustii? sicque imperitantium nemo certe convinci potuit.

Sed ex Herodiano patet talia mandata manu et sigillo mandantium obsignata pro more esse: sed dispar ratio est. In casu Herodiani, non princeps eædem mandabat, immo Plautianus, qui privatus erat, imperabat cædem principum. Non igitur mirum, si ille cui mandabatur eædes, libellum obsignatum petiverit a mandante: quod non modo in sui tutelam, sed etiam dolo petebat, nempe ut exhiberet principi, Severo nempe, quo mandante palatium irrupisset, et quo auctorem ipsum sceleris convinceret.

Hinc igitur colligo, Patres iratos frementesque in tanto dolore, tantaque consternatione publica, petiisse undecumque argumenta adversus interfectores Germanici; et eo magis, quod nondum satis securus imperii Tiberius, quo tempore spirabat adhuc libertas populi, Patrumque quo nondum pervicacia recti libertatisque penitus obsoleta et extincta erat; ut posthac sequenti ævo fuit semper sæva præcipitique magis magisque dominatione.

Turbat tamen Suetonius Tib. XXII. ubi de Postumo: 'Hunc Tribunus militum custos appositus occidit, lectis codicillis, quibus ut id faceret, jubebatur. Quos codicillos dubium fuit Augustus, ne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret, an nomine Augusti Livia, et ea conscio Tiberio an ignaro dictasset. Tiberius renuntianti tribuno factum esse quod imperasset, neque imperasse se, et redditurum eum senatui rationem, respondit.'

Certe habuit codicillos ad manum tribunus, sed cujus essent codicilli illi incertum, non certe Tiberii, quod suffiebat principi ad innocentiam. Nam qua fronte id negasset? sive essent Liviæ, sive Sallustii, quid hoc ad principem? et verisimile est hos codicillos fuisse solius Sallustii, quantum patet ex Tacito, quibus nihil evincebatur adversus imperitantes; quid enim tantopere timuisset Sallustius, si mandata solo imperitantium annulo obsignata fuissent?

Sicque salva innocentia principum, scelesta mandata adversus Germanicum flagitare potuerunt Patres, præsertim in turba et tumultu obstrepentes, nondum penitus abolita constantia Romana, et Tiberii nondum satis firmato principatu, quasi adhuc spiraret Germanicus, quo defuncto plerique Patrum et populi vitam et ipsi exhorrebant.

Audi Sueton. de tali libertate Patrum Tiberio, XXIV. 'cum detractaret imperium impudentissimo animo, ita ut quidam patientiam rumperent, atque unus in tumultu proclamaret, aut agat, aut desistat.' Multa similia pervicaciæ Patrum argumenta extant apud Tacitum.

Sic lib. III. 36. 'Haud dissimilia alii, et quædam atrociora circumstrepebant.' Sic lib. III. hist. 85. 'versare sententias, et huc atque illuc torquere, hostem et parricidam Vitellium vocantes,' &c. 'inclamare tamen: et ubi plurimæ voces, aut tumultu verborum sibi ipsi obstrepentes.'

Cogita nunc Pisonem, qui damnat oratores, delatoresque in oculis principis, qui abit e senatu invito, et ro-

'non temperaturos manibus, si Patrum sententias evasisset:' effigiesque Pisonis[q] traxerant in Gemonias,[r] ac devellebant,[4 s] ni jussu Principis protectæ repositæque forent. Igitur inditus lecticæ,[t] et a Tribuno prætoriæ cohortis deductus est: vario rumore, custos salutis, an mortis exactor sequeretur.[u]

15. Eadem Plancinæ invidia, major gratia: eoque am-

cerpturos manibus, si judicum sententiis absolveretur. *Statuasque Pisonis in Gemonias rapuerant, ac deripiebant*, moliebanturque sedibus, *ni imperio Cæsaris defensæ et restitutæ forent. Igitur impositus est lecticæ* Piso *et tribunus prætoriæ cohortis eum comitatus est; diversa fama, an ut servaret, an ut necem exigeret.*

Par indignatio in Plancinam Senatus, populique Rom. *at plus favoris* ex

4 Optime Ernestus. Male Beroaldus aliique veteres, *divellebant*. Brotier. Gronovius et Ryckius habent *divellebant*.

NOTÆ

gante Cæsare, ut manere vellet. Cogita Thraseas, Helvidios, Arulenos, quorum virtus, quorum frons ipsa damnabat ultro parricidia, ceteraque dominantium flagitia.

[q] *Effigiesque Pisonis*] Id solet in damnatis. Juvenalis de Sejano: 'Descendunt statuæ, restemque sequuntur.'

[r] *Gemonias*] [Scalæ, in octava regione Romæ antiquæ ad Clivum Capitolii montis, et prope locum, ubi fuit postea arcus Severi. Ex Roma ant. Nardini lib. v. c. 12. p. 288. *Tillemonius.*

[s] *Devellebant*] Vulgo, *divellebant:* replumbabant a basibus, quibus affixæ, atque applumbatæ erant. *Muretus.*

Devellebant] Simul imagines Pisonis in publico positas deturbare, et in Gemonias scalas, locum infamem, et reorum suppliciis destinatum, pertrahere incipiebant, effecissentque quod instituerant, nisi Tiberius effigies, quæ adhuc manebant, a furore plebis defendi, et quæ jam ex suis sedibus detractæ erant, reponi jussisset. *Freinsh.*

Divellebant] Puto, hoc sensu, quia nempe statuarum alias jam ipsi traxerant *in Gemonias* scalas; alias vero adhuc *divellebant*, seu basibus suis deripiebant, dejiciebantque; quod prohibuit Tiberius, restituique jussit suis locis, præcipue eas quæ nondum divulsæ, laceratæ, aut in frusta comminutæ erant: quod forte voluit Tacitus per τὸ *divellebant.*

[t] *Igitur inditus lecticæ*] Cum divellerent statuas Pisonis, hic tumultus causam præbuit, ut reus lecticæ impositus a Tribuno deduceretur, diverso hominum judicio; nam alii appositum reo tribunum, dicebant, ut eum adversus infensæ plebis violentiam tueretur, alii, ut ad mortem eum adigeret.

[u] *Mortis exactor sequeretur*] Exactor, qui præpositus ad exigendum, perficiendumque, quasi custos. Livius lib. II. de Bruto filios plectente: 'Et qui spectator erat amovendus, cum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit.'

Plinius lib. IX. epistola ad Paullinum: 'ac deinde ex meis aliquos operis exactores, custodes fructibus ponam.' Romæ marmor epitaphium:

biguum habebatur, quantum Cæsari in eam liceret: atque ipsa, donec mediæ Pisoni spes, ‘ sociam se cujuscumque fortunæ, et, si ita ferret, comitem exitii’[1] promittebat. Ut secretis Augustæ precibus veniam obtinuit,[v] paulatim segregari a marito, dividere defensionem cœpit; quod reus postquam sibi exitiabile intelligit,[w] an adhuc experiretur[x] dubitans, hortantibus filiis, durat mentem, Senatumque rursum ingreditur: redintegratamque accusationem, infensas Patrum voces, adversa et sæva[y] cuncta perpessus,

Augusta: *ideoque incertum erat, quantum potestatis in eam habiturus esset Cæsar. Et ea, quamdiu spes aliqua salutis Pisoni superfuit, offerebat,* se comitem et participem cujuslibet eventus; et si casus daret, sociam mortis. *Ubi salutem impetravit, arcanis Liviæ precibus, sensim separare se a viro, et distinguere causam cœpit: quod ubi Piso sibi perniciosum agnoscit, incertus an rursum defensionem tentaret, impellentibus liberis, obfirmat animum, et curiam iterum intrat; cumque instauratam accusationem, infesta senatorum probra, contraria quæque, et*

---

1 Illustr. Huetius et Ernestus tentant, *exilii.* Ingeniose quidem. Verum cum mediæ essent spes, nec imminens periculum, potuit Plancina se comitem exitii, sociamque mortis promittere. *Brotier.*

NOTÆ

M. Avrelius Avgg. nn. Lib. Epaphroditvs. Exsactor. Opervm Dom. nn.

Tacitus in suppliciis fere usurpat, ut lib. xi. ‘ denunciat centurionibus qui aderant, exequi cædem: custos et exactor e libertis Evodus datus.’ Ambrosius lib. de Tobia c. 9. ‘ dum vadis cum adversario tuo ad magistratum, da operam liberari ab illo; ne forte producat te ad judicem, et judex tradat te exactori, et exactor mittat te in carcerem.’

Sed et simpliciter reperio, quasi muneris nomen, Exactor: ut in Museo Carpensi,

Sex. Pompeivs. Favstvs.

Pompeii. Exactor.

[v] *Veniam obtinuit*] Obtinuit veniam Plancina, non publice, non in senatu, sed in palatio: non a patribus, sed secreto, et ‘ secretis Augustæ precibus’ a Tiberio, qui facile hoc donabat, certus de adulatione et consensu Patrum.

Publice nondum absoluta Plancina: infra Tiberius, ‘ pro Plancina cum pudore et flagitio disseruit,’ dein et sic censet consul, ‘ concessa Plancinæ incolumitate ob preces Augustæ.’

[w] *Postquam sibi exitiabile intelligit*] Nempe Plancinam gratia Augustæ subnixam, in qua una omnis Pisoni spes erat reposita, dissociare causam suam, et separatim salutem quærere.

[x] *An adhuc experiretur*] *Experiri* dicitur tam actor, quam reus; sed sæpius ad actorem pertinet. Est autem ad judicem ire, aut in alium, aut pro se.

[y] *Adversa et sæva*] Sic Catilinæ, post primam Ciceronis orationem in senatu habitam eo nomine, cum maledicta in consulem congereret: ‘ Obstrepere omnes; hostem, atque parricidam vocare.’

nullo magis exterritus[z] est, quam quod Tiberium sine miseratione, sine ira,[a] obstinatum clausumque vidit,[b] ne quo affectu perrumperetur. Relatus domum, tanquam defensionem[c] in posterum meditaretur, pauca conscribit obsignat-

atrocia expertus esset, nulla re magis perculsus est, quam quia Tiberium animadvertit sine misericordia, sine ira, pertinaciter inflexum, abstrusumque, ne quo motu animi perfringeretur. Revectus domum, quasi in crastinum diem diluere adhuc scelus cogitaret, paucis verbis componit literas, et signo munitas liberto mandat.

NOTÆ

[z] *Nullo magis exterritus*] Nulla tamen re magis ab omni fiducia dejectus, licet omnia adversa experiretur, quam immutabili vultu Tiberii, quia ita compositus et obfirmatus, ut neque miserationis, neque iræ signum ullum præferret, satis indicabat animum nullis affectibus patentem, et quæ decreta essent, immutabili, fixaque destinatione executurum. *Freinshemius.*

Sic nullam spem dabat Pisoni ex favore principis, in quo tota salus reposita credebatur, non in senatu, qui infensissimus. Sicque ostendebat Tiberius, non executurum ultro, quod senatus decrevisset, ut vult interpres, sed flexurum prout sententiæ patrum verterentur, nec se oppositurum consensui Patrum, quod fecit ' pro Plancina cum pudore et flagitio.'

[a] *Sine ira*] Quidam hoc omiserunt, sine dubio, quia sensui contrarium putaverunt, neque Pisoni metuendum fuisse, si *sine ira* esset conspectus. Sed non ita est; nam si iram in eo advertisset Piso, potuisset sperare, subito quodam affectu concitatum, si mentem rursus composuisset, mitigari posse.

At nunc satis intelligebat, eum adversus omnes motus firmatum, certo, fixoque animi decreto, reum liberæ senatus cognitioni relinquere constituisse.

[b] *Clausumque vidit*] Sic infra 22. ubi de Lepida: ' Haud facile quis despexerit illa in cognitione mentem principis, adeo vertit ac miscuit iræ et clementiæ signa, deprecatus primo senatum, ne majestatis crimina tractarentur.'

Fere similiter in causa Pisonis se gessit: duo crimina tractabantur, veneficii et majestatis; illa separat Tiberius, non palam et aperte, sed dolo et arte facit, ut venefícium probari non possit; nempe, ' quod haud minus Tiberius et Piso abnuere.'

Scripta suppresserat, quibus venefícium datum convinci posset, et frustra scripta illa expostularunt patres. At majestatis crimine opprimitur Piso; sic fieri, Cæsaris interfuit.

Non perit Piso ob venefícium, ne probaretur scelus, et sceleris auctor; perit crimine majestatis, quia bellum palam moverat in provincia, quo convicto nemo imperitantium lædebatur: sic magistri dominationis in ministros scelerum, ipsum scelus convertunt.

[c] *Tanquam defensionem*] Id referri debet, non ad id quod præcedit, *relatus domum*, quasi referretur domum, defensionem adhuc meditaturus; sed ad id quod sequitur, *pauca conscribit*, nempe quasi *defensionem* in crastinum adhuc *meditaretur*. Id agebat Piso, ne filii ipsius aut domestici adverterent ipsum cogitare de morte sibi inferenda, et ne consiliis ejus obstarent.

que, et liberto tradit. Tum solita curando[d] corpori exequitur: dein, multam post noctem, egressa cubiculo[e] uxore, 'operiri fores' jussit: et cœpta luce, perfosso jugulo, jacente humi gladio, repertus est.

16. Audire me memini ex senioribus, visum sæpius inter manus Pisonis libellum, quem ipse non vulgaverit; sed amicos ejus dictitavisse, 'literas Tiberii et mandata in Germanicum continere: ac destinatum promere[f] apud Patres, Principemque arguere, ni elusus a Sejano per vana promissa[g] foret: nec illum sponte extinctum, verum im-

Tum solennia curando corpori peragit. Exin nocte jam provecta, cum e cubiculo exiisset conjux, occludi januam præcepit: et orta die inventus est, cæso gutture, objecto in terram ense.

Ab natu grandioribus accepisse me recordor, in manibus Pisonis sæpe conspectum codicillum, quem ipse non publicaverit, sed familiares ejus crebro dixisse: hoc codicillo contineri epistolas Tiberii, et præscripta in Germanicum mandata, et statuisse eum proferre apud Senatum et Tiberium convincere, ni deceptus a Sejano per inanes promissiones foret: nec Pisonem ultro sibi mortem intu-

NOTÆ

[d] *Solita curando*] Lavat, ungitur, fricatur, extergitur, cœnat.

[e] *Egressa cubiculo*] Cur hac nocte exit e cubiculo viri fœmina, nisi quia admonita erat ab imperitantibus, vel a Sejano, non forte de cæde Pisonis, sed saltem ut se inde reciperet per noctem in palatium? partim ne obstaret percussoribus, ne vulgaret scelus, partim ut furori plebis eriperetur.

Et facile fuit interficere Pisonem fere nullo conscio, si adhuc obsideret ejus domum Tribunus cum globo militum. Ipsemet tribunus sua manu, nullo alio adjutore aut conscio, interimere Pisonem potuit, stante milite in vestibulo ædium, vel paucis stipantibus; et sic sæpe fiebat, ut patet ex Tac. multis locis.

Et ex egressu Plancinæ ea hora, verisimiliter infertur sic factum esse, saltem occisum esse jussu principis, seu ministri Sejani, quoquomodo cædes perpetrata sit. Sic nutu Narcissi occisa Messalina.

[f] *Ac destinatum promere*] Ejusdem sententiæ fuit; quod Suetonius scripsit in Tib. c. 52. 'Quem' (Pisonem) 'mox hujus criminis reum putant quidam mandata prolaturum, nisi ea secreta obstarent.' Quem locum sic restituit Torrentius: *ni Sejanus secreto obstaret.* Lipsius.

Puto ego nihil deesse Suetonii loco, nempe, *ni ea secreta*, supple *mandata*, obstarent: obstabant *mandata*, quia *secreta* ea; et iis secretis decus Cæsaris, et salus Pisonis continebatur; quippe 'juxta periculoso, seu vera, seu ficta promeret;' et alibi eodem modo loquitur Suetonius.

[g] *Per vana promissa*] Sed quo minus id faceret, per fallacia promissa a Sejano delusum fuisse, qui nimirum persuasisset ipsi, si tacere perseveraret, adversus omnes senatus, populique impetus, in principe præsidium ipsi fore: at si hunc offendisset, nihil ultra sperandum esse. *Freinsh.*

Ita forte eum delusit Sejanus, ut non omnino sibi, sed liberis veniam,

misso percussore:'[h] quorum neutrum asseveraverim : neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui nostram ad juventam duraverunt. Cæsar, flexo in mœstitiam[i] ore,[j] ' suam invidiam tali morte[k] quæsitam' apud Senatum,[l] *

lisse, sed submisso interfectore, necatum esse. *Neutrum horum affirmaverim: nec tamen celare debui, quod dictum fuit ab iis, qui ad nostram usque adolescentiam vixerunt. Tiberius, composito in mœrorem vultu,* odium tali nece susceptum

1 Hic aliquid excidit. Existimo olim fuisse scriptum, *Cæsar, flexo in*

NOTÆ

et opes certo speraret. Sed ille cum vidisset infensos patres, clausum, obstinatumque Tiberium, tum spem omnem de se abjecit, liberisque salutem precatus est.

[h] *Immisso percussore*] Forte idem Tribunus, qui domum deduxerat, eum interfecit. Ejusmodi cædes illustrium virorum, etiam militarium, et fœminarum mandari solebant tribunis illis prætorianis, qui ad aulam cum sua cohorte excubabant.

[i] *Cæsar, flexo in mœstitiam*] Verisimile est Tiberium eo die, quo vulgata fuit mors Pisonis, in senatum venisse ; quia nempe peragi accusatio debuit, rei etiam mortui. Et cum nuntii publicassent occisum illum, sive a se, sive ab alio, inde occasionem arripuisse principem purgandi se omnibus rumoribus malæ famæ, et suspicionum, quæ adversus ipsum habebantur de morte Germanici.

Nempe quasi jam vanescere deberent omnes illi rumores, quasi sic diluisset omne scelus, vel et suspicionem omnem conscientiæ a se prorsus amovisset, interemto et punito reo, veluti nullo modo particeps culpæ Pisonis, aut Plancinæ.

Itaque ipsemet, relata morte Pisonis, inde occasionem sumit lugendi iterum Germanicum, et ' suam invidiam tali morte quæsitam apud senatum' deprecandi, moncndique Patres, suum in ultione Germanici primum locum fuisse, ipsum vindicasse, aut saltem vindictam ejus senatui permisisse.

Et ut callidius dolum texeret, statim inducitur libertus Pisonis, nempe artibus Sejani præparatus, qui affert codicillos patroni, quasi ex improviso, et quasi serio ageret. Tiberius illum interrogat, quid egisset Piso extremo die, nocteque ; an se ipse, an alius eum occidisset, et alias circumstantias, quibus ipsius iunocentia in tota illa vindictæ scena magis intelligeretur.

[j] *Flexo in mœstitiam ore*] Bene *flexo*, gaudebat enim potius (si quis intimos ejus sensus perspicere potuisset) nullum amplius periculum esse, ne tota res patefieret, sublato indice. Ac mihi quidem, pro cetero Tiberii ingenio, verisimile fit, immissum ab eo percussorem fuisse. *Muretus.*

Hic ea desunt, quæ de liberto Pisonis, nuntiante mortem, et codicillos patroni, ut jussum erat, tradente, scripserat Tacitus. Et hic ille est, quem, ut subditur, ' crebris interrogationibus' Tiberius convenit. Periit hic etiam verbum, *queritur*, vel quid simile, quo hæc referenda sunt ; ' Cæsar flexo in mœstitiam ore, suam invidiam tali morte quæsitam apud senatum.' *Boxhorn.*

[k] *Invidiam tali morte*] Sed, palam

crebrisque interrogationibus exquirit, ‘qualem Piso diem

apud Patres deprecatur, et a se amolitur: simul libertus Pisonis codicillos

---

mœstitiam ore, suam invidiam tali morte quæsitam apud senatum indolet; Pisonis libertum appellat, crebrisque interrogationibus exquirit qualem Piso diem supremum, noctemque exegisset. Atque illo pleraque sapienter, quædam inconsultius respondente, &c. Aliquid desiderari post *Senatum*, non animadvertit Lipsius. Sed mutat, *atque illo*, scribendumque putat, *atque filio;* quod perperam probat Ryckius. Libertum in senatum fuisse admissum Ernesto vix credibile videtur. Miror equidem: aliter enim sonant ab ipso laudata Suetonii verba in Tiber. XXIII. ‘Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus nisi senatorii ordinis, ceteris extra curiam signa agnoscentibus, reci-

NOTÆ

facta morte Pisonis, Cæsar, vultu in speciem tristitiæ composito, in senatu questus est, illum, quo adversus principem invidiam, et sinistra hominum judicia concitaret, ante sententiam perire voluisse; ‘crebrisque interrogationibus’ ex liberto, qui codicillos a patruo sibi commissos attulerat, exquisivit, quid Piso ultimo vitæ die, et sequente nocte gessisset? *Freinsh.*

Invidiam tali morte] De morte Pisonis id cepere; sed quis putet principem quæsivisse *invidiam ex ea morte*, et *apud senatum?* immo summum odium senatus, populique Rom. in se concitasset, nisi illum debito supplicio affecisset, aut saltem affici sivisset, an *apud senatum* invidiam, qui hominem ultro discerperet si licuisset?

Nisi admodum dissimulet Tiberius, potius inclinabam, ut id intelligeretur de morte ipsius Germanici; ut supra c. 10. ‘haud fallebat Tiberium moles cognitionis, quaque ipse fama distraheretur.’ Et c. 12. ‘nec si qua in nos adversa fingantur.’

Certo certius est invidiam summam quæsivisse illum ex morte Germanici apud ipsum senatum, ceterosque mortales: at ex morte Pisonis tenuem aut nullam subiisse, et apud paucissimos; adeo ut nullos causæ patronos inveniret Piso, sola sua ferocia innixus. Nec ipsa Plancina, quamvis tota Augustæ majestate tegeretur.

Attamen cum ibi multa desint, nec satis cohæreat hoc loco historia Taciti, investigare verum difficile est. Sed hic interrogat libertum Pisonis de morte illius: fateor: sed illa interrogatio abrupta a cetero corpore narrationis, et vix talia cohærent cum mœstitia Tiberii.

Ut quid enim mœstitiam tantam præferret ex morte Pisonis, qui nullam ex filiis mœstitiam exhibuit aut sensit, teste Suetonio?

Cur mœstitiam affectat apud Patres, quos sciebat pæne universos ex morte Pisonis lætitia affectos? an invidiam ex nece Pisonis contrahere potuit apud Patres, qui tantam ex morte Germanici susceperat? repugnat habuisse invidiam ex utroque: immo laudari debuit, perculso, subversoque Pisone, quasi Germanicum, aut saltem injuriam Reipub. vindicasset.

Invidiam tali morte] Si seriem rerum et narrationis spectes, id videtur intelligendum de morte Pisonis. Nam paulo ante: ‘perfosso jugulo, jacente humi gladio, repertus est:’ quod videtur procuratum, non ab ipso Pisone, sed a Tiberio. Etiam paulo post: ‘crebrisque interrogationibus exquirit,’ nempe ut puto, ex liberto Piso-